


**DIPLOMATARI DEL MONESTIR
DE SANTA MARIA DE SANTES CREUS
(975-1225)**



FUNDACIÓ NOGUERA

Col·lecció DIPLOMATARIS

Director tècnic: Josep Maria SANS I TRAVÉ



FUNDACIÓ NOGUERA

DIPLOMATARIS, 36

**Diplomatari del monestir
de Santa Maria de
Santes Creus (975-1225)**

per

Joan PAPELL I TARDIU

Volum II



BARCELONA, 2005



© Joan Papell i Tardiu, 2005
Edita: Pagès Editors
Sant Salvador, 8 - 25005 Lleida
Primera edició: novembre de 2005
ISBN obra completa: 84-9779-336-6
ISBN volum II: 84-9779-335-8
Dipòsit legal: L-1083-2005
Impressió: Arts Gràfiques Bobalà, S. L.

1189, novembre, 30

Ramon de Centelles i la seva muller València donen al monestir de Santa Maria de Santes Creus i al seu abat Hug una feixa de terra que posseeixen a l'Almúnia de Xerta, propera a les restes d'unes parets antigues. Aquesta donació la fan pel sufragi de l'ànima de Ramon de Montcada i per la salvació de les seves. Prometen donar-la lliure de penyora i sense el serf sarraí que hi viu. L'abat els promet rebre'ls com a confreres de la comunitat perquè participin, com un monjo més, dels béns espirituals de la comunitat mentre siguin vius i després de la seva mort.

[A]: Original perdut.

B: BT. Cartulari de Santes Creus: El "Llibre Blanch", foli 124.¹

a: UDINA, *El "Llibre Blanch de Santas Creus"...*, p. 335, doc. 334.

Cit.: FORT, *El senyoriu...*

PAPELL, "El domini...".

In nomine Domini. Sit notum cunctis audientibus hoc quod ego, Raimundus de Sentellis, et ego, Valencia, uxor eius, per nos et per omnes successores nostros, bona fide, donamus et offerimus Deo et Beate Marie de Sanctis Crucibus et tibi Ugoni, abbati, et fratribus eiusdem loci, presentibus atque futuris, illam fasciam terre, quam habemus apud Chertam, iuxta Almoniam ad parietes antiquos, que coniungitur ab oriente et occidente et meridie cum terra vestra,² a circio cum terra Guillelmi Rabacia. Quantum his affrontationibus includitur terram, cum arboribus et universis que in ea sunt, totum integriter ego, Raimundus de Sentellis, et uxor mea predicta donamus et concedimus Deo et vobis, iam dictis fratribus cenobii de Sanctis Crucibus, pro salute nostra et pro anima domini Raimundi de Monte Chatano, ut habeatis et possideatis libere et quiete perpetuo iure. Promittimus quoque vobis hoc extrahere de pignore et liberare de sarraceno exarico et vobis omnino bonum facere sine aliquo impedimento. Quod si ita facere non poterimus quantum minus predictum donum vobis valuerit tantumdem in alio nostro honore de Cherta vobis donabimus, ita, videlicet, ut donec opus ecclesie vestre perficiatur istud donum teneat operarius eius, postea vero in usum conventus cedat in perpetuum. Et ego Ugo, predictus abbas cenobii de Sanctis Crucibus, et fratres nostri recipimus vos Raimundum de Sentellis et uxorem vestra inter benefactores nostros et concedimus vobis partem et societatem in omnibus beneficiis spiritualibus domus nostre, tam in vita, quam in morte.

Actum est hoc pridie kalendas decembris anno ab Incarnatione Domini ·M^o·C^o·LXXX^o·IX^o.

Sig+num Raimundi de Sentellis, sig+num Valencie, uxoris eius, qui hoc donum laudamus et confirmamus ac testes firmare rogamus.

Sig+num Odonis de Insula. Sig+num Poncii Aurerii. Sig+num Iohannis Anglici.

Sig+num fratris Guillelmi Lemovicensis, monachi, qui hoc scripsit.

1. *Al marge superior; en tinta vermella: Raimundi de Sentellis uxorisque eius Valencie.* 2. *a. nostra.*

331

1189, desembre. Barcelona

Guillem de Bassa, notari del rei Alfons el Cast, estableix millores en les condicions de la donació de l'honor del Segrià que va fer al monestir de Santes Creus. Acorda que el seu nebot Arnau, o els seus descendents posseixin a través del monestir l'honor a cens, amb la condició que proveeixin el cenobi amb candeles, llànties i llumeneres que hauran d'encendre a la missa solemne monacal en tot temps i per sempre.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2763, núm. 19. Original.

a: UDINA, *El "Llibre Blanch de Santes Creus"...*, p. 336, doc. 335.

Cit.: FORT, *El senyoriu...*

PAPELL, "El domini...".

In nomine Domini. Ego Guillelmus de Bassia, notarius domini regis Ildefonsi, facio hanc melioracionem monasterio de Sanctis Crucibus et domino¹ Ugoni et fratribus perpetuo in illa donacione honoris de Segriano apud Ylerdam, quem illis cum instrumento et instrumentis donacionis quondam² quod³ videlicet de illis tribus personis que post⁴ me erant habiture eundem honorem ad censum constitutum, una tantummodo persona sive nepos meus Arnaldus sive alius iam natus vel nasciturus habeat post⁵ me per Sanctas Cruces eundem honorem ad censum eiusdem instrumenti, ea condicione ut omnes proventus et exitus eiusdem⁶ honoris cedant et expidantur⁷ in candelis et luminibus sollempniarum missarum omni tempore.

Facta carta apud Barchinonam mense decembris anno millesimo ·C·LXXX^o·VIII^o.

Sig+num Petri de Bassia. Sig+num Petri Risaici. Sig+num Guillelmi nepotis Guillelmi et filii Petri de Bassia.

Ego Guillelmus de Bassia scripsi hanc cartam et feci hoc sig(signe)num.

1. a. domno. 2. a. quendam. 3. a. quia. 4. a. pro. 5. a. pro.
6. a. eidem. 7. a. expediantur.

332

1189, desembre, 22

Arbert de Castellvell pacta i promet a l'abat de Santes Creus pagar-li en la propera festa de Sant Miquel els quatre-cents sous que li ha deixat. Actuen com a avaladors, per la quantitat de dos-cents sous cadascú, Guillem Torrents i Bernat Fortuny, els quals es comprometen a pagar la quantitat quan els monjos ho requereixin. Arbert de Castellvell, si no paga en el termini previst, cedirà en penyora dos mesos de pastura per als ramats d'ovelles santescreuencs a les seves terres de Tivissa i el deute sols es podrà amortitzar per Sant Miquel.

[A]: Original perdut.

B: BT. Cartulari de Santes Creus: El "Llibre Blanch", foli 64v.¹

a: UDINA, El "Llibre Blanch de Santes Creus"..., p. 336, doc. 336.

Cit.: FORT, *El senyoriu...*

Pateat cunctis quod ego, Arbertus de Castro Vetulo, muttuo a te Ugone, Sanctarum Crucum abbate, et fratribus eiusdem monasterii ·cccc·² solidos denariorum, bone monete Barchinone, quos convenio vobis et monasterio vestro in bona pace persolvere in primo venturo festo Sancti Michaelis, ex quibus dono vobis donatores Willelmum³ de Torrentibus pro ·cc· solidis⁴ et Bernardum de Furtunio pro aliis ·cc· et insuper unumquemque eorum pro toto. Si autem predictos ·cccc· solidos non persolvero vobis in predicto festo, habeatis et teneatis per unumquemque annum pro pignore supradictorum denariorum pascua duobus mensis ad greges armentorum vestrorum infra terminos castris mei de Tevica, sine tala preter herbam. Veruntamen si aliqua talam que computari debeat ibi fecerint vestra armenta vel homines vestri emendetur laude et consilio proborum hominum. Et tandiu teneatis et habeatis supradicta pascua ut predictum est, donec ego, predictus Arbertus de Castro Vetulo, vel mei reddamus vobis iam dictos denarios et hoc habeatis et teneatis cum exitibus et regressibus et cum aquis ad vestrum ademprivi.⁵ Et convenio vobis predictis hec iam dicta facere bona

et tenere et habere in sana pace sine aliqua contradictione hominis⁶ vel femine. Et sit terminus redimendi de festo in festum sancti Michaelis.

Actum est hoc ·x· kalendas decembris anno ab Incarnatione Domini ·M^o·C^o·LXXX^o·IX^o.

Sig+num Arberti de Castro Vetulo, qui hoc laudo et firmo et testes firmare rogo.

Sig+num Willelmi de Torrentibus. Sig+num Bernardi de Furtunio. Nos ambo predicti convenimus Deo et monasterio Sancte Crucis ut transacto festo sancti Michaelis qualicumque hora fratres iam dicti monasterii recuperare voluerint supradictos denarios nos in pace et sine aliqua dilatione eos eis reddamus sine suo engan.

Sig+num Guillelmi de Cervilione. Sig+num Berengarii de Castro Vetulo. Sig+num Raimundi de Subirads. Sig+num Willelmi Godai, baiuli mei de Tevica. Sig+num Raimundi, presbiteri et capellani Tevice. + Berengarius, Dei gratia, Terrachone archiepiscopus. Ego Raimundus, Barchinonensis episcopus, subscribo.

Sig+num Raimundi de Castellario, qui hoc scripsit, cum litteris in linea sexta suprapositis, die et anno quo supra.

1. *Al marge superior, en tinta vermella:* Arberti de Castro Vetulo. 2. a. ·CCC·
3. a. Wuillem. 4. a. solidos. 5. a. adempriu. 6. *Interlineat:* hominis.

333

1190, març, 1

Carta d'establiment ad precarium atorgada per l'abat Hug de Santes Creus a Joan Anglés, mentre visqui, d'unes vinyes que el monestir posseeix a Aldover, en les quals treballen els eixarics musulmans Azmed Abinforra i el seu germà Abdela, mitjançant un cens de tretze morabatins lupins anuals.

[A]: Original perdut.

B: BT. Cartulari de Santes Creus: El "Llibre Blanch", foli 124v.¹

a: UDINA, *El "Llibre Blanch de Santas Creus"...*, p. 338, doc. 338.

Cit.: FORT, *El senyoriu...*

PAPELL, "El domini..."

Notum sit cunctis hec audientibus quod ego, Ugo, Dei gratia, abbas de Sanctis Crucibus, cum assensu et voluntate fratrum nostrorum, donamus ad censum vobis Iohanni Anglico usque ad obitum vestrum, scilicet, vineas illas quas habemus in Aldover, quas per nos laborant Azmed Abinforra et Abdela frater eius, et fuerunt de Guilaberto Anglico, has vineas duas, cum omnibus ingressibus

et egressibus suis et directis et pertinenciis et cum terra et planta et universis arboribus, que ibi sunt, et cum adzucad, qui est foris vinearum, et cum almaria, que est super puteum, sic totum ab integro, excepto dominio.² In tali siquidem pacto illas habeatis, teneatis possideatis et expletetis secure potenter et integriter et quod omnes fructus vinearum istarum et de azucag et de almaria habeatis excepto dominio.³ Et faciatis de fructibus istis omnem voluntatem vestram sine vinculo ullius persone et donetis nobis et monasterio nostro pro censu istarum vinearum et fructum ·XIII· borabetinos⁴ bonos lupinos auro et pensi et sine enganno vel denarios, qui eos valeant, aut mazmudinas, hoc quod melius nobis accipere placeat annuatim, scilicet, in festivitate Natalis Domini et quod vos pacca-bitis insuper decimam. Et promittimus et convenimus vobis quod, istas vineas faciamus bene laborare et optime de omnibus laborationibus, sicut bonis vineis convenit, sine ulla vestra missione.

Actum est hoc kalendas marcii anno Domini ab Incarnatione ·M^o·C^o·LXXX·IX·.

Sig+num Ugonis, abbatis. Sig+num Bernardi, prioris. Sig+num Petri de Sancto Laurencio, cellerarii. Sig+num Stephani de Bitertis, cellerarii.

Sig+num Guillelmi de Lemovicis, monachi, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. *Al marge superior, en tinta vermella: De honore de Aldover quem tenet Iohannes Anglicus.* 2. a. oleo. 3. a. oleo. 4. morabetinos, sense cap dubte.

334

1190, març, 26

Establiment ad laborandum fet per l'abat de Santes Creus a favor de Ramon Pujol i de la seva muller Pereta d'una sort de terra monacal al terme de Conill, amb la condició de treballar-la i donar al monestir i a l'arquebisbe de Tarragona el delme de tots els fruits que s'hi recullin. Cada any han de pagar als monjos la tasca, consistent en dues mitgeres de blat i una d'ordi net i bo, segons la mesura de Montblanc, després de batre, tal com l'acostumen a pagar els conreadors de Conill, d'acord amb la carta d'establiment concedida pel monestir.

[A]: Original perdut.

B: BT. Cartulari de Santes Creus: El "Llibre Blanch", foli 53.¹

a: UDINA, El "Llibre Blanch de Santes Creus"... , p. 338, doc. 339.

Cit.: FORT, El senyoriu...

In nomine Domini. Ego, Ugo, Dei gratia, cenobii de Sanctis Crucibus abbas, cum consilio fratrum nostrorum, dono et concedo tibi Raimundo de Puiol et uxori tue, Perete, quandam terre sortem que est infra terminum honores de Cunil et confrontat ab oriente cum honore Raimundi Palares, a meridie in torrente, ab occiduo cum terra Bernardi de Rabinad, a parte circii cum terra Guillelmi de Turre. Tali conditione dono vobis hanc terram ad laborandum ut fideliter detis nobis et archiepiscopo Terrachonensi decimas tocuis fructus qui inde provenerit, et monasterio nostro singulis annis pro tascha quam ibi habemus persolvatis ·II· migeras frumenti et unam ordei boni et recipiendi ad mensuram Montis Albi, tempore, scilicet, triture, et hoc tantum in vita vestra, nam post obitum vestrum quicumque successerit vobis in eiusdem² terre possessione iuxta³ comunis instrumenti tenorem quod est inter nos et omnes cultores de Cunil, de cetero plenarie persolvat nobis et successoribus nostris omnes taschas sine diminucione, salvo semper tenore iam dicti comunis instrumenti. Et ego predictus Raimundus de Puiol et predicta uxor mea, Pereta, convenimus domino Deo et Beate Marie de Sanctis Crucibus et tibi Ugoni abbati predicto et fratribus iam dicti monasterii supradictum frumentum et ordeum unoquoque anno persolvere bona fide sine dolo in vita nostra; post obitum vero nostrum habeat predictum monasterium suum tascham plenarie, sicut in comuni instrumento continetur.

Actum est hoc ·VII· kalendas aprilis anno ab Incarnatione Domini ·M^o·C^o·LXXX·.

Sig+num Ugonis, abbatis. Sig+num Bernardi, prioris. Sig+num Petri, cellerarii. Sig+num Arnaldi de Sancta Fide.

Sig+num Raimundi de Puiol. Sig+num Perete, eius uxoris. Nos qui hoc laudamus et firmamus testesque firmare rogamus.

Sig+num Guillelmi de Ruricho. Sig+num Guillelmi⁴ Alecreti.

Sig+num Raimundi de Castellario, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. Al marge superior, en tinta vermella: Raimundi de Pujol uxorisque eius.
2. a. eundem. 3. a. iusta. 4. a. omet: Guillelmi.

335

1190, abril, 27

Bescanvi, cessió i renúncia mútua de drets per part de Berenguer de Vilafranca i Pere de Vilafranca. El primer renuncia a favor del segon tots els drets que tenia sobre el forn vell de Vilafranca, el qual fou transformat per Pere en habitatge; i el segon cedeix al primer tots els drets que tenia sobre les compres que aquell va fer a Berenguer de Guardiola perquè les pugui posseir per sempre sense cap retenció per la seva part.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2764, núm. 1. Original.

a: UDINA, *El "Llibre Blanch de Santas Creus"...*, p. 339, doc. 340.

Cit.: FORT, *El senyoriu...*

Sit notum cunctis quod ego Berengarius de Villa Franca concedo et difinio tibi Petro de Villa Franca et tuis omne meum directum ipsius furni vetuli de Villa Franca, quod vos transmunitatis in ipso vestro statico et locum illum in quo furnum erat edificatum, et convenimus vobis facere, tenere et habere ac expletare secure et potenter ego et mei semper. Ego vero Petrus de Villafranca concedo et difino tibi Berengario de Villa Franca et tuis omne meum directum illius empconis quam fecisti de Berengario de Guardiola, ut tu et tui semper habeatis et teneatis omni tempore sine ullo meo meorumque retentu. Sicut superius dicitur ita difinimus et concedimus unusquisque alio pro nobis et pro omnibus nostris sine omni enganno et retentu utrorumque. Si quis hoc fregerit in duplo componat et insuper hoc maneat firmum omni tempore.

Actum est hoc .v. kalendas may anno Domini .M.C.XC^o.

Sig+num Berengarii de Villafranca, sig+num Petri de Villafranca, nos qui hoc laudamus et firmamus testesque firmare rogamus.

Sig+num Ferrarii de Yerunda.¹ Sig+ Berengarii de Villafrancha, iuveriis. Sig+num de Carcassunda,² Sig+num B., clerici, de Villafranca.

Sig(signe) Arnaldi, levite, qui hoc scipsit precepto B., clerici de Villafranca, die et anno quo supra.

1. a. Ierunda. 2. a. (Carcassinda?).

336

1190, setembre, 30

Reconeixement de deute i empenyament. Ramona de Montcada, vídua de Ramon de Montcada, i el seu fill Ramon de Montcada reconeixen deure a Santes Creus dos-cents seixanta morabatins que el difunt Ramon de Montcada havia de donar als monjos segons llegat testamentari del seu pare Guillem Ramon de Montcada. Amb el consell dels marmessors testamentaris, mare i fill empenyen a favor de l'abat santescreuenc vuitanta sous de cens, moneda corrent a Tortosa, sobre el forn seu que té Egidi de Burjacènia, més onze sous de cens sobre unes cases de Tortosa arrendades a Guillem Moragas, a l'Alfòndec, i un morabatí que Bertran Despuig paga pel forn que els ha arrendat. Aquests censos pugen a vint morabatins, els quals el monestir podrà cobrar cada any per Nadal fins que el deute de dos-cents seixanta morabatins sigui cancel·lat.

[A]: Original perdut.

B: BT. Cartulari de Santes Creus: El "Llibre Blanch", foli 125v.¹

a: UDINA, *El "Llibre Blanch de Santes Creus"...*, p. 340, doc. 341.

Cit.: CABESTANY, "L'abat Hug II...".

Sit notum cunctis hec audientibus quam nos domina Raimunda de Montecatano et filius meus Raimundus de Mon<t>cada et nostri recognoscimus esse debitores domino Deo et abbati atque ceteris monachis in monasterio Sancte Crucis conversantibus de illis ·CC·LX· morabetinis² quos Raimundus de Mon<t>cada, anima cuius requiescat in pace, debebat pro patre suo Guillelmo Raimundo, qui eos reliquit sicut in suo testamento continetur operi monasterii Sancte Crucis, pro quibus, cum consilio et assensu manumessoribus Raimundi de Montcada, in presenti impigneramus vobis abbati ceteris monachis predicti monasterii illos ·LXXX· solidos, bone monete in Tortose curribilis, quos accepimus annuatim censales de illo furno, quem tenet Egidius de Bordezania de nobis et illos morabetinos ·XI·, quos eodem modo accipimus annuatim censales pro illis nostris domibus, quas tenet Guillelmus Moragas in Alfondec de nobis, et unum morabetinum, quem Bertrandus de Podio debet nobis annuatim censalem de illo nostro furno, quem tenet pro nobis. Et ita sunt ·XX· morabetinos bonos et rectos annuatim censuales, quos in presenti vobis et vestris vel cui volueritis impigneramus ut eos annuatim in festo Natalis Domini habeatis et accipiatis eos in paga vos et vestri donec sitis, integriter et absque illa diminutione, peccati

de predictis ·CCLX· morabetinis vestris. Et quia modo in presenti isti ·XX· morabetinos censuales sunt impignerati et rediment se annuatim pro paga donec sint redempti et liberi, volumus et concedimus et auctorizamus ut interim capiatis et accipiatis annuatim in festivitate Natalis Domini, similiter in paga de predictis ·CCLX· morabetinis³ de nostris directis et redditibus, que nobis eveniunt de quarteira et trictura⁴ civitatis Tortose ·XX· morabetinos bonos et rectos. Hoc totum sicut scriptum est superius convenimus vobis et vestris bona fide et operatori monasterii Sancte Crucis facere habere et tenere et salvare et defendere ab omni persona usque sitis integriter et plenarie paccati, absque ulla diminutione sicut scriptum est superius et sine ullo enganno de supradictis ·CCLX· morabetinis vestris et postea nostre pignore sint de vobis solute et libere absque ullo retentu.

Actum est hoc ·II· kalendas octobris anni Domini ·M·C·XC·.

Sig+num mee domine Raimunde de Montcada, que hec laudo et firmo. Sig+num mei Raimundi de Montcada, qui hoc laudo et firmo et sub [distr]iptione Sanctorum Evangeliorum iuramenti cum alio milite attendere convenio testibusque subscripsi et firmare precipimus.

Sig+num Raimundi de Cintiliis. Sig+num Raimundi Baiuli. Sig+num Girberti. Sig(signe)num Poncii, prioris. Sig+num Geraldi de Caercino, preceptoris Tortose (signe).

1. Al marge superior, en tinta vermella: Raimunde de Monte Cathano et Raimundi filii eius. 2. a. morabetinos. 3. a. morabetinos. 4. a. tinctura.

337

1190, desembre. Barberà

Privilegi atorgat pel rei Alfons el Cast a Santes Creus amb el qual concedeix a l'abat i als monjos la franquícia i la immunitat de totes les terres i propietats que el cenobi posseeix als termes de Tàrrega, Mor i circumdants. Els eximeix del pagament de totes les exaccions que, segons ús i costum del lloc, s'acostumen a percebre. Fa donació perpètua de les aigües per regar les terres, confirmant així la donació de l'ús i aprofitament de l'aigua que el seu pare, Ramon Berenguer IV, els va atorgar.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2764, núm. 2. Original.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2764, núm. 3. Trasllat de 28 de febrer de 1322 (*Hoc est translatum*

bene et fideliter factum ·IF· kalendas marcii anno Domini ·M^o·CCC^o·XX^o· primo, sumptum a quodam instrumento cuius tenor talis est) fet per Berenguer de Montpaó, notari de Tàrrega (Sig(signe)num mei Berengarii de Monte Pavone, notarii publici Tarrege, qui hoc transcribi iussi et clausi).

- C: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2764, núm. 4. Trasllat de 5 de novembre de 1490 (*Hoc est translatum bene et fideliter sumptum a quadam carta pergamenea in se continente privilegium franquítatem et immunitatem perpetuarum per serenissimum dominum regem Ildefonsum regem Aragonum, recolende memorie, factum et concessum reverendo domino abbati et conventui monasterii Sanctarum Crucum ab omni exactione et gravitudine pro honoribus et hereditatibus quas dictum monasterium habet et possidet in Tarrega et in Moro et in terminis earum, cum aqua ad rigandum iam dictas hereditates sine alterius impedimento, prout in eadem carta continetur, non viciata, cancellata seu abolita nec in aliqua ipsius parte suspecta sed prorsus omni vicio et suspicione carente, cuius tenor de verbo ad verbum nichil addito nichilque remoto sequitur et est talis*) fet per Joan Salvador, monjo i escrivà del monestir de Santes Creus (*Sig(signe)num Dalmacii Ginebret auctoritate regia notarii publici Barchinone, testis. Sig(signe)num Iacobi Vilar, auctoritate regia notarii publici Barchinone, testis. Sig(signe)num ffratris Iohannis Salvatoris, monachi prenominati Sanctarum Crucum monasteris, auctoritatibus apostolica, imperiali et regia notarii publici, qui huiusmodi translato a dicto suo originali fideliter abstraxit et cum eodem verbo ade verbum veridici correxít atque comprobavit et scripsit nichil addito nichilque remoto, et de mandato reverendi domini abbatis predicti monasterii vive vocis oraculo sibi facto clausit die quinta mensis novembris anno Domini ·M^o·CCCC·LXXX^o·*).

D: BT. Cartulari de Santes Creus: El "Llibre Blanch", foli 160.¹

a: UDINA, *El "Llibre Blanch de Santas Creus"...*, p. 342, doc. 343.

Cit.: FORT, *El senyoriu...*

Notum sit cunctis quod ego Ildefonsus, Dei gratia, rex Aragonum, comes Barchinone et marchio Provincie, dono atque concedo abbati totique conventui Sanctarum Crucum,² ob remedium anime mee predecessorumque meorum, ut omnes hereditates et honores quos habent in Tarrega et in Moro et in omnibus terminis earum sint libere et franche in perpetuum et etiam immunes ab omni exactione omnium usaticorum ipsi quos modo ibi habent, hoc modo, videlicet, quod nichil ex eis aliquid alicui faciant vel prestant vel faciant usatici sive consuetudinis nec aliquis inferat in eis aliquid gravitudinis vel inquietacionis pro quo³ predictus abbas vel conventus mihi conquestionem faceret, quoniam⁴ quisquis hoc faceret, non solum iram meam incurreret sed etiam dampno dato integritate restituto, mille morabetinos daret. Dono iterum et concedo predicto conventui quod sine alterius contradictione et impedimento possint habere et recipere aquas ad rigandum predictas hereditates sicut de iure quondam illarum possessor habere solebat et si quis in hoc aliquam apponeret interdicionem sub predicta pena se haberet. Et iterum concedo dicto conventui quod sic in vita patris mei aquam

illam habere solebat, ita nunc et in perpetuum illam habeat sine alicuius interdictione.

Actum est hoc mense decembris apud Barbaranum sub anno Domini ·M^o·C^o·XC^o.

Sig(signe) Ildefonsi, Dei gratia regis Aragonum, comitis Barchinonensis et marchionis Provincie.

Sig+num Gaucerandi de Pinos. Sig+num Geraldi Alamagni. Sig+num Otoni de Insula.

Sig+num Guillelmi de Corrone, qui hoc scripsit cum litteris emendatis in linea ·v^a,⁵ die et anno quo supra.

1. Al marge superior, en tinta vermella: De absolucione exacciones domini regis Ildefonsi Aragonum. 2. a. Crucium. 3. a. quod. 4. a. quem. 5. B omet: cum litteris emendatis in linea ·V^a.

338

1190, desembre, Barberà

Donació que fa Alfons el Cast, rei d'Aragó, comte de Barcelona i marquès de Provença, per la salvació de la seva ànima i la dels seus pares, a perpetuïtat, al monestir de Santes Creus de cent seixanta sous dels primers diners dels rèdits dels seus molins de Tarragona, que el cenobi percebrà per la festa de Tots Sants, amb els quals els monjos podran comprar l'oli per cuinar diàriament tot l'any.

[A]: Original perdut.

B: BT. Cartulari de Santes Creus: El "Llibre Blanch", foli 143.¹

a: UDINA, *El "Llibre Blanch de Santes Creus"...*, p. 341, doc. 342.

Cit.: FORT, *El senyoriu...*

Manifestetur cunctis presentibus atque futuris quod ego, Ildefonsus, Dei gratia rex Aragonie, comes Barchinone et marchio Provincie, pro salute anime mee omniumque parentum meorum, dono et in perpetuum, per presentem conscriptionem, concedo atque confirmo universo conventui Sanctarum Crucum ut habeat et recipiat annuatim de in expletis et redditibus molendinorum nostrorum de Terrachona ·C·LX· solidos, qui persolvantur ei sine aliqua diminutione ex primis denariis qui inde pervenerint ad festum Omnium Sanctorum, de quibus habeant et emant oleum per annum quod ponatur in secundo coquinatu nec ideo deficiat ei in primo. Tamen quantocumque possem predictos denarios constituere illum competenciori loco permitat eos recipere in prelibato loco.

Datum apud Barbarane, mense decembris sub anno Domini ·M^o·C^o·XC^o·.

Signum (signe) Ildefonsi, regis Aragone, comite Barchinone et marchio Provincie.

+ Berengarius, Terrachone archiepiscopus. Sig+num comite Urgellensis. Sig+num Gaucerandi de Pinos. Sig+num Otonis de Insula. Raimundus de Calidis, Barchinone decanus ·SS·.

Signum (signe) Iohannis de Barchinone.

1. Al marge superior, en tinta vermella: De oleo quod rex dedit.

339

1191, febrer, 5

Ermengol, comte d'Urgell, i la seva muller Elvira atorguen a l'abat Hug i a Santes Creus quinze cafissos de blat dels delmes de Linyola i vint sous censals dels rèdits dels obradors d'Azoh, sarraí, situats a la ciutat de Lleida, a la parròquia de Sant Llorenç, perquè després de la seva mort els vint sous de cens es converteixin a perpetuïtat, en cent sous, segons la moneda que en aquell moment circulava a Lleida. Manen que el batlle de Linyola doni els quinze cafissos de blat el dia de l'Assumpció de la Mare de Déu d'Agost i els diners per Nadal. L'abat Hug rep el comte i la comtessa com a confreres del monestir de Santes Creus per tal que puguin gaudir dels béns espirituals de la comunitat.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2764, núm. 7. Original.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2764, núm. 5. Trasllet de 29 de maig de 1195 (*Sig+num Arnaldi, subdiachoni, qui hoc translatavit fideliter scripsit ·III· kalendas iunii anno Domini ·M^o·C^o·XC^o·V^o. cum literis rasis et emendatis de fratris*).

C: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2764, núm. 6. Trasllet de l'any 1200 (*Hoc est translatum factum ·vidus marcii anno Domini millesimo ducesimo*) fet pel monjo de Sant Hilari (*frater Arnaldus de Sancto Illario*).

D: BT. Cartulari de Santes Creus: El "Llibre Blanch", foli 165v.¹

a: UDINA, *El "Llibre Blanch de Santes Creus"...*, p. 342, doc. 343.

Cit.: FORT, *El senyoriu...*

In nomine Domini. Sit notum cunctis presentibus atque futuris, quod ego Ermengaudus, Dei gratia comes Urgelli, et ego Alvira, uxor eius, eadem gratia comitissa Urgelli, gratis animis et voluntatibus pro salute animarum nostrarum² et parentum nostrorum per nos et per omnes³ successores nostros donamus et concedimus Deo et

Beate Marie Sanctarum Crucum⁴ et Hugoni abbati et fratribus eiusdem loci presentibus atque futuris quinque kafcios frumentis⁵ boni ex decimis nostris quas habemus ex honore nostro de Lineriola et viginti solidos censuales in exitibus et redditibus nostris de operatoris de Azoh sarracenorum quod est in villa Ylerde in parrochia Sancti Laurentii, ut hoc annuatim recipiatis quamdiu ego Ermengaudus comes vicxero⁶ absque ulla contradiccione. Post obitum vero meum obmisso predicto frumento⁷ ipsi viginti solidos augeantur usque ad .c. solidos quod vos et successores vestri vel qui volueritis deinde in perpetuum habeatis et recipiatis de iam dictis operatoris per singulos annos sine inganno de meliori moneta curribili in Ylerda pani et vino. Hanc autem helemosinam⁸ facimus Deo et vobis ad victum et vestitum⁹ unius monachi sacerdotis qui divina missarum sollempnia celebret pro salute animarum nostrarum et parentum nostrorum et omnium fidelium vivorum ac defunctorum in perpetuum. Si quis vero carta hoc donum nostrum Deo oblatum venire temptaverit nil proficiat set hec nostra donatio firma et incorrupta permaneat nobis et successoribus nostris perpetuam proteccionem de hoc fideliter exhigentibus¹⁰ Deo et iam dicto¹¹ monasterio. Et est sciendum quod terminus solvendi predictum triticum sit Assumptio Sancte Marie augusti quod baiulus noster semper donet sine dilatione fideliter apud Linariolam ut dictum est superius. Terminus autem persolvendi predictos denarios sit¹² Natalis Domini sicut constitutum est quos similiter baiulus noster donet.¹³ Et ego prescriptus¹⁴ Hugo predicti monasterii abbas et fratris nostri recipimus vos prefatis donatores in confratres et comparticipes omnium bonorum spiritualium domus nostre tam in vita quam in morte in perpetuum.

Quod est factum nonas februarii¹⁵ anno Domini .M^o.C^o.XC^o.

Sig+num Ermengaudi, gratia Dei, comitis Urgellensis, sig+num Alvire, eadem gratia comitisse, uxoris eius, qui hanc cartam donationis paribus animis laudant et firmant ac testes firmare rogant.

Sig+num Guillelmi Balb, vicarii domini regis. Sig+num Petri Balb. Sig+num Stephani de Morimon.¹⁶ Guillelmus de Bassia, regius notarius, sig(sig)ne num qui huius rei sunt testes.

Sig(sig)ne Ildefonsi regis Aragone, comitis Barchinone et marchionis Provincie.

Sig.SSS-num Raimundi Iterii qui hoc scripsit¹⁷ quo supra et iussu comitis et comitisse.

1. Al marge superior, en tinta vermella: Ermengaudi, comitis Urgellensis. 2. a. nostrorum. 3. a. omet: omnes. 4. a. Crucium. 5. B: furmenti. 6. a.

vixero. 7. B: furmento. 8. a. elemosinam. 9. a. vestimentum. 10. B: exhibentibus. 11. a. iamdicto. 12. a. omet: sit. 13. Interlineat: donet. 14. a. prescriptus. 15. a. febroarii. 16. a. Marimon. 17. a. scripsit.

340

1191, març

Maria, vídua de Guillem Pebrada, i casada en segones núpcies amb Arnau Botet, ven, amb tots els drets, a Ramon d'Anglesola, les cases de la seva propietat, situades a la vila de Tàrrega, que ella i el seu difunt marit, juntament amb el seu fill, Joan, tenien per acapte, i una sort de terra situada a Conill, tot pel preu de noranta sous barcelonesos.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2764, núm. 8. Original.

a: UDINA, *El "Llibre Blanch de Santas Creus"...*, p. 344, doc. 346.

Notum sit cunctis quod nos Maria et virum meum A. Botet de Terroz, per nos et per omnes¹ nostros in simul vendimus vobis, scilicet, Raimundus d<e> Anglerola et tuis querentes quibus dare ac dubitatre volueris ad tuum prodesse unas nostras kassas, quam abemus intus villa de Tarrega, qui nobis pertinent ad me Maria per acapite² ex me et virum meum, qui est defu<n>ctus, G.³ Pebrada et filii nostri Iohannis,⁴ et unam sors terre, qui est in dominio rege a Pug Cunil. Affrontant autem predictas kassas in strada qui pergit versus molendinum de predicta vila de Petrus⁵ Granel, ·II· Alegret de Bilia, ·III· in ortum A. de Pilie, qui fuit de Petrus Mir, ·IIII· vero parte in cortal de G.⁶ de Cherbavi. Predictum alaude⁷ affrontant ex una parte in strada qui pergit ad Montis Blanci, ·II· in terra Petri Ollomar, ·III· in terra qui fuit G. de Vila Grassa, ·IIII· vero parte in terra qui fuit da Na Manosa. Iterum vendimus omnes nostros directos qui nobis pertinet et pertinere debent in illam sortem qui est in dominio B. de Graiana, quod tenuimus per R. de Tarrega et omnes alios nostros directos quod ego abeo vel abere debeo Maria in ubique locorum per virum meum G.⁸ Pebrada et Iohannis, filii nostri, qui sunt⁹ defu<n>ctus, integriter vindimus nobis tibi R. et tuis, sicut affrontant ab omnibus partibus et cum exiis et regresiis et solos et supra positis et parietes et tectos et ostiis, ita vendimus tibi ac tuis ut melius dicere et intelligere poteritis, ad tuum tuorumque salvamentum abendum et retinendum¹⁰ et possidendum et expletandum per secula cuncta et modo presentem¹¹ de nostro iuro in tuum tradimus, ita ut nos nec aliis de nostra posteritate

inquietare ad demandare non posit de ac die in antea, et simus tibi ac tuis legales garentes et faciamus avere et tenere contra omnes omnes et feminas sicut est superius scriptum. Accepimus a te per istam vindicionem¹² ·xc· solidos ex monete publice Barchinone¹³ quos omnes accepimus a te sine diminucione.

Quod est actum mense marcii anni Domini ·M·C·XC·.

Sig+num Maria, sig+num A. Botet, virum meum, nos qui ista carta fecimus scribere et firmamus firmarique rogamus.

Sig+num Berengarii Albet, sig+num B. de Vila Grassa, sig+num G. Morel, huius rei testes sumus.

G., presbiter, qui hoc scripsi et hoc signum fecii.

1. a. omet: omnes. 2. a. a capite. 3. a. Guillelmus. 4. a. Ithonni.
5. a. Petri. 6. a. Guillelmo. 7. a. alaudem. 8. a. Guillelmi. 9. a. fuit.
10. a. retinendum. 11. a. presente. 12. a. ista venditione. 13. a. Barchinonensis.

341

1191, març¹

Bernat Granell, sènior, ven al seu fill Guillem una peça de terra al terme de Tàrrega, situada dins el domini del rei, anomenada Escudé, i una era que havia pertangut a Pere Arnau que posseeix pel monestir de Sant Cugat, justament a l'entrada de la vila. El preu de la venda és de vint-i-set mitgeres de blat, al preu de tres sous i sis diners cada una. La hi ven amb tots els drets salvant els del rei i els de l'esmentat monestir.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2764, núm. 9. Original.

a: UDINA, *El "Llibre Blanch de Santas Creus"...*, p. 352, doc. 353.

Notum sit cunctis quod ego Bernardus Granel, maiore, per me et per omnes meos, vendo <et> dono² tibi Guillelmo Granello, filii mei, unaque peciam terram quod abeo intus terminum³ Tarrega, intus in dominio regi, qui voccat Scute,⁴ et una aera, qui fuit de Petri Arnallo, quod abeo et teneo pro⁵ Sancti Cucufati, iusta intrante iam dictam⁶ villam Tarrega, in quo facias kassas. Affrontat autem predicta terra alaude in terra Guillelmo Pulcro Loco et ·II· in terra Arnaldus Granel, ·III· in via qui pergit versus Verdu, ·III· in via qui pergit deversus Montis Alba; iam dicta aera afrontat in via publica, ·II· in terra Bernardo Garrufer, ·III· in domum Sancti Cucufati, ·III· in via qui pergit deversus Mor. Sicut iste affrontaciones includunt ita vendio tibi et dono vel tuis quibus dare ac dubitare volueris ad tuum prodesse ad quicquid facere volueritis⁷ semper abendum et

retinendum, salvi sensu domini regi⁸ et de Sancti Cucufati ut melius dicere et intelligi poteritis ad tuum salvamentum sine vinculo omino⁹ vel femina, de meo iuro in tuo trado modo presentem¹⁰ sicut ego abeo et teneo ita ut ego vel mei per me de mea posteritate demandare, adquietare non possit de ac die in antea, et ego et meis sim tibi vel tuis legales garentes et faciamus abere et tenere contra omnes homines in pace et secure sicut superius est scriptum. Accipio a te per istam vendicione et donum¹¹ ·XXVII· migeras furmenti a valore ·III· solidos et ·VI· denarios unamquamque¹² migera unde tibi bene paccati sum sine diminucione.

Quod est actum mense marcii anni Domini ·M·C·XCI·

Sig+num Bernardi Granelli qui ista carta fecii scribere et firmavi firmarique rogavi.

Sig+num Raimundi Ferrer d<e> Agrimonti, sig+num Bernardi Kalbet, sig+num A. Pilie, testes sumus.

G., presbiter, qui hoc scripsi et hoc signum (signe) fexii.

1. Preferim datar el document l'any 1191, encara que ho podríem fer, pensant que és anterior al 25 de març, l'any 1192. La raó és que sembla que aquest document es va redactar pocs dies després que l'anterior, si considerem l'estructura diplomàtica d'ambdós. L'escrivà data el document anterior el març de 1190 i aquest el març de 1191, probablement es va expedir després del 25 de març. a. el data l'any 1192. 2. Interlineat entre Guillelmo i Granello, hem cregut oportú posar la paraula dono al seu lloc, a continuació de vendo, afegint l'omissió de et. 3. a. termini. 4. a. Scuter. 5. a. per. 6. a. iamdicta. 7. a. volueris. 8. a. Regis. 9. a. omo. 10. a. presente. 11. a. domum. 12. a. unaquaque.

342

1191, abril, 26

Ramon de Montcada, amb el consell de la seva mare, Ramona, i dels marmessors del testament del seu pare Ramon de Montcada, permuta amb Santes Creus, per cent sous censals sobre l'honor de la Palomera, que posseeix a Lleida, l'honor de la Fuliola que el seu pare en el testament havia deixat als monjos santescreuencs i que no ho podia fer perquè era una honor de feu.

[A]: Original perdut.

B: BT. Cartulari de Santes Creus: El "Llibre Blanch", foli 168.¹

a: UDINA, El "Llibre Blanch de Santas Creus"..., p. 345, doc. 347.

Cit.: FOLCH, Lleida i Santes Creus...

FORT, El senyoriu...

Sit notum cunctis, presentibus atque futuris, quod ego, Raimundus de Monte Catano, consilio et voluntate domine matris mee Raimunde de Monte Catano et omnium manumissorum patris mei,

scilicet, dompni venerabilis Poncii, Dertusensis episcopi, et Poncii, prioris eiusdem loci, et Raimundi de Cintillis et Girberti et omnium aliorum manumissorum, pro salute anime patris mei et parentum meorum, dono, laudo atque concedo domino Deo et venerabili monasterio de Sanctis Crucibus, centum solidos denariorum censuales in monete bone curribilis et in Ylerda in perpetuum habeat predictum monasterium in illo honore, quem patris meus Raimundus de Monte Catano emerat ab episcopo Viscensi. Et est ille honor infra terminum Ylerde in loco vocitato Palomera. Hos predictos ·c· solidos habeant et accipiant monachi vel fratres predicti monasterii in predicto honore de Palomera, qui est in Ylerda, annuatim per secula cuncta in festivitate Natalis Domini. Item Raimundus ego de Monte Catano, iam dictus, convenio firmiterque concedo per me et per omnes meos predicto monasterio Sancte Crucis ut quicumque prefatum honorem de Palomera emerit vel dono vel qualicumque modo habuerit iam dictum monasterium de Sanctis Crucibus habeat in perpetuum in nominato honore de Palomera illos ·c· solidos censuales salvos et quietos et liberos absque omni contrarietate et inquietatione et diminutione et missione. Et convenio firmiterque concedo atque promitto prefato monasterio per me et per omnes meos illos iam dictos ·C· solidos adsalvare et defensare ab omni persona per secula cuncta. Istos ·C· solidos dono predicto monasterio pro emenda illius honoris de Fuliola, quem venerabilis pater meus dederat prenominato monasterio in suo testamento et quia illo honor erat de fevo non potuit stare illa donatio. Siquis contra hoc venerit non valeat set in dupplo componat et hoc donum firmum et inconcussum permaneat in perpetuum.

Actum fuit hoc ·vi· kalendas maii anno ab Incarnato Dei Filio ·M^o·C^o·XC^o·I^o·.

Sig+num Raimundi de Monte Catano, qui hoc donum facio, laudo, firmo, testesque subscriptos firmare rogo.

Sig+num Raimunde de Monte Catano, que predictum donum laudo et firmo atque libenter concedo.

Sig+num Raimundi de Cintillis. Sig+num Girberti. Sig+num Raimundi Baiuli. Sig+num Arnaldi Garidelli. Sig+num Poncii Augurerii. Poncius, Dei dignatione Dertusensis episcopus ·SS·. Sig(signum)num Poncii, prioris.

Iohannes, presbiter, scripsit hoc, die et anno quo supra; sig(signum)num.

1. Al marge superior, en tinta vermella: Raimundus de Monte Cathano et matris eius.

343

1191, agost, 4

Concòrdia signada, davant del batlle de l'arquebisbe de Tarragona, Berenguer de Santa Maria, i del paborde, Ramon, i en presència de Pere Plana i Pere Mestre, entre Pere de Bordell i la seva muller Dolça amb l'abat del monestir de Santes Creus, per raó de les afrontacions i extensió de les seves tinences i les de la granja de Fontscaldetes. Es fixen les fites i l'extensió de la propietat monacal de la granja. En compensació per haver pactat rep dels béns monacals la quantitat de quinze sous i onze cavallons —munts de garbes— de blat. L'abat remet a Pere de Bordell penes per haver mort un eixaric sarraí del monestir, al qual va esclafar el cap.

[A]: Original perdut.

B: BT. Cartulari de Santes Creus: El "Llibre Blanch", foli 50.¹

a: UDINA, El "Llibre Blanch de Santas Creus"..., p. 346, doc. 348.

Cit.: FORT, El senyoriu...

Sit notum cunctis quod ego, Petrus de Bordello et uxor mea Dulcia, per nos et per nostros, venimus ad bonum finem et veram concordiam cum monasterio de Sanctis Crucibus super terminis et affrontacionibus, qui sunt inter nostras tenedones et ipsius grangie de Fontibus Calidis, tam de super rupes quam subtus, sicut modo est terminatum et fexuriatum, voluntate et consilio Berengarii de Sancta Maria, baiuli domini Berengarius, Terrachonensis archiepiscopi², et Raimundi, eiusdem prepositi ecclesie in presencia Petri de Plana et Petri Magistri, quos predictus Berengarius ad hoc terminandum vocavit. Incipit vero hec terminacio in via que dicitur Captivaria et ascendit per ipsum planum quod est subtus podium Grossum, a parte meridiana, et transit ipsum torrentem qui descendit ex utraque parte de tenedonibus predictae grangie et vadit per ipsam Petram Grossam et Rotundam et ascendit per radicem ipsius rupis usque ad ipsam serram et exinde ex directo sicut aque vergunt ascendit usque ad rupem et per ipsam rupem vadit ad torrentem de Filcunea versus sinistrum. Transacto vero torrente sequitur adhuc ipsum rupis³ sive limes et postea sicut terminatum et fexuriatum est ascendit per ipsam serram usque ad ipsas rupes superiores versus Capram, sicut aque verguntur a parte orientis sive a circii et in ipsa magna comba. Sicut hoc terminatum et fexuriatum est convenimus nos predicti Petri de Bordel et Dulcia domino Deo et Beate Marie de Sanctis Crucibus et fratribus eiusdem monasterii quod deinceps

infra hos terminos et fexurias aliquo modo minime temptemus inquietare. Quod si forte contra hanc determinacionem violandum ab hac die in antea venire presumpserimus habeatis a nobis pro pena ·c· solidos Barchinone et insuper omnes querimonias, quas modo a nobis habeatis, repetere possitis. Recipimus, etiam^d, ego iam dictus Petrus de Bordel et ego Dulcia, uxoris eius, propter hanc finem et concordiam de bonis monasterii ·xv· solidos et ·xi· cavaiones annone. Et ego Ugo de Sanctis Crucibus abbas una cum consilio et voluntate fratrum nostrorum diffinimus ac dimittimus, amore Dei, et precibus iam dicti Berengarii de Sancta Maria tibi prenominate Petro de Bordello et tuis illas querimonias quas a te habebamus, scilicet, de illis mortalibus vulneribus, que fecisti cuidam nostro sarraceno in capite ex quibus ossa exierunt iuso cerebro et etiam alia malefacta que iniuste nobis fecistis. Ita tamen diffinimus tibi iam dicto Petro supradicta malefacta ut^e tu et tui teneatis hoc nobis et monasterio nostro ut superius promisistis. Siquis hoc violare presumpserit nil ei valeat, set in duplo componat ac deinde firmum permaneat.

Actum est hoc ·ii· nonas augusti anno ab Incarnatione Domini ·M^o·C^o·LXXX^o·I^o·.

Sig+num Petri de Bordello. Sig+num Dulcia, uxoris eius.

Sig+num Berengarii de Sancta Maria. Sig+num Petri de Plana. Sig+num Petri Magistri.

Sig+num Ugonis, abbati. Sig+num Bernardi, prioris. Sig+num Guillemi, subprioris. Sig+num Petri de Sancto Laurencio, cellerarii. ·SSS· Arnaldus, scripsit hoc die et anno quo supra.

*1. Al marge superior, en tinta vermella: Petri de Burdello uxorisque eius Dulcie.
2. a. archiepiscopus. 3. a. rupes. 4. a. autem. 5. a. unde.*

344

1191, novembre, 6

Ramon de Peramola, la seva muller Ermessèn i llur fill Berenguer, a canvi d'un cavall que volien comprar, valorat en cent vint sous i de ser rebuts com a confreres de la comunitat i compartir els béns espirituals dels monjos, donen a l'abat Hug i al monestir de Santes Creus els delmes de les seves possessions de Tàrrega i de Mur.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2764, núm. 10. Original.

- B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2764, núm. 11. Trasllat et per fra Arnau (*Sig+num fratris Arnaldi, qui hoc translatum fideliter scripsit*).
- C: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2764, núm. 12. Trasllat de 9 d'abril de 1235 (*Hoc est translatum fideliter factum ·v· idus aprilis anno Domini ·M·CC·XXX·V·*) fet per fra Berenguer Dezcanos (*Frater Berengarius Dezcanos, hoc translatum scripsit et hoc sig(signe)num fecit die et anno prefixis*).
- D: BP. Cartulari de Santes Creus: El "Llibre Blanch", foli 163.
 a: UDINA, *El "Llibre Blanch de Santas Creus"...*, p. 348, doc. 349.
 Cit.: FORT, *El senyoriu...*

Sit notum cunctis presentibus atque futuris quod ego Raimundus de Petra Mola et ego Ermessendis, uxor eius, et ego Berengarius, eorum filius, nos omnes simul bona fide et sine dolo, ob remedium animarum nostrarum et parentum nostrorum, damus domino Deo et monasterio Beate Marie de Sanctis Crucibus et tibi Ugoni abbati et fratribus eiusdem loci, tam presentibus quam futuris, omnes illas decimas quas habemus et habere debemus per quascumque voces omnium parentum¹ nostrorum vel aliorum hominum in omni honore, quem habetis et habere debetis in Tarrega et in omnibus terminis suis, scilicet, in Moro aut in qualicumque loco aliquid habetis modo vel possidetis seu etiam homines tenent per vos. Hoc autem donamus predicto monasterio et tibi Ugoni abbati et fratribus ibi habitantibus sicut melius dici vel intelligi potest ad profectum predicti monasterii et de nostro iure in vestrum ius tradimus et dominium libere et quiete omni tempore possidendum. Accipimus autem pro hac donacione de bonis predicti monasterii unum equum² quem³ Berengarius de Petra Mola volebat emere per ·c·x· solidos. Et ego Ugo, abbas, iam dicti monasterii et fratres nostri recipimus vos in confratres et conparticipes spiritualium bonorum domus nostre.

Actum es hoc ·VIII^o· idus novembris anno ab Incarnacione Domini ·M^o·C^o·XC^o·I^o·

Sig+num Raimundi de Petra Mola, sig+num Ermessendis, uxoris eius, sig+num Berengarii, filii eorum, qui omnes simul⁴ hoc laudamus et firmamus testesque firmare rogamus.

Sig+num Raimundi Ferrarii. Sig+num Petri de Turre. Sig+num Arnaldi de Solsona.

Sig+num Guillelmi de⁵ Lemovices, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. a. parentorum. 2. a. equam. 3. a. qui. 4. a. in simul. 5. *Repetit de a A i a C.*

345

1191, novembre, 22

Permuta d'una peça de terra plantada de vinya per un camp que el monestir té a Labar entre Berenguer Garidell i l'abat Hug de Santes Creus.

[A]: Original perdut.

B: BT. Cartulari de Santes Creus: El "Llibre Blanch", foli 126.¹

a: UDINA, El "Llibre Blanch de Santes Creus"..., p. 349, doc. 350.

Cit.: FORT, *El senyoriu...*

Sit notum cunctis quod ego, Berengarius Garridelli, et mei excambiamus modo in presenti per secula cuncta vobis Hugoni, Dei gratia, abbati monasterii de Sanctis Crucibus et aliis fratribus eiusdem loci vestrisque successoribus in perpetuum quandam peciam terre quam habemus in Labar. Affrontat hec pecia terre ab oriente in ipso honore vestro, a meridie in honore Sorie, ab occidente in via publica, a circio in alio honore vestro. Sicut ab istis terminis et affrontacionibus includitur et terminatur hec pecia terre cum omnibus ingressibus et egressibus suis et directis et pertinentiis et terra culta et herema et vinea et planta et omnibus ingressibus et egressibus suis et directis olivariis et omnibus arboribus diversorum generum, que ibi sunt et erunt et ut melius dici vel intelligi potest ad vestrum salvamentum et vestrorum et bonum intellectum, sic un presenti excambiamus vobis et vestris successoribus totum ab integro per secula cuncta. Hoc, videlicet, modo quod deinceps vos et vestri hanc cartam² et vineam habeatis, teneatis, possideatis, expletetis secure, potenter et integriter per secula cuncta, sicut vestram bonam et propriam excambiacionem et faciatis inde omnes voluntates vestras omni tempore sine vinculo et retinimento ullius in vestrum dominium et posse. Et modo eicimus³ in presenti hanc peciam terre et vineam de nostre posse et dominio et nostrorum et transferimus in vestrum⁴ totum dominium et posse et vestrorum. Et ego et mei convenimus salvare et defendere vobis et vestris predictam peciam terre et vineam ab omni persona et facere et⁵ tenere et habere semper in pace.⁶ Et accepimus a vobis in presenti propter hanc excambiacionem quandam ca<m>pum⁷ quem habetis in Labar, sicut continetur in carta quam inde nobis facitis. Siquis hoc frangere temptaverit non valeat set in dupplo componat et postea hoc firmum permaneat in perpetuum.

Actum est hoc ·X· kalendas decembris anni Domini ·M^o·C^o·XC·I·.

Sig+num Berengarii Garidelli, qui hoc facio, laudo et firmo et a testibus firmari rogo.

*Sig+num Girberti. Sig+num Guillelmi de Sancto Cucufate.
Sig+num Bernardi Vetuli.*

*Sig(signe)num Raimundi Carbonelli, qui hoc scripsit die et
anno quo supra.*

1. *Al marge superior, en tinta vermella: De excambio Berengarii Garidelli.*
2. *Potser el copista va interpretar malament l'escrit, sembla més lògic que hi digui: terram.*
3. *a. ejicimus.* 4. *Interlineat: in vestrum.* 5. *a. omet: et.* 6. *a. pae.* 7. *Repetit:
quendam campum.*

346

1192, gener, 1

*Etablissement ad laborandum i ad complantandum fet per l'abat Pere
de Santes Creus a favor de Berenguer Rafard de dues peces
alodials situades al territori de Barcelona, l'una al terme de la
parròquia de Sant Joan d'Horta i l'altra al coll de Montells.*

[A]: Original perdut.

B: BT. Cartulari de Santes Creus: El "Llibre Blanch", foli 3.

a: UDINA, El "Llibre Blanch de Santes Creus"..., p. 350, doc. 351.

*Notum sit cunctis quod ego Petrus,¹ abbas de Sanctis Crucibus
et omnis conventus mihi subditus donamus tibi Berengario Rafardi
et uxori tue Marie vestreque proieniei atque posteritati indivisibiliter
unus post alium ad bene laborandum et meliorandum, ad panem
et vinum et arbores plantandum petias ·II· alodii, quas habemus
et habere debemus omnibus modis in chomitatu Barchinone, in
parrochia Sancti Iohannis de Orta, apud collem de Romaneto.
Affrontatur una pecia ab oriente in alodio predicti Sancti Iohannis
et Barchinonensis canonice, a meridie in alodio Arnalli de Romaneto,
ab occiduo similiter, a circio in predicte canonice alodio. Alia vero
petia est iuxta collem de Muntedels, quam habuimus a priore de
Chamarasa. Sicut ab istis terminis concluduntur prefate due pecie
alodii, cum una olivaria, cum omnibus aliis rebus ad usum hominum
ibi pertinentibus cum introitibus et exitibus suis et terminis et
affrontationibus, vos et proienes vestra atque posteritas unus post
alium indivisibiliter in sana pace habeatis, teneatis, possideatis omni
tempore et expletetis secure et potenter et annuatim in Natale
Domini, per censum ipsius alodii, tribuatis nobis et nostro cenobio
·III· quartans, ad mesuram Barchinone, boni olei sine ulla contrarietate
et in sana pace et ibi alium dominum non acclometis nec faciatis
nisi nos et successores et fratres nostros. Liceat vobis et vestris, post
·xxx· dies ex quo in nobis vel in monachis de Sanctis Crucibus fatigati*

fueritis, vestrum melioramentum et edificium vendere vel impignerare vestro consimili salvo nostro censu et senioratico. Siquis hoc fregerit supradicta componat in duplo et insuper maneat firmum.

Actum es hoc kalendas ianuarii anno ab Incarnatione Domini ·M·C·LXXXI·.

Sig+num Petri, abbatis. Sig+num Poncii, prioris. Sig+num Willelmi de Belestar. Sig+num Bernardi de Seriano. Sig+num Berengarii de Lagustera. Sig+num Bernardi de Sancto Minato.

Sig+num Raimundi, monachi, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. No correspon l'abat amb el seu abadiat, deu ésser Hug.

347

1192, gener, 6

Ramon de Cervera, per amor a Déu, per la remissió de tots els seus pecats i en sufragi de l'ànima del seu pare, del seu avi Guillem Dalmau i de tots els seus avantpassats, dona a perpetuïtat a les esglésies de Sant Andreu de Vilagrasseta i de Santa Maria de Gramuntell i al seu capellà Guillem de Castro i successors, la tasca que Guillem Dalmau va cedir-los de tots els seus alous, de les vinyes i dels horts que posseïa als termes de Vilagrasseta i de Gramuntell, tant de terres ermes com cultivades. També li dona la tasca dels dominis que té en ambdós termes i per aquesta donació i renúncia de drets, rep de Guillem de Castro la quantitat de cinquanta sous barcelonesos.

[A]: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2764, núm. 13. Trasllat (*Hoc est translatum translatum a quodam instrumento in papiro scriptor cuius tenor hoc est*) s/d.

C: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2764, núm. 14. Trasllat de 18 de juliol de 1275 (*Hoc est translatum bene et fideliter factum ·xv· kalendas augusti anno Domini ·M·cc^o·lxx^o· quinto in quo series sic habetur a quodam instrumento*) fet pel notari de Granyena Arnau de Claret (*Ego Berengarius de Coneto, presbiter, hic me pro teste subscribo. Ego Berengarius Mazana, presbiter, hic me pro teste subscribo. Arnaldus de Clareto, presbiter, publicus notarius de Graniena, qui hoc scripsit cum literis sub aponitis in ·vi^o· linea ubi dicitur ego et hoc sig(signe)num fecit*)

a: UDINA, *El "Llibre Blanch de Santas Creus"...*, p. 351, doc. 352.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod ego Raymundus de Cervaria, amor omnipotentis Dei et remissione omnium peccatorum atque anime patris mei et avi mei Willelmi Dalmacii et etiam

omnium parentum¹ meorum, dono, concedo nunc et in perpetuum domino Deo et Sancto Andree de Vila Crassa et Sancte Marie de Agramuntello² et capellano earumdem³ ecclesiarum, scilicet, Guillelmo de Castro et omnibus suis successoribus, illam tascham quam Guillelmus Dalmasci⁴ dedit et dimisit de illis alodiis⁵ et de illis vineis et ortis que ipse habebat in termino Ville Crasse et in termino Agramuntelli,⁶ tam de heremis⁷ quam de cultivatis, et etiam ego⁸ per me et per omnes meos qui sunt vel erunt, dono et concedo predictis duabus ecclesiis et tibi prenominato capellano et omnibus tuis successoribus totam illam tascham et taschas de omni⁹ illa dominicatura¹⁰ quam ego Raimundus ibi habeo vel quisicumque per me vel per antecessores meos laborant aut laborabunt sive habebunt vel habent¹¹ de illa dominicatura in predictis duobus¹² castris et in suis terminis. Et totum ut melius dici vel nominari potest dono ipsas taschas dictis duabus ecclesiis et supradicto capellano et successoribus suis, franchum et liberum omni tempore ad omnes voluntates faciendas ipsarum ecclesiarum sine¹³ aliquo¹⁴ retentu quam ibi non facio. Et propter hoc donum habui a vobis Guillelmo ·L^a. solidos Barchinonensis et contra cunctos homines et feminas erimus ego et mei de toto hoc boni guirentes¹⁵ ipsis ecclesiis semper sine omni fraude illarum ecclesiarum. Si quis hoc disrupit¹⁶ in duplo componat et deinceps omni tempore firmiter permaneat.

Factum est hoc ·VIII^o. idus ianuarii anno Domini ·M^o.C^o.XC^o.r^o.¹⁷

Sig+num Raimundi de Cervaria qui hanc cartam firmavi, laudavi testesque firmare rogavi, sig+num Tiburgis, uxoris Raimundi dicti, qui hoc totum firmo et concedo ut supradictum est.

Sig+num Carbonelli de Vila Crassa. Sig+num Guillelmi de Gavar. Sig+num Arnaldi Desat. Sig+num Berengarii Salat. Sig+num Deodati de Agramuntello,¹⁸ isti ·v^o.¹⁹ sunt testes.

+ Virgili qui hoc scripssi iussu Raimundi de Cervaria.²⁰

1. a. peccatorum. 2. C: Acrimontello. 3. a. eiusdem. 4. C: Dalmacii. 5. C: alodis. 6. C: Acrimuntelli. 7. C: hermis. 8. C sobreposat: ego. 9. C repetit: de omni. 10. C segueix així: quam antecessores mei habuerunt in terminis predictorum duorum castrorum et de omni illa dominicatura. 11. a. habebant. 12. a. i C: duabus. 13. a. sinc. 14. a. omet: aliquo. 15. a. guarentes. 16. a. disrumperit. 17. C: ·M^o.C^o.XC^o. primo. 18. C: Acrimontello. 19. C: quinque. 20. C segueix: die et anno quo supra.

348

1192, març, 3

Guillem de Cirera i la seva muller Elisenda, per correspondre a la donació d'un cavall i a la cancel·lació del deute de cent sous barcelonesos que els monjos els havien concedit, donen a l'abat Hug els delmes, que el monestir estava obligat a pagar per la propietat de la granja de Valldossera, pel camp de Longaset —proper a la granja d'Ancosa— i per les terres de les ribes del Gaià, properes tant a l'edifici monacal com a la pedrera vella, per tal que aquestes propietats les posseïxin de ple dret a perpetuitat.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2764, núm. 15. Original.

a: UDINA, *El "Llibre Blanch de Santas Creus"...*, p. 353, doc. 354.

Cit.: FORT, *El senyoriu...*

In nomine Domini. Ego Guillelmus de Cirera et ego Elicsenda, uxor eius, per nos et per omnes successores nostros, bona fide pro salute nostra et parentum nostrorum, donamus et concedimus, sine ulla retentione, in perpetuum, domino Deo et beate Marie et tibi Ugoni abbati monasterii de Sanctis Crucibus et fratribus eiusdem loci, presentibus atque futuris, totum quod habemus et habere debemus in decimis grangie vestre de Valle Ursarie, sicut terminata est in cartis vestris, similiter et in campo vestro de Longa Siti¹, apud grangiam vestram de Ancosa et totum quod est a petraria veteri versus iam dictum monasterium et versus Sanctum Petrum de Gaiano, citra fluvium et ultra, ut libere et quiete habeatis et possideatis perpetuo iure. Et sciendum quod propter hoc dedistis nobis caritative ·c· solidos Barchinone et unum pullinum.

Actum est hoc ·v· nonas marcii anno Incarnatione Domini ·M·C·XC·I·.

Sig+num Guillelmi de Cirera, sig+num Elicsende, eius uxoris, sig+num Arnaldi de Cirera qui hoc laudat et firmat.

Sig+num Guillelmi de Rurico. Sig+num Bernardi de Caprera. Sig+num Bernardi Signarii.

Sig+num Raimundi de Castellari, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. a. siti.

349

1192, abril, 22

Guillem Sabater i la seva muller Maria venen una peça de terra plantada de vinya, part d'un alou cultivat i erm, al terme de Montblanc, anomenada el Clot de Guillem Sabater, als esposos Pere de Sedó i Gailarda, per cent noranta sous barcelonesos.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2764, núm. 16. Original.

a: UDINA, *El "Llibre Blanch de Santas Creus"...*, p. 354, doc. 356.

In Christi nomine et eius gratia. Notum sit cunctis hominibus presentibus¹ atque futuris quod ego Guillelmus Sutoris et uxor mea Maria, per nos et per nostros, venditores sumus vobis Petro de Sadao et uxori vestre Gailarde et vestris unam peciam de vinea et de alaudio cultum et incultum infra terminos Montis Albi, quod vocatur Clotum Guillelmi Sutoris. Et affrontat ab oriente in² Bernardo de Ventenago, a meridie tendit usque in carraria que pergit ad Miravetum, ab ocasu et a circio affrontat sicut aque versantur. Quantum infra istis quatuor affrontacionibus includitur et terminatur et quantum in predictum Clotum habemus et habere debemus per ullas voces, vineam, scilicet, cum terra in qua est fundata et cum omnibus in se habentibus et alaudium cultum et garrigam et sicut melius potest dici vel intelligi usui hominis et prosicuo, sic vendimus vobis et omni vestre posteritati atque proieniei et successoribus vestris atque heredibus cum omnibus melioramentibus quos ibi facere potueritis francham et liberam sine ulla servitute nostra nostrorumque per omnes vestras vestrorumque in perpetuum faciendi voluntates cum ingressibus vel regressibus suis. Et modo presente de nostro iure in vestro tradimus dominio et potestate per facere quicquid volueritis et recepimus inde a vobis ·c·xc· solidos Barchinonensis, de quibus bene confitemur esse de vobis paccati ad nostram voluntatem. Convenimus per nos et per nostros vobis et vestris successoribus esse legales guirentes³ et auctores contra omnem personam et faciamus tenere et possidere predictam vendicionem in bona pace ex hoc nunc et usque in seculum adhuc pro maiori vestra securitate et salvamento. Ego Maria predicta iuro super quatuor evangelia quod amplius non requiram istam vendicionem voce sponsalicio set perpetim eam vobis et vestris laudo et concedo omni tempore. Si quis disrumpere presumpserit⁴ non valeat set in duplo componat.

Actum est hoc ·x· kalendas madii anno Domini ·M^o·c^o·xc·ii·.

Sig+num Guillelmi Sutoris, sig+num Marie, uxoris eius qui hoc scribi iussimus et firmamus testibusque⁵ firmare rogamus.

Sig+num A. de Carreus,⁶ sig+num Ferrarii Clarena,⁷ sig+num Bertrandi Sutoris, testes.

Sig+num Guillelmi Donati.

Petrus, presbiter qui hoc scripssit die et anno + quo supra.

1. a. presentis. 2. a. etiam. 3. a. guarentes. 4. a. presumpseit. 5. a. testesque. 6. a. Carreris. 7. a. d'Arena.

350

1192, abril, 23

Ramon Joan de Montblanc dóna cada any i a perpetuitat, per ell i els seus successors, a Hug, abat del monestir de Santes Creus, vint sous de cens, moneda barcelonesa de curs legal, els quals el rei Alfons el Cast, atesa la seva liberalitat, va concedir a Santes Creus, de la seva persona i dels seus béns, per l'enfranquiment de les prestacions a què estava obligat —hosts, cavalcades, quèstia, delmes i altres drets— segons consta en un document atorgat pel mateix rei. També, per la salvació de la seva ànima, afègeix a la donació que els monjos santescreuencs puguin rebre el cens de la seva casa de Montblanc i puguin utilitzar-la.

[A]: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2764, núm. 17. Trasllat de 14 d'agost de 1259 fet per Pere de Merlet (*Ego ffrater P. de Merleto hoc translatum fideliter translataui a quadam instrumento per alphabetum diviso cum supraposito in ·III^a. linea ubi dicitur deinde ·IX· kalendas septembris anno Domini ·M^o·CC^o·L^o·IX^o. et hoc sig(signe)num feci*).

C: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2764, núm. 18. Trasllat s/d fet per fra Guillem de Torroja (*Sig-(signe)num Ffratris Guillelmi de Terrogia, publici notarii monasterii Sanctarum Crucum, de auctoritate domini regis qui predictum translatum de suo originali bene et fideliter scribi fe[cit], die et anno prefixis, cum raso et emendato in ·IIII^a. linea ubi dicitur de Sanctis Crucibus*).

a: UDINA, *El "Llibre Blanch de Santes Creus"...*, p. 355, doc. 357.

Cit.: FORT, *El senyoriu...*

Pateat cunctis quod ego Raymundus Iohannis de Monte Albo, bona fide et sine dolo, dono et concedo per me et per omnes meos domino Deo et Beate Marie de Sanctis Crucibus et tibi Ugoni abbati eiusdem monasterii et ffratribus eiusdem loci, tam presentibus quam futuris in perpetuum ·XX· solidos denariorum, bone monete Barchinone et curribilis, unoquoque anno censualiter in festo Sancti

Michaelis propter franchitatem et liberalitatem¹ quam dominus Ildefonsus, rex Aragonensis, facit domino Deo et monasterio de Sanctis Crucibus, videlicet, de me et de meis successoribus uno post alium et de omnibus rebus meis mobilibus et immobilibus, quas modo habeo et habere debeo et in antea, Deo largiente, ubique iure adquisiero, ita, scilicet, quod nunquam deinde ego vel mei qui meum locum tenuerint faciam vel faciant predicto domino regi vel suis successoribus, ostis,² cavalcatas³ vel redemptionem⁴ de hiis vel questiam vel prestitum vel albergas vel quodlibet aliud servitum, vel decimas sive aliud aliquid causa senioratici⁵ vel viciniatici teneat⁶ de cetero, sicut in carta domini regis, quam fecit iam dicto monasterio de mea liberalitate⁷ continetur. Addo etiam hiuc dono ob remedium anime mee ut fratres predicti monasterii habeant semper de censu in meo hospicio Montis Albi, absque gravamine mearum meorumque expensarum, exceptis lignis et aqua et ornatu⁸ coquinandi sive mense et lectorum atque stabulo suis equitaturis que omnia predicta in supra nominato hospicio a me vel a meis sufficienter inveniant preparata. Alias vero expensas omnes sue procurationis sive victus et equitaturarum suarum faciant⁹ ipsi fratres et ego ffrater supradictus Ugo, abbas, cum consilio fratrum nostrorum recipimus te predictum Raimundum Iohannis et uxorem tuam Guillelmam et tuos in confratres et participes omnium bonorum spiritualium que sunt vel, Deo dante, fuerint in nostro monasterio vel etiam totius ordinis nostri.

Actum est hoc nono kalendas madii anno ab Incarnatione Domini ·M^o·C^o·XC^o·II^o.

Sig+num Raimundi Iohannis, sig+num Guillelme, eius uxoris, nos qui hoc laudamus et firmamus testesque firmare rogamus.¹⁰

Sig+num Bernardi¹¹ de Riquer. Sig+num Petri de Alsone. Sig+num Bernardi de¹² Termenes. Sig+num Ugonis, abbatis. Sig+num Bernardi,¹³ prioris. Sig+num Poncii, subprioris. Sig+num Petri, cellerarii. Sig+num Guillelmi de Belestar.

(Signe) Sig+num Arnaldi, scribe, qui hoc scripsit cum literis rasis et emendatis in linea ·X^a. et in ·XIII^a. et in ·XVII^a, die et anno quo supra.

1. a. liberatem. 2. a. ostis. 3. a. cavalcatis. 4. a. redemptione.
5. a. senioratice. 6. a. teneant. 7. a. libertate. 8. a. orvatu. 9. a. fatiant.
10. a. rogavimus. 11. a. Berengarii. 12. a. omet: de. 13. a. Berengarii.

351

1192, abril, 27

Concòrdia entre Bertran de Rubió, fill de Berenguer d'Ollers, i el monestir de Santes Creus sobre el prat i parades de terra de l'honor de Rubió. Amb el consell de Bernat de l'Albà, Berenguer de Vilafranca i altres prohoms, Bertran de Rubió s'avé a fer la pau amb el monestir, i renuncia a favor dels monjos a la meitat del prat i de les parades de terra de tota l'honor que ells van adquirir al seu pare, segons consta a la carta o document en poder del monestir. Ambdues parts acorden fer la partició de la propietat mitjançant una tanca que vagi fins al riu Gaià, el cost de la qual es pagarà a mitges. Per tal avinença Bertran de Rubió haurà de rebre de l'abat un poltre.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2764, núm. 19. Original.

B: BT. Cartulari de Santes Creus: El "Llibre Blanch", foli 142v.¹

a: UDINA, *El "Llibre Blanch de Santes Creus"...*, p. 356, doc. 358.

Cit.: FORT, *El senyoriu...*

Noverint tam presentes quam futuri quod controversia, que diu fuerat inter Bertrandum de Rubione, filium Berengarii de Ollaris, et fratres de Sanctis Crucibus, pro prato et insulis de Rubione, tandem consilio Bernardi de Albano et Berengarii de Villa Francha aliorumque probono² hominum pacificata est hoc modo. Ego Bertrandus de Rubione, prescriptus, per me et per³ omnes successores meos, bona fide, sine dolo, diffinio et evacuo et pacifico domino Deo et Beate Marie de Sanctis Crucibus et tibi Ugoni, abbati, et fratribus eiusdem loci, tam presentibus quam futuris, predictas insulas omnes et medietatem iam dicti prati et totum honorem quem⁴ adquisistis a patre meo prescripto seu ab aliis predessoribus⁵ meis, uti melius in cartis vestris continetur. Cuius honoris terminus confrontat cum honore meo pro causa pacis sicut concordavimus ita sit, videlicet, ut per medium pratum, quod ibi est, inter me et vos faciamus vallum ad aque discursum communiter facientes expensas in faciendo et in recurando in perpetuum, sine utrique partis contrarietate, et sit ipsum vallum terminus et etiam aque discursus que discurrit usque in Gaianum, inter honorem meum et vestrum, ita, scilicet, quod totum est de his terminis in antea versus circium⁶ longe lateque ut melius dici vel intelligi potest ad utilitatem prescripti monasterii sine meo meorumque retentu libere et quiete in perpetuum habeatis et possideatis. Et sciendum quod pro hac concordia et pace habui a vobis unum pollinum caballinum

unde et⁷ promitto vobis servare pactum⁸ fideliter de predicto termino constitutum inter me et vos in perpetuum.

Actum est hoc ·v· kalendas maii anno ab Incarnatione Domini ·M^o·C^o·XC^o·II^o·.

Sig+num Bertrandi de Rubione qui hoc laudo et firmo testesque firmare rogo.

Sig+num Guillelmi de Sala Nova. Sig+num Arnaldi de Sala Nova. Sig+num Bernardi de Albano. Sig+num Berengarii de Vilafrancha. Sig+num Bernardi, fratris Bertrandi de Rubione. Sig+num Raimundi de Urgello. Sig+num Petri de Coctono. Sig+num Berengarii de Rubione.

Sig+ Raimundi de Castellari qui scripsit hoc cum litteris rasis et emendatis et suprapositis⁹ in ·XI^a· linea et in ·XIII·, die et anno quo supra.

1. Al marge superior, en tinta vermella: De prato et insulis de Rubiones. a. diu que el document es troba al foli 157, quan en realitat és al 142v del cartulari. 2. a. proborum i al cartulari: probono. 3. a. omet: per. 4. a. quam. 5. a. predecessoribus i al cartulari: predecesoribus. 6. Interlineat. 7. a. etiam i al cartulari: et. 8. Interlineat. 9. a. omet: suprapositis i el cartulari omet des de cum literis (...) fins in ·XIII·.

352

1192, abril. Barcelona

Alfons el Cast dona el seu vassall Ramon Joan de Montblanc amb totes les seves propietats i pertinences a Santes Creus.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2764, núm. 20. Original.

B: BT. Cartulari de Santes Creus: El "Llibre Blanch", foli 145v.

a: UDINA, *El "Llibre Blanch de Santes Creus"...*, p. 353, doc. 355.

Cit.: FORT, *El senyoriu...*

Notum sit scire volentibus quod ego Ildefonsus, Dei gratia, rex Aragonensis, comes Barchinonensis, marchio Provincie, causa Dei et ob remissionem peccatorum meorum, dono et in presenciarum trado Beate Marie de Sanctis Crucibus et eidem monasterio in perpetuum, Raimundum Iohannem Montis Albi, cum possessionibus suis et universa facultate sua et cum omnibus heredibus et successoribus eius, uno post alium et cum hoc omni tam mobili quam immobili, quod de cetero potuerint rationabili modo adquirere ubique locorum. Hanc igitur donacionem facio et concedo predicto monasterio in manu venerabilis in Domino Ugonis eiusdem loci abbatis, Bernardi, prioris, Poncii, subprioris, Guillelmi de Belestar et fratrum aliorum, cum omni franchitate, libertate cum omni etiam

integritate et sine omni retentu, ita quod nec mihi nec meis successoribus nec alii alicui causa senioratici vel viciniatici teneatur de cetero ipse vel sui post eum, qui hunc locum tenuerint, set sit ex toto totus eiusdem monasterii eius eiusque heredes per secula cuncta. Expressius autem dico et stabilio in perpetuum quod nunquam predicgtus homo vel eius heredes unus post alium facient ost vel cavalchatam vel redemptionem de his vel chestiam vel pestitum vel quodlibet servicium mihi vel successoribus meis vel alii alicui usque in eternum.

Facta carta in Barchinonam mense aprilis anno ·M^o·C^o·XC^o·II^o.

Signum(signe) Ildefonsi, regis Aragone, comitis Barchinone, marchionis Provincie.

Sig+num Otonis de Insula, vice seneschalchi. Sig+num Bernardi de za Portella. Sig+num Guillelmi de za Granada. Sig+num Raimundi de Cervaria. Sig+num Bernardi de Castelleto. Sig+num Berengarii de Sancta Eugenia.

Ego Guillelmus de Bassia, notarius domini regis, scripsit hanc cartam et feci hoc sig(signe)num.

353

1192, juny, 30

Arnau de Mor i la seva filla Beatriu, de bona fe i sense cap engany, per la salvació de la seva ànima i la dels seus pares, concedeixen, per ells i pels seus descendents, a Santa Maria de Santes Creus, a l'abat Hug i a tots els monjos, els delmes que els pertanyen de l'honor, ara en poder de Santes Creus, del terme de Mur i la part del delme del camp que els correspon de la terra, que per donació testamentària de Guillem de Malgrat, tenen els monjos al terme del castell de Montalbà, amb la condició que mentre siguin vius el monestir sols en pugui rebre la meitat i l'altra quan morin. L'abat Hug els rep com a confreres de la comunitat perquè participin de tots els béns del monestir: de les misses, de les oracions, de les almoines... I promet a Arnau que si vol esdevenir monjo del monestir hi serà ben rebut com a germà de la comunitat, en la forma que ho determina l'orde. Així mateix una vegada mort podrà ser sebollit a Santes Creus si així ho vol. L'abat concedeix a Beatriu que, una vegada morta, pugui rebre tots els béns espirituals com un monjo més de la comunitat claustral.

[A]: Original perdut.

- B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2765, núm. 1. Trasllat de 7 de desembre de 1192 (*S. fratris Guillelmi de Lemovicis qui hoc translatavit fideliter .VII. idus decembris, cum litteris suprapositis in .XII. linea, anno .M^o.C^o.XC^o.II^o. ab Incarnacione Domini*). Presenta estrips i forats a la part esquerra.
- C: BT. Cartulari de Santes Creus: El "Llibre Blanch", foli 157.¹
- a: UDINA, *El "Llibre Blanch de Santas Creus"...*, p. 357, doc. 359.
PAPELL, "El domini...".

In Dei nomine. Notum sit cunctis audientibus tam presentibus quam futuris quod ego Arnaldus de Moro et Beatrix, filia mea, bona fide et sine² dolo, pro salute animarum nostrarum atque parentum nostrorum, donamus et concedimus per nos et per omnes successores nostros domino Deo et Beate Marie de Sanctis Crucibus et tibi Ugoni abbati et fratribus eiusdem loci presentibus atque futuris omnes decimas et quicquid³ habemus et habere debemus in toto vestro honore, quem⁴ habetis necnon et quem alii tenent per vos infra terminos castri de Moro et pertinenciis eius et insuper et ipsam partem nostram decime ipsius campi, quam dimisit vobis Guillelmus de Malgrat in suo testamento apud castrum de Monte Albano. Tali videlicet modo ut habeatis medietatem omnium supradictarum⁵ decimarum pro tenedone quamdiu vitam secularem duxero et aliam medietatem post obitum meum, vel postquam habitum religionis suscepero. Donamus etiam vobis unam peciam terre que est in comitatu Barchinone in castro de Moro, in loco qui vocatur ultra collem Mori, que pecia terre est in pignore .IIII^{or}. morabetinis. Affrontat autem ipsa terra ab oriente in alaudio de Bovato, a meridie in termino Tarrege, ab occidente in alaudio Bernardi Guillelmi, a septentrione⁶ in serra de Moro. Quantum hee .IIII^{or}. affrontaciones includunt, sic donamus vobis cum ingressibus et exitibus suis pro francho alaudio ad vestrum profectum et utilitatem sicut melius dici vel intelligi potest ad vestram voluntatem faciendam et de nostro iure in vestro tradimus in perpetuum cum decimo. Hoc totum sicut dictum est damus vobis extra Guillelmum Cabater, de quo retinuimus decimum et totum hoc quod nobis facere debet. Et ego Ugo abbas et fratres nostri, tam presentes⁷ quam futuri⁸ recipimus te Arnaldum de Moro et Beatricem, filiam tuam, in fratres et participes omnium bonorum que facta fuerint⁹ in domo nostra in missis et in orationibus et in elemosinis et in quibuslibet aliis bonis et quando volueris sumere habitum religionis recipiemus te Arnaldum de Moro per fratrem, secundum formam ordinis nostri, quod si moris tibi in seculo evenerit, quod absit, et ad monasterium te aportare feceris, concedimus tibi sepulturam nisi fueris excommunicatus. Beatrici,

vero, filie tue, concedimus ut post obitum eius sicut pro monacho ei servitium reddamus.

Actum est hoc ·II· kalendas iulii anno ab Incarnacione Domini ·M^o·C^o·XC^o·II^o·.

Sig+num Arnaldi de Moro, sig+num Beatricis, filie eius, nos ambo, qui hanc donacionem facimus, laudamus et firmamus testesque firmare rogamus.

Sig+num Bernardi de Villagrassa. Sig+num Bernardi Ulardi. Sig+num Petri de Pino.

Arnaldus, sacer, qui hoc scripsit, die et anno quo supra.

1. Al marge superior, en tinta vermella: De parte decimi A. de Moro et filie eius Beatricis. 2. a. sino. 3. a. quidquid i cartulari: quicquid. 4. a. quam i cartulari: quem. 5. a. supradictorum. 6. a. septentrione. 7. a. presentibus. 8. a. futuris. 9. Interlineat.

354

1192, agost, 10

Establiment a cens d'una cinquena part dels fruits recollits de la meitat d'una sort de terra al terme de Conill fet per l'abat Hug de Santes Creus a favor de Pere Jover. S'estableix el dret de fadiga en trenta dies.

[A]: Original perdut.

B: BT. Cartulari de Santes Creus: El "Llibre Blanch", foli 53v.¹

a: UDINA, El "Llibre Blanch de Santes Creus"..., p. 359, doc. 360.

Cit.: FORT, El senyoriu...

In nomine Domini. Sit notum cunctis audientibus quod ego, frater Ugo, monasterii de Sanctis Crucibus vocatus abbas, cum consilio et voluntate fratrum nostrorum, dono et concedo tibi Raimundo Magistro et uxori tue Laurete et cuncte vestre posteritati medietatem illius sortis terre, quam Petrus Jover, quondam, tenuit de nobis in terminio de Conil. Tali condicione damus vobis predictam terram ut eam bene excolatis et donetis nobis de omnibus fructibus, qui inde provenerint, quintam partem fideliter, exceptis decimis et ita eam habeatis vos et vestri successores in perpetuum, ibi dominum alium nullum recognoscentes nisi nos et monasterium nostrum et semper tempore triture ibidem aream faciatis nec inde aliquid efferatis, donec nobis persolveritis que² ad ius nostrum pertinent. Quod si in posterum volueritis vendere vel impignorare predictam terram non liceat vobis nisi prius in nos faticati fueritis per ·XXX· dies, quod si eam retinere noluerimus de cetero liceat vobis

tam vendere vel inpingnorare consimili vestro laboratorum, salvo in omnibus iure monasterii nostri. De nutrimento vero et aliis rebus, que ad ius nostrum pertinent in eodem honore de Cunil faciatis sicut habetur in comuni instrumento quod est inter nos et omnes laboratores honoris de Conil. Et ego predictus Raimundus Magister et ego Laureta, uxor eius, per nos et per omnes successores nostros bona fide promittimus vobis prefato abbati et fratribus vestris servare in omnibus fidelitatem de predicto honore in perpetuum.

Actum est hoc ·iiii· idus augusti anno ab Incarnacione Domini ·M·C·XC·II·.

Sig+num Ugonis, abbatis. Sig+num Bernardi, prioris. Sig+num Poncii⁵, subprioris. Sig+num Petri, cellerarii. Sig+num Guillelmi de Belestar.

Sig+num Raimundi Magistri. Sig+num Laurete, uxoris eius. Sig+num Berengarii de Sancte Marie. Sig+num Guillelmi de Rourico. Sig+num Raimundi Palares.

(Signe) Sig+num Arnaldi, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. Al marge superior, en tinta vermella: Raimundi Magistri uxorisque eius Laurete.
2. a. quod i al cartulari: que.

355

1192, agost, 27

Testament d'Arsenda, vídua de Ponç Panicer. Entre les deixes dóna a Santes Creus la meitat dels drets de les cases que té a la parròquia de Sant Llorenç de Lleida, amb la condició que els monjos en rescatin l'altra meitat, que deixa a son germà Bernat de Narbona, serà per a Bernat i si no ho volen fer haurà de pagar mil sous pels drets al cenobi.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2765, núm. 2. Original.

a: UDINA, *El "Llibre Blanch de Santes Creus"...*, p. 360, doc. 361.

Cit.: FORT, *El senyoriu...*

PAPELL, "El domini..."

Quoniam nemo positus in carne periculum mortis potest evadere, propter excessum protoplausti Ade.¹ Idcirco ego Arssendis, condam,² uxor Poncii Panicerii, iacens in egritudine, timens penas inferni cupiensque pervenire ad gaudia Paradisi et in mea plena memoria loquelaque integra et in meo bono sensu facio meum testamentum ut si mors³ michi contingerit antequam aliud tes-

tamentum faciam istud permaneat firmum et stabile. Et eligo manimissores huius testamenti, videlicet, Deidatum⁴ de Lobera et Bernardum de Narbona, fratrem meum, et Guillelmum Molinerium, atque Michaellem de Lobera, quibus plenam potestatem dono ac firmiter concedo ut ipsi fideliter dividant⁵ et disponant omnes meas res mobiles et immobiles quas modo habeo et habere debeo, sicuti in pagina istius testamenti scribere facio, et hoc tamen faciant absque aliquo dampno quod eis nullo modo contingat. Primum statuo ut omnia mea debita ut cognita fuerint de meo integritate persolvantur. Persolutis autem debitis, dimitto pro redemptione anime mee et delicto parentuum meorum ·D· solidos denariorum, de quibus dimitto ·C· solidos cum corpore meo Deo et Beate Marie Ylerdenssis sedis, tali vero modo ut canonici eiusdem ecclesie me honorifice recipiant et in claustra sepelire faciant et mense eiusdem ecclesie ·V· solidos et operi eiusdem ecclesie ·V· solidos et operi Sancti Laurentii ·X· solidos et Hospitali Iherosolimitano ·V· solidos et leprosis ultra Siccorem⁶ ·II· solidos. Et relinquo singulis ecclesiis faciendis Ylerde ·XII· denarios. Et dimitto Ricardone, alumpne mee, ·L· solidos et Anglesie, nutricie ·XX· solidos et Bernardone, filie de Verneto, ·XX· solidos et aliis nummi, qui remanent de prescriptis ·D· solidis qui ad huc non sunt divisi, dimitto eos pro vestimentis pauperibus egenis vel dividantur secundum existimacionem manumissorum meorum ad remedium anime mee. Et clamidem meam⁷ rrossete cum pena cerogrillorum et meum fustanium dimitto Babilonie. Et dimitto fratri meo Bernardo d<e> Odena et Ermessendi de Portella, sorori mee, ipsas domos que sunt in urbe Ylerde, videlicet, in parrochia Sancti Laurentii, que affrontant ex tribus partibus in carreris⁸ publicis, de quarta vero parte in domibus que fuerunt de Gazol. Quantum habent omnes prescripte affrontaciones includunt et isti termini ambiunt cum introitibus et exitibus et melioracionibus suis de celo usque in abissum, eas franchas liberas, prescripto fratri meo Bernardo d<e> Odena et Ermessendi de Portella, sorori mee,⁹ dimitto ad omnes suas voluntates agendas in perpetuum. Et Marie de Porta ·X· solidos dimitto. Et de ipso debito quod Raimundus de Montecatano mihi et Poncio Panicerio debebat, dimitto monasterio Vallis Bone ·XX· morabetinos, et de ipso debito dimitto Bernardo de Zacrassa et Bernardo de Moola et B<ernardo> de Alantornt,¹⁰ fratribus meis, ·L· morabetinos, et adhuc de debito Raimundi de Montecatano, dimitto operi Sancte Marie Sanctarum Crucum ·V· morabetinos. Et dimitto Bernardo de Verneto, fratri meo,

fratri meo, unum lectum omnibus pannis suis bene munitum, et Arnaldo de Tordera clamidem meum candidum de Isambro. Et dimitto Bernardo de Narbona, fratri meo, .cc. solidos et omnes pannos et arreamenta domus mee, tali vero modo, ut ipse persolvat et de manumissores meis .cc. solidos. Et dimitto medietatem ipsarum domorum, que sunt in urbe Ylerde, videlicet, in pparrochia Sancti Laurentii fratri meo Bernardo de Narbona franche libereque in perpetuum, absque vinculo et blandimento alicuius persone. Et aliam mediatatem ipsarum domorum dimitto pro remedio anime mee monasterio Sanctrum Crucum et fratribus ibi constitutis Deo serviendis, tali vero pacto ut fratres dicti monasterii absolvant e in perpetuum diffiniant ipsum dominium et alberga que debent habere in¹¹ ipsa medietatem domorum, quam fratri meo Bernardo de Narbona dimitto, et si hoc diffinire et facere voluerint, Bernardus de Narbona, frater meus, habeat et possideat omnes prescriptas domos de celo usque in abissum integriter ad omnes suas suorumque voluntates agendas in perpetuum, sicuti affrontant in cellario Gardeni¹² et hospitalis Petri Molinerii, et in cequia que discurrit Alcarraz et in domibus Petri, molinerii, et in domo molen-dini Guillelmi Raimundi et in carrera publica, et det Bernardus de Narbona fratribus predicti monasterii pro ipsis laxis, que eis promissi, mille solidos.

Quod est actum .vi. setembris anno Domini .M.C.LXXXII.

Sig+num Arssendis, uxor quondam Poncii Panicerii, qui hoc firmo, laudo testesque ac manumissoresque firmare rogo.

Sig+num Deidati¹³ de Lobera. Sig+num Bernardi de Narbona. Sig+num Guillelmi Molinerii. Sig+num Michaelis de Lobera. Sig+num Petri Molinerii, iunioris. Sig+num Petri Morages.

Arnaldus de Barchinona, subdiachonus, que hoc scripsit et hoc (signe) fecit cum literis rassis in .xxi. linea et in .xxiiii. emendatis.

1. a. ade. 2. a. quondam. 3. a. meis. 4. a. Deide. 5. a. dividant.
6. a. siccorem. 7. a. meum. 8. a. carreis. 9. a. meo. 10. a. Alcantornt.
11. a. et. 12. a. Gardani. 13. a. Deidi.

356

1192, setembre. Cervera

Alfons el Trovador, des de Cervera, confirma la donació de les cases de Lleida que el seu vassall Ponç Panicer va donar a Santes Creus i que la seva viuda, Arsenda, els llegà en el seu testament.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2765, núm. 3. Original.

a: UDINA, *El "Llibre Blanch de Santes Creus"...*, p. 362, doc. 362.

Cit.: FOLCH, *Lleida i Santes Creus...*

FORT, *El senyoriu...*

Notum sit cunctis quod ego Ildefonsus, Dei gratia, rex Aragonum, comes Barchinone, marchio Provincie, laudo, concedo et dono tibi dompno Ugoni, venerabili abbati de Sanctis Crucibus, et universis fratribus et monasterio eiusdem loci per secula cuncta illas domos apud Ylerdam Poncii, quondam, Panicerii et uxoris eius; predictas¹ domos sicut melius iam vobis consilio eorum et voluntate donavi et sicut ipsa uxor illius Poncii vobis testamento suo legavit. Omnes illas domos cum suo senioratico in integrum ad omnes² vestras voluntates faciendas cum omni persona privata et extranea, laudo et concedo vobis et firmabo cunctas³ omnes, quas ex eisdem domibus facietis alicui viventi. Hec mihi aut meis ibi aliquid retineo⁴ set cum omni franchitate et libertate illas vobis dono et laudo per secula cuncta.

Facta carta apud Cervariam mensis⁵ septembris anno millesimo .C^o.XC^o.II^o.

Signum (signe) Ildefonsi, regis Aragonum, comes Barchinone, marchioni Provincie.

Sig+num Bernardi de Zaportella. Sig+num Enechonis de Aneo.

Ego Guillelmus de Bassia, regius notarius, scripsi hanc cartam et feci hoc sig.SSS.num.

1. a. predictus. 2. a. opus. 3. a. (toltas?). 4. a. retentu. 5. a. nonas.

357

1192, novembre, 11

Arnau de Cervera i la seva esposa Agnès donen a l'abat Hug de Santes Creus cent sous, moneda corrent de Lleida, per a la manutenció i vestit d'un monjo sacerdot que haurà de celebrar missa diària pel sufragi de les seves ànimes i les dels seus pares. Aquests cent sous, el monestir els ha de rebre dels cent sous que el seu pare, Pere de Cervera, va deixar al monestir en el seu testament de les rendes de l'honor de Lleida. Mentre sigui viu els monjos gaudiran d'una renda de deu sous anuals dels rèdits dels cent sous per a la manutenció i vestit del monjo.

[A]: Original perdut.

B: BT. Cartulari de Santes Creus: El "Llibre Blanch", foli 166v.¹

a: UDINA, *El "Llibre Blanch de Santas Creus"...*, p. 362, doc. 363.
 Cit.: FORT, *El senyoriu...*

Quoniam elemosine liberant animam a morte et non sinunt eam ire in tenebras, iccirco in Christi nomine ego, Arnaldus de Cervaria, et ego, Agnes, eius uxor, bono animo ac spontanea voluntate pro animabus nostris et parentum nostrorum, per nos et per omnes successores nostros, constituimus et donamus, offerimus atque concedimus domino Deo et Beate Marie de Sanctis Crucibus et tibi Ugoni, abbati, et fratribus eiusdem loci, presentibus atque futuris .C. solidos, bone monete et curribilis apud Ylerdam, ad victum et vestitum unius monachorum, qui missam celebret cotidiana pro animabus nostris et omnium fidelium defunctorum. Hoc, autem, ita constituimus ut post obitum mei Arnaldi, iam dicti, omnibus annis post illos .C. solidos, quos Petrus de Cervaria, frater meus, dimisit monasterio de Sanctis Crucibus persolvantur vobis ac successoribus vestris predicti .C. solidos de honore nostro, quem habemus in prefata urbe qui mihi predicto Arnaldo advenit paterna voce quantum inde exierit et si minus fuerit habeatis in alio nostro honore que omnibus modis apud Ylerdam habemus integritate sine aliqua diminutione vel expensa vestra. Interim vero dum ego, predictus Arnaldus de Cervaria, vixero pro tenedone prescripte elemosine concedo, ego et uxor mea Agnes, vobis singulis annis .x. solidos in eiusdem honoris redditibus nostris, salvo tamen iure vestri pignoris, ut post mortem mei iam dicti Arnaldi sine aliqua contradiccione alicuius hominus vel femine habeatis libere ac quiete iam dictos .C. solidos ad sustentationem iam dicti sacerdotis in perpetuum.

Actum est hoc .iiii^o. idus novembris anno ab Incarnatione Domini .M^o.C^o.XC^o.ii^o.

Sig+num Arnaldi de Cervaria. Sig+num Agnetis, eius uxoris. Nos qui hoc laudamus, firmamus testesque firmare rogamus. Sig+num Berengarii, sig+n um Petri Arnaldi, filiorum eius.

Sig+num Petri de Rocha Forti. Sig+num Guillelmi de Capite Stagno. Sig+num Petri Balb. Sig+num Petri Lerad. Sig+num Arnaldi de Samatano. Sig+num Deusdedit de Lobera. Sig+num Grasset.

Sig+num Raimundi de Castellari qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. *Al marge superior, en tinta vermella: Arnaldi de Cervaria et uxoris eius.*

358

1193, gener, 15

Arnau de Cervera, la seva muller Agnès i els seus fills Berenguer i Pere Arnau, de bona fe i per la salvació de la seva ànima i la dels seus avantpassats, concedeixen a perpetuïtat i sense cap retenció de drets per la seva part, al monestir de Santes Creus i a l'abat Hug, el dret de percebre els delmes del mas de Pere de Tarragona, amb les terres i les vinyes i tot el que hi ha, situat a Mata Carnaria, entre els camins que van a la Cardosa i Gramuntell. Absolen Pere de Tarragona i els seus successors de la submissió al monestir de Santes Creus per causa dels mals usos, com ara l'eixorquia i la intestia. Els deslliuren d'ésser jutjats pels monjos, perquè els serveixin lliurement sense cap pressió i sense violència. També concedeixen als claustrals l'opció de poder comprar els drets dels delmes dels altres cavallers que tinguin sobre el mas i les terres.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2765, núm. 4. Original.

a: UDINA, *El "Llibre Blanch de Santes Creus"...*, p. 363, doc. 364.
Cit.: FORT, *El senyoriu...*

In nomine Domini. Notum sit cunctis quod ego Arnaldus de Cervaria et Agnes, coniux mea, et filii nostri Berengarius et Petrus Arnaldi, per nos et per omnes successores nostros, bona fide, pro salute animarum nostrarum et parentum nostrorum, donamus et concedimus, sine omni retencione in perpetuum, domino Deo et Beate Marie de Sanctis Crucibus et tibi Ugoni, abbati, et fratribus eiusdem loci presentibus atque futuris, ius nostrum quod habemus in decimis mansi Petri de Terrachona, et in terris et vineis et omnibus que ad ipsum mansum pertinent. Qui mansus est in loco vocitato Mata¹ Carnaria, inter viam qua itur ad Acrimontem et viam qua itur ad Cardosam. Absolvimus etiam predictum Petrum de Terrachona et successores eius unum post unum Deo et prefato monasterio, tali modo ut, nunquam de cetero teneantur nobis ipsi vel res eorum de firmanda iusticia, de exorchia, de intestacione vel de aliis quibusque rebus ad ius nostri domini pertinentibus, set libere et quiete, serviant² Deo et prefato monasterio in perpetuum, ita ut a modo nos vel nostri nichil ab eis possimus exigere vel eis violenciam aliqua inferre aliqua racione. Concedimus etiam atque vobis laudamus quod alii milites habent³ in decimis prefati honoris quandocumque ab eis acquirere potueritis. Promittimus etiam Deo

*et iam dicto monasterio fidelem garentiam de predicta donacione contra cuntos homines et feminas in perpetuum. Si quis hoc disru<m>pere in duplo componat et deinceps supradictum est firmum permaneat omni tempore.*⁴

Factum est hoc ·xvii· kalendas febroarii, anno Domini ·M^o·xc^o·ii^o.

*Sig+num Arnaldi de Cervaria, sig+num Agnetis, uxoris eius, sig+num Berengarii, sig+num Petri Arnaldi, eorum filiorum,*⁵ *qui hoc totum firmamus et testes firmare rogamus.*⁶

Sig+num Raimundi de Cervaria, qui hoc totum concedo et firmo.

Sig+num Berengarii de Fraxineto, sig+num Arnaldi de Pomar, sig+num Petri de Rocha Forti, sig+num Poncii de Castro Torti, isti quatuor sunt testes.

Sig+num Virgilius, qui hoc scripsit iussu A. de Cervaria, die et anno quo supra.

1. a. *manso.* 2. a. *fruant.* 3. a. *habeant.* 4. a. *omet: omni tempore.*
5. a. *fili.* 6. a. *rogavimus.*

359

1193, gener, 15

Ramon de Cervera dóna a l'abat Hug i al monestir de Santes Creus l'honor i la propietat que per ell té Pere de Tarragona —les terres, les vinyes, els delmes, els censos, la percepció dels drets de l'exorquia i de la intestia i d'altres que li corresponen. Els masos i camps de cultiu són al lloc anomenat Mata Carnaria, entre els camins que van a Gramuntell i a la Cardosa; les cases a la vila de Cervera, a la Vilanova, davall l'església de Santa Maria i entre les cases de Guillem Escafi, Guillem de Sòria, Pere d'Anglesola i dos carrers públics, als quals trauen porta. Amb la donació de l'honor s'inclou la persona de Pere de Tarragona i la seva família, perquè —lliurament i quiets— puguin servir Déu i els monjos de Santes Creus a perpetuïtat.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2765, núm. 5. Original.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2765, núm. 6. Trasllat —malmés— de 22 de març de 1193: (*Bernardi de Cervaria (signe) qui hoc translatavit fideliter ·xi^o· kalendas aprilis anno Domini ·M^o·c^o·xc^o·ii^o. Sig+num Raimundi de Castellari. Sig+num Bernardi, monachi prioris. Sig+num fratris Guillelmi de Cervaria, hi sunt testes huius translationis). Udina transcriu aquesta carta, a *El "Llibre Blanch de Santas Creus"...**

a: UDINA, *El "Llibre Blanch de Santas Creus"...*, p. 364, doc. 365.

Cit.: FORT, *El senyoriu...*
 PAPELL, "El domini...".

In nomine Domini. Sit notum cunctis, quod Raimundus de Cervaria, per me et per omnes successores meos, bona fide pro salute anime mee et parentum meorum, dono et concedo in perpetuum, domino Deo et Beate Marie de Sanctis Crucibus et tibi Ugoni, abbati, et fratribus eiusdem loci presentibus atque futuris, totum quod habeo et habere debeo in Petro de Terrachona et in omnibus bonis eius, tam mobilibus quam immobilibus, scilicet, in domibus, terris et vineis, qualibet voce, decimarum vel censuum vel exorchie aut intestacionis vel quolibet alio modo. Hanc donacionem et libertatem, quam facio de predicto Petro, eandem constituo et confirmo de illo qui post eum mansurus¹ est in domo in qua ipse manet² uno post unum in perpetuum. Et est sciendum quod predictus honor est in comitatu Barchinone, in termino Cervarie. Domus predictae sunt subtus ecclesiam Sancte Marie, inter domos Guillelmi Eschafini, Guillelmi de Soria et Petri de Angleola,³ sicut clauduntur a duabus viis publicis superius et inferius. Alie domus sunt in loco vocitato Villa Nova,⁴ ante domos Guillelmi de Segarra. Mansus vero laboracionis ipsius Petri, cum terris et vineis et pertinenciis suis est in loco qui⁵ vocatur Mata Carnaria, inter viam que vadit ad Acrimontem et viam que vadit ad Cardosam. Hec omnia supra scripta tali donacione trado predicto monasterio et fratribus ut modo ego vel mei vel quelibet⁶ persona ex parte mea nulla racione aliquid possit exigere in his vel⁷ aliquam⁸ inferre violenciam⁹ set ipse Petrus de Terrachona et successores eius, unus post unum, cum suis rebus Deo et dicto monasterio de Sanctis Crucibus libere et quiete serviant in perpetuum. De quibus omnibus ego predictus Raimundus de Cervaria per me et per meos promitto Deo et iam dicto monasterio fidelem garentiam contra cunctos homines et feminas de omnibus que ad meum ius pertinent omni tempore. Si quis hoc¹⁰ disruperit in duplo componat et deinceps ut superius est scriptum firmum permaneat.

Factum est hoc .xviii^o. kalendas febroarii anno Domini .M^o.C^o.xc^o.ii^o.

Sig+num Raimundi de Cervaria, qui hoc totum firmo, laudo testesque firmare rogo. Sig+num Tiburgis, uxoris eius, que¹¹ hoc totum concedo et firmo. Item ego Raimundus de Cervaria, bona fide, promitto tibi predicto Ugoni, abbati, et fratribus de Sanctis Crucibus quod quandocumque poteritis acquirere a militibus decimarum partes, quas habent in suprascripto honore, ego sine omni¹² con-

tradiccione firmabo instrumenta ab eis vobis facta et etiam in presenti hoc laudo et concedo per me et per omnes successores meos.

Sig+num Arnaldi de Cervaria, sig+num Guillelmi de Timor, sig+num Berengarii¹³ Rufonis, sig+num Nicholay Guidot, isti quatuor sunt testes.

+ Virgilius qui hoc scripsit iussu R. de Cervaria, cum litteris emendatis in ·viii^a. linea, die et anno quo supra.

1. a. mansuras. 2. a. manus. 3. a. i B: Anglerola. 4. a. Vilanova.
 5. a. que. 6. a. quilibet. 7. a. omet: vel. 8. a. aliqua. 9. a. violentia.
 10. a. omet hoc i B, presenta un raspat a la h. 11. a. i B: qui. 12. a. omne.
 13. a. intercala entre Berengarii i Rufonis, la preposició de, que no és a cap document.

360

1193, març, 12

Ramon de Vallmanya, per ell i pels seus successors, atorga permís, a perpetuïtat, de pas per les seves terres i propietats de Vallmanya i Montmajor al monestir de Santes Creus perquè els seus pastors i animals de la cabana puguin transitar lliurement sense cap exacció. Si els homes i ramats de Santes Creus malmeten els cultius del lloc per on passin haurà de compensar els damnificats adequadament segons el que determinin els prohoms del lloc. L'abat Hug accepta rebre'l com a confrare de la comunitat perquè participi dels béns espirituals com un monjo més del cenobi.

[A]: Original perdut.

B: BT. Cartulari de Santes Creus: El "Llibre Blanch", foli 59v.¹

a: UDINA, El "Llibre Blanch de Santas Creus"..., p. 365, doc. 366.

Cit.: FORT, El senyoriu...

In nomine Domini. Sit notum audientibus hoc quod ego, Raimundus de Valle Mania, per me et per omnes successores meos, bona fide sine dolo pro salute anime mee et parentum meorum, dono et concedo in perpetuum domino Deo et Beate Marie de Sanctis Crucibus et tibi Ugoni abbati et fratribus eiusdem loci presentibus et futuris ut habeatis liberum transitum per terram meam vos et animalia vestra et omnes res vestre sine aliqua exaccione. Ita ut ego vel baiulus vel homines mei nichil a vobis requiramus pro eodem transitu in termino Vallis Manie et Montis Maioris vel in omni terra mea sed semper per eundo et redeundo liberum habeant transitum sine aliqua contradiccione vel molestia. Si autem animalia vestra vel homines aliquod dampnum intulerint laboracionibus hominum

meorum consilio proborum hominum qui circa eos sunt rationabiliter emmendetur. De hac autem donacione et liberalitate promi<to> vobis per me et per meos fidelem garentiam in perpetuum. Et ego frater Ugo, predicti monasterii abbas, et fratres nostri recipimus iam dictum R. in confratrem et participem bonorum spiritualium domus nostre tam in vita quam in morte.

Factum est hoc ·IIII· idus martii anno Dominice Incarnationis ·M^o.C^o.XC^o.II^o.

Sig+num Raimundi de Valle Mania, qui hoc firmo et testes firmare rogo.

Sig+num Guillelmi de Cardona. Sig+num Raymundi de Boixados. Sig+num Raimundi de Segelariis.

<Sig>+<num> Bernardi de Cervaria, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. *Al marge superior; en tinta vermella: Raimundi de Valle Mania.*

361

1193, març, 27

Concordia entre l'abat Hug de Santes Creus i Berenguer de Vilademuls, arquebisbe de Tarragona, per raó de la percepció del delme de les propietats santescreuenques de la riba dreta del riu Gaià. L'arquebisbe estableix, com a senyor i baró del Camp, que de les terres de conreu situades a la dreta del riu el monestir n'haurà de satifer el delme, que es fixa en un dotzè dels productes del camp —pa, vi i oli— a excepció de les terres de la Coma de Gasc.

[A]: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2765, núm. 7. Trasllat (*Hoc est translatum [...]*) fet de 18 de juny de 1299 (*Actum est hoc translatum ·xv· kalendas iulii anno Domini millesimo ·cc^o.xc^o. nono*) pel notari Bernat de Letger, monjo de Santes Creus (*Sig+num fratris Bernardi de Letgerio, notarii publici monasterii Sanctarum Crucum qui hoc scripsit translatum et cum originali comprobavit, de auctoritate domini regis et precepto dompni Bonanati, abbatis cum raso et emendato in ·II^a. linea ubi dicitur de Sanctis Cruci*).

C: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2765, núm. 8. Trasllat (*Hoc est translatum fideliter scriptum a quodam instrumento tenor talis est*) fet el 10 de juny de 1302 per fra Guillem de Merlini (*Sig(signe)num fratris Guillelmi de Merlini notarii publici monasterii Sanctarum Crucum auctorite domini regis qui hoc translatum fideliter translatavi ·III^o. idus iunii anno Domini millesimo ·ccc^o.II^o. [...]*). En mal estat de conservació.

D: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2765, núm. 9. Trasllat (*Hoc est translatum fideliter sumptum a quodam instrumento tenor cuius talis est*) fet per fra Guillem de Merlini el 14 de juliol

de 1311 (*Sig(signe)num fratris Guillemi Merlini, notarii publici monasterii Sanctarum Crucum auctoritate domini regis qui hoc translatum fideliter translavit et clausit .II. idus iulii anno Domini millesimo .CCC^o. undecimo).*

E: BT. Cartulari de Santes Creus: El "Llibre Blanch", foli 93.¹

a: UDINA, *El "Llibre Blanch de Santas Creus"...*, p. 366, doc. 367.

Cit.: FORT, *El senyoriu...*

Noverint tam presentes quam futuri² quod ego Berengarius, Dei gratia, Terrachone archiepiscopus, ex voluntate et rogatus domini³ Ildefonsi, regis Aragone, cum consilio et assensu fratrum nostrorum canonicorum Terrachone maximeque caritatis intuitu accessi ad domum de Sanctis Crucibus, causa terminum assignandi ipsi monasterio ultra Gaianum in territorio ecclesie Terrachone, audita itaque humili supplicatione abbatis et fratrum ut melius potui congruentem illis terminum prefixi cum Raimundo, preposito et Raimundo, archidiacono, et Iohanne de Sancto Baudelio, in presentia Raimundi, episcopi Barchinone et Berengarii de Palaciolo, sacriste, aliorumque multorum proborum hominum. Sut autem prenominati termini a via qua tenditur a campo monasteri, vocitato de Villa Rotunda versus Capram usque ad novam laborationem Raimundi Stuia⁴ in minori cumba prope maiorem et prolixiorem cumbam, et ab ipsa laboratione sicut terminatum est⁵ per horam directam maioris cumbe ad viam que ascendit a Sancto Petro de Gaiano versus Capram, et etiam ultra eandem viam per horam predictae cumbe in directum contra superiorem terminum laborationis quam⁶ fecit⁷ operarius ecclesie Sanctarum Crucum. Quantum his terminis includitur ego, suprascriptus Berengarius, archiepiscopus, cum consilio et assensu fratrum nostrorum canonicorum ecclesie Terrachone, amore Dei et caritate fraterna, assignamus et concedimus tibi Ugoni, prescripti monasterii de Sanctis Crucibus abbati et fratribus eiusdem loci presentibus atque futuris tali ratione ut de omni laboratione quam ibi feceritis, tam de pane quam de vino et de oleo, detis nobis fideliter duodecimam partem, sicut de aliis laborationibus quas facitis in territorio Terrachone. Excipitur autem ab hac conditione Cumba de Gasc, sicut aque vergunt in eam longue lateque, de qua nichil dare tenemini iuxta constitutionem inter nos factam, et quicquid ab ipsa cumba versus monasterium continetur.

Actum est hoc .VI. kalendas aprilis anno ab Incarnatione Domini .M^o.C^o.XC^o.III^o.

+ Berengarius, Dei dignatione, Terrachone⁸ archiepiscopus. Ego Raimundus, Terrachone ecclesie prespositus. Sig+num Iohannis, Terrachone camerarius. + ego R. de Rochabertino, Terrachone archidiaconus, subscribo et confirmo. Sig+num Berengarii de

Castelleto. Ego Gombaldus, Terrachone ecclesie sacrista, subscribo. Ego Iohannes Dertose, presbiter (signe). Sig+num Raimundi, presbiteri et canonici.

Sig+num fratris Guillelmi de Lemovicis, qui hoc scripsit.⁹

1. Al marge superior, en tinta vermella: De assignatione termini domus Sanctarum Crucum. 2. a. futuris. 3. Interlineat: domini. 4. a. Estiva. 5. Interlineat: est. 6. a. qua. 7. Cartulari: facit. 8. a. Terrachonensis. 9. a. scripsi.

362

1193, abril, 9

Concòrdia entre l'abat Hug de Santes Creus i Bernat de Narbona sobre la divisió de les cases que pertanyien al difunt Ponç Panicer, situades a la parròquia de Sant Llorenç de Lleida. Al testament de la vídua hi consta que va deixar-les al monestir i al seu germà Bernat a mitges. Aquest i la seva muller Ermessèn concedeixen a l'abat el dret de la part de les cases que miren a la ciutat de Lleida, dividides de la resta per unes parets noves que va manar aixecar amb l'assessorament dels prohoms lleidatans per tal que els monjos les puguin posseir a perpetuïtat. Atesa aquesta concessió especial, l'abat ha de compensar Bernat amb el lliurament de mil cinc-cents sous jaquesos. L'abat, al mateix temps, renuncia a tot el dret de l'altra meitat de les cases, que pertany a Bernat, als seus fills i futurs descendents.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2765, núm. 10. Original. Carta partida per ABC. Presenta estrips i forats en [±] que dificulten la lectura.

a: UDINA, *El "Llibre Blanch de Santes Creus"...*, p. 367, doc. 368.

Cit.: FORT, *El senyoriu...*

Notum sit cunctis hominibus quod Ugo, abbas monasterii¹ de Sanctis Crucibus, cum consilio fratrum suorum venit ad concordiam cum Bernardo de Narbona, super divisione domorum que condam fuerunt Poncii Panicerii. Et sunt in parrochia Sancti Laurentii apud Ylerdam, quas, videlicet, domos Arsendis, uxor predicti Poncii, in suo testamento dimisit inter predictum monasterium et fratrem suum Bernardum per medium dividendas sicut hic continetur. Ego predictus Bernardus de Narbona et ego Ermesendis, uxor eius, per nos et per omnes successores nostros, bona fide et sine omni² retencione concedimus et laudamus tibi Ugoni, abbati de Sanctis Crucibus, et fratribus eiusdem loci, presentibus atque futuris, illam partem earumdem domorum, que est versus urbem Ylerde, sicut

dividit paries de novo hedificatus consilio proborum hominum, ut quicquid ab illo pariete versus urbem ibi [± 3] a celo usque in abissum habeatis et possideatis perpetuo iure. Et est sciendum quod propter hoc accepimus a vobis ·M·D· solidos iacchenses, eo quod meliorem [± 2] concedimus [± 4], et ego frater Ugo, iam dicti monasterii abbas, et fratres mei, bona fide et sine omni retencione concedo et laudo tibi Bernardo de Narbona et uxori tue Arxendi omnique vestre³ posteritate totum ius quod habemus in alia parte domorum que est ultra parietem, ita quod deinceps [± 2] albergam [± 4] omni recognicionem⁶ ibi requirere possimus, set eam libere et quiete habeatis et possideatis perpetuo iure. Sciendum vero est quod predictus [± 2] [..]actus ab utraque parte semper comunis debet haberi in usu et reparacione.⁴

*Facta carta ·v· idus aprilis anno Domini Incarnationis ·M·C·XXXIII·
Sig+num Ugonis, abbatis.*

Sig+num Bernardi de Narbona, sig+num Ermesendis, uxoris eius, qui hoc firmant et laudant.⁵

Sig+num Bernardi, prioris. Sig+num Petri, cellerarii. Sig+num fratris [± 2].

Sig+num Arnaldi de Samatano. Sig+num Raimundi de Sanauga. Sig+num Isarni de Tolosa. Sig+num Deide de Lobera. Sig+num Raimundi Baiuli.

Iohannes de Ager, scripsit et hoc (signe) fecit.

1. a. omet: monasterii. 2. a. omne. 3. a. nostre. 4. a. repartione.
5. a. omet: sig+num Ermesendis, uxoris eius, qui hoc firmant et laudant.

363

1193, maig, 5

Testament de Guerau Alamany.

A: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2765, núm. 11. Trasllat de 16 de març de 1252 (*Ego frater Petrus de Copons hoc translatum fidelitet translatavi ·xv· kalendas marcii anno Domini·M^oCC^o·^o primo et supraposui in ·XX^o. linea ubi dicitur isti et sciant et hoc (signe) feci*). Dificultats de lectura ja que la tinta està diluïda.

a: UDINA, *El "Llibre Blanch de Santas Creus"...*, p. 368, doc. 369.

Cit.: FORT, *El senyoriu...*

Quoniam in hac carne nemo positus mortem non potest evadere. Idcirco ego Geraldus Alamani, iacens in lecto egritudinis in mea plena et sana memoria facio meum testamentum et eligo

manumissores meos, scilicet, Berengariam, uxorem meam, et B., Vicenci archidiaconum, et G. de Aquilone, maiorem, quibus precipio quod res meas sicut inferius ordinavero. In primis dimitto corpus meum et animam domino Deo et monasterio Sancti Cucuphati]s cum illa fortitudine quam vocant Matoses, cum suis tenedonibus et cum omnibus que habeo vel habere debeo infra terminum castrum de Maschefa, ut melius dici vel intelligi potest ad utilitatem¹ Sancti Cucuphatis. Dimitto namque Guillelmo de Cervilione, filio meo, castrum de Cervilione et castrum de Gelida cum suis terminis, et castrum de Ferran et castrum de Granada, cum suis terminis, et castrum de Vila de Mager et castrum de Miralles, cum suis terminis, et castrum de Rocheta et castrum de de Aquilone, cum suis terminis. Et dimitto Guillelmo, nepoti meo, castrum de Viciana et castrum de Copons et castrum de Muntfalcho et castrum de Taiada cum eorum terminis, et castrum de Camarasa et de Cubels, cum suis terminis, et castrum de Cervaria et castrum de Alos et de Marcoval, cum eorum terminis, et castrum de Tudela² et Artesa, sicut genitores mei melius habuerunt pro vicecomite de Capraria et quicquid antecessores mei habuerunt in episcopatu Urgellensis.³ Et dimitto ei castrum de Gimera⁴ et castrum de Taiadel pro emenda castrum de Granada, et si hoc⁵ Guillelmus contradiceret, esset iam dictum castrum de Taiadel Guillelmi de Cervilione. Preterea dimitto Raimundo Alamanni, filio⁶ meo, castrum de Munt Agud, cum suis terminis, et castrum de Querol et de Piniana⁷ et de Ulmella.⁸ cum eorum terminis, et castrum de Sancta Perpetua et castrum de Pontils, cum terminis eorum, et castrum de Munt Clar et omnes meos directos, quos habere debeo in castrum de Valle Espinosa, tali modo quod Berengaria, mater sua, sit inde domina potentissima sine vinculo alicuius hominis vel femine quandiu vixerit. Et dimitto Geralde, filie mee, septem milia solidos, duo milia in pignore de Ulesa de Monte Serrato et quinque milia in denariis. Preterea mando Guillelme, filie mee ut diffiniat Guillelmo de Cervilione, fratri suo, ·IX· milia solidos, quos dedi ei super castrum de Miralles et pro hac diffinitione Guillelmus de Cervilione donet ei tria milia solidos bone monete Barchinone. Et dimitto Guillelmo de Cervilione, filio meo ·MDC· solidos, quos Arberto de Castro Vetuli det mihi. Et rogo et mando ut idem Guillelmus Arberto querat iam dictam peciam et per bonam fidem reddat eam sorori sue Geralde. Et dimitto Elicsendi, filie mee, ut tamdiu teneat et expletet castrum de Gilida et castrum de Ferran et castrum de Granada, donec de expletis habeat ·M· morabetinos et Guillelmus, filius meus, si contra hoc mandamentum

et voluntatem meam veniret⁹ habeat et teneat Geralda, filia mea, castrum de Ferran, cum suis terminis, donec Guillelmus de Cervilione persolvat ei ·M· morabetinos bonos. Et si Guillelmus redimere voluerit iam dictum castrum de Ferran habeat dicta Elicsenda, filia mea, potestatem in pignorandi vel vendendi pro ·M· morabetinis cuicumque persone voluerit sine impedimento et contradiccione alicuius hominis, et dimito ei meum bag equm et ·CL· morabetinos, quos habeo in pignore que teneo de Guila de Baieris in castro de Vila de Mager, tali modo ut teneat tamen iam dictum pignus usque predictos ·CL· morabetinos habeat manlevatos¹⁰ post ea hoc pignus sit solum Guilie de Bayeris¹¹ et suis. Et castrum de Talavera dimito Guillelmo de Aquilone, nepoti meo, et si ipse discederet¹² sine liberis redant Guillelmo, fratri suo. Et si ambo isti¹³ discederent sine prole legitima redant Raimundo Alaman. Preterea sciant¹⁴ omnes quod propter¹⁵ iniurias et melefacta,¹⁶ que valent ultra ·XL· milia solidos, quod Guillelmus, nepos meus, fecit mihi semper sine fatigacione directi quam in me non invenit propter¹⁷ hec omnia sicut superius est scripta, dimito Guillelmo, filio meo. Et dimito capellano de Cervilione ipsum decimum que teneo pignus Raimundi de Rosanes in parrochia Sancti Vicencii de Orts per ·X· morabetinos. Insuper si Guillelmus, nepos meus prenomatus, decederit¹⁸ sine prole de legitimo coniugio superstitibus¹⁹ redant hereditas ipsius inter Guillelmum de Cervilione et Raimundum Alaman medium per medium. Et si forte Guillelmus de Cervilione obierit sine liberis de legitime coniugio existentibus redant totum honorem²⁰ eius Raimundo Alaman et filiis suis. Et si Raimundus Alaman obierit sine filiis legitimis redant castrum de Monte Agud et castrum de Sancta Perpetua Guillelmo de Cervilione et totus alius eius²¹ honor inter Geraldam et Elicsendam, medium per medium. Et si forte Guillelmus de Cervilione et Raimundus Alaman obierint sine liberis legitimis existentibus totus honor ipsorum redeat inter Geraldam et Elicsendam, mediu per medium. Et si decederet²² Geralda sine liberis legitimis eius honor redeat ad Elicsendam et similiter ad Geraldam.

Actum est hoc ·III^o· nonas madii anno Domini ·M^o·C^o·XC^o·III^o· Incarnationis.

Sig+num GERALDI Alamanni, qui hoc testamentum feci et propria manu firmavi. Sig+num BERENGARIE, uxoris sue. Sig+num GUILLELMI de Aquilone. Sig+num GUILLELMI de Blanchafort. Sig+num RAIMUNDI de Senleir. Sig+num BERNARDI de Gilida. Sig+num GUILLELMI de Cervilione. Sig+num RAIMUNDI Alamani.

Hiis Bernardus ita scriptis favet archilevita. Petrus, presbiteri, qui hoc scripsit die et anno quo (signe) supra.

1. a. voluntatem. 2. a. Todila. 3. a. urgellensi. 4. a. (Girma). 5. a. hic. 6. a. filia. 7. a. Piiana. 8. a. Elmella. 9. a. venerit. 10. a. inlevatos. 11. a. Bayeres. 12. a. descendent. 13. *Interlineat*. 14. *Interlineat*. 15. a. prope. 16. a. malestare. 17. a. prope. 18. a. decedent. 19. a. superstitis. 20. a. tot honore. 21. a. omet: eius. 22. a. decedent.

364

1193, setembre, 10

Huguet de Puigcerdà fa el vot d'entrar com a donat a Santes Creus. Amb la promesa de lliurar-se en cos i ànima al monestir, dóna a l'abat la quantitat de cent sous barcelonesos. L'abat Hug el rep com a confrare de la comunitat i li lliura una casa que el monestir té a Puigcerdà i que ocupa Arnau Faber, amb la condició que anualment pagui al monestir la quantitat de quatre sous per Sant Miquel del mes de setembre. Per drets d'empara el monestir rep d'Huguet cent sous barcelonesos. Després de la seva mort la casa ha de retornar al cenobi santescreuenc.

[A]: Original perdut.

B: BT. Cartulari de Santes Creus: El "Llibre Blanch", foli 48.¹

a: UDINA, *El "Llibre Blanch de Santas Creus"...*, p. 371, doc. 370.

Cit. FORT, *El senyoriu...*

Notum sit cunctis quo ego, Ugetus² de Podio Ceritano, in mea integra sanitate et plena memoria, cum grata voluntate animi, inter vivos voveo tradere et dare de vita mea vel de morte corpus meum cum ·c· solidos Barchinone monasterio de Sanctis Crucibus. Hoc quoque facio in manu et potestate dompni Ugonis, ipsius cenobii abbatis, et Raimundi de Exeneia, Poncii de Sancto Augustino, Bernardi de Ager, et Sancii, fratrum eiusdem loci, ut in nullo alio loco possim iam amplius corpus meum dimittere vel dare de mea vita aut de morte aliquo modo nisi predicto monasterio cum ·c· solidos Barchinone, quos ibi dabo in simul cum corpore meo. Et per meam bonam fidem dico et promitto supranominatis rectoribus illius monasterii et eiusdem conventui ut huic predicti voto non abrenunciem pro aliqua interveniente causa, et in me et meis causis mobilibus et immobilibus habeant ipsos ·c· solidos sine ullo suo enganno et suorum. Quapropter³ ego prenominatus Ugo, prefati cenobii abbas et omnis conventus eiusdem loci, recipimus te Ugetus in fratrem nostrum et facimus te participem nostrorum spiritualium

bonorum, et damus tibi unam domum, quam monasterio de Sanctis Crucibus habet in villa Podio Ceritano, in ipsa carrera in qua manet Arnallus Faber. Affrontat ipsa casa de una parte in casa tua, de secunda in receptione Iohannis Stephani, de tertia et de quarta in vias publicas. Sicut his affrontacionibus includitur habeas et expletis ipsam domum, cum ingressibus suis et egressibus, ab abisso usque in celum de vita vestra, et persolvans pro ea rectoribus predicti monasterii pensionem ·iiii· solidos Barchinensis annuatim in festo Sancti Michaelis de septembris. Accepimus a te pro adquisicione eiusdem domus ·xx· solidos Barchinone. Post obitum vero tuum predicti domus remaneat quiete et in pace prefato cenobio. Et est manifestum. Qui <h>anc cartam rumpere voluerit duplo componat et maneat firma..

Facta anno Dominice Incarnacionis ·M·C·XC·III·., die ·iiii· iduum septembris.

Sig+num Ugeti, qui hanc cartam firmavi et firmari rogavi.

Sig+num Raimundi de Exeneia. Sig+num Poncii de Sancto Augustino. Sig+num Bernardi de Ager. Sig+num Sancii, fratrum predicti monasteri, qui omnes hoc firmavimus. Sig+num Iohannis Stephani. Sig+num R. Cabaterii. Sig+num Arnalli Arcmandi.

Andreas scripsit hoc die et anno quo supra.

1. *Al marge superior, en tinta vermella: Ugueti de Podio Ceritano.* 2. a. Uget.
3. a. *Qua propter.*

365

1193, novembre, 7

Elisenda de Freixenet i de Montfalcó, per la salvació de la seva ànima i la del seu pare Guerau de Montfalcó, difunt, i per la d'altres parents seus, amb el consell del seu marit Berenguer de Freixenet, dóna a Hug, com a abat de Santa Maria de Santes Creus, a perpetuïtat, els horts del terme de Veciana que havien pertangut al difunt Gombau, amb tot el que hi ha i amb l'aigua suficient per regar-los. Posa la condició de retenir-los mentre ella visqui, sense que els pugui vendre ni disminuir-los. Per aquesta retenció i usdefruit pagarà al monestir un cens anual de dos sous barcelonesos per Sant Miquel de setembre. Quan mori revertiran al monestir en franc i lliure alou.

[A]: Original perdut.

B: BT. Cartulari de Santes Creus: El "Llibre Blanch", foli 170.¹

a: UDINA, *El "Llibre Blanch de Santas Creus"...*, p. 372, doc. 371.

Cit.: FORT, *El senyoriu...*

PAPELL, "El domini...".

Pateat cunctis quod ego, Elicsendis, bono animo ac spontanea voluntate ob remedium anime mee et patris mei Geraldii de Monte Falchone, qui fuit, quondam, et aliorum parentum meorum cum consilio et voluntate viri mei Berengarii de Frexeneto, dono et offero atque in perpetuum concedo domino Deo et gloriose Virgini Marie de Sanctis Crucibus, in manu domini Ugonis abbatis eiusdem et suorum fratrum, presentium ac futurorum, omnes meos ortos, qui fuerunt Gombaldi, olim defuncti, qui affrontant a parte orientis in via que tenditur ad molendina, a meridie in torrente, ab occasu et circio in orto et in alodio Bernardi de Valle, qui fuit, condam. Quantum iste affrontaciones includunt et termini ambiunt ut melius potest dici² et intelligi ad utilitatem supradicti monasterii, dono et concedo, ut iam dictum est, ego, prefata Elicsendis, predicto monasterio prenomatos ortos et quicquid infra ipsos ortos est, cum omnibus utensilibus suis et ingressibus et regressibus et cum aqua ad rigandum illos sufficienter, sicut melius eos habeo et omnibus modis habere debeo. Retineo, autem, supradictos ortos in vita mea tamen tali pacto quod non possim ego vel aliquis per me supradictos ortos aliquo modo³ minuere nec alienare. Et dabo inde monasterio sepedicto pro tene<d>one in unoquoque⁴ anno ·II· solidos Barchinone in festo Sancti Michaelis. Post obitum vero meum, prenominati orti cum omnibus aliis rebus, ut iam dictum est, sine aliqua diminutione revertantur predicto monasterio per alodium franchum et liberum, iure perpetuo possidendum ad faciendum inde vel exinde⁵ quicquid predicti monasterii fratres voluerint. Sunt, autem, predicti orti in comitatu Minorise infra terminum castri Viciane.

Actum est hoc ·VII· idus novembris anno ab Incarantione Domini ·M^o·C^o·XC^o·III^o.

Sig+num Elicsendis. Sig+num Berengarii de Fraxeneto. Nos qui hoc laudamus, firmamus testesque firmare rogamus.

Sig+num Arnaldi de Monte Falchone. Sig+num Raimundi Gerreta. Sig+num Arnaldi, capellani Viciane.

Sig+num Raimundi de Castellari, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. *Al marge superior, en tinta vermella:* Alixendis de Fraxeneto. 2. *Interlineat:* dici. 3. a. aliquomodo. 4. a. uno quoque. 5. a. ex inde.

366

1194, gener. Lleida

Alfons el Cast dona a l'abat Hug de Santes Creus sis obradors, situats a Barcelona, en compensació, d'una banda, de l'honor d'Osca que ell i els seus predecessors van lliurar al monestir i que ara els monjos li retornen perquè els la reclama, i, de l'altra, pels cent cinquanta sous, valor de l'oli, que anualment els havia de lliurar per les necessitats conventuals. Els obradors són als suburbis de la Ciutat Comtal, a la draperia, davant del mercat, i limiten, a orient, amb la carnisseria, al sud i ponent, amb el mercat i, al nord, amb la carnisseria.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2765, núm. 12. Original.

B: BP. Cartulari de Santes Creus: El "Llibre Blanch", foli 140.¹

a: UDINA, *El "Llibre Blanch de Santes Creus"...*, p. 373, doc. 372.

Notum sit cunctis quod ego Ildefonsus, Dei gratia, rex Aragonie, comes Barchinone <et> marchio Provincie, committo et dono tibi Ugo, venerabile in Domino, abbas de Sanctis Crucibus, et commisso tibi conventui illa ·vi· operatoria apud Barchinonam, que iam tibi assignavi. Predicta operatoria partim pro commutatione illius honoris de Oscha, quem ego et predecessores mei eidem² monasterio quondam donaveramus, set nunc in proprios usus convertimus quod et vos ad instanciam procum nostrarum annuistis, partim pro illis centum ·xl· solidis olei quod annuatim in usum eiusdem conventus perpetuo dandum constitueram in salutem anime mee et perentum meorum dono inquam laudo et concedo per me et per successores meos in perpetuum, ac de meo iure vobis et successoribus vestris eiusdem domus in presenciarum trado et transfero in perpetuum alodium franchum, liberum et ingenuum per secula cuncta cum solo et suprapositis ex abisso in celum cum gutis et stillicidiis, tabulis, scalaris, cum egressibus et regressibus suis et pertinenciis ad faciendum ibi et inde quecumque volueritis sine omni retentu et excepcione quod inde mihi vel meis non servo vel facio, set vos totum cum omni sua integratitate habeatis et possideatis et quilibet hominum pro manu vestra, sicut melius <dici> et intelligi potest ad vestrum plenissimum commodum et voluntatem. Sunt autem predicta operatoria ·vi· in suburbio Barchinone, civitatis prescripte, ad ipsam Draperiam ante Mercatum, que et affrontant ab oriente in introitu Macelli, a meridie in ipso Mercato, ab occiduo in eadem Mercato, similiter, a circio in ipso

Macello. Sicut predictis affrontationibus includitur et terminatur sic hoc iam supradictum convenio per me et per successores meos vobis facere, tenere et possidere in pace et quiete. Preterea recipio in mea meorumque successorum deffensione et imparancia predicta omnia contra omnem personam.

Actum est hoc apud Ylerdam, mense ianuarii, anno millesimo centesimo ·XC·III^o.

Sig(signe)num Ildefonsi, regis Aragonum, comitis Barchinone <et> marchio Provincie, qui et convenit ista nominatim fieri in pace et stare a Milicia Templi, videlicet, ab ipso decimo eorum. (Signe) Sancie, Dei gratia, regina Aragonum, comitissa Barchinone <et> marchione Provincie. Sig(signe)num Petri, Infantis, Dei gratia, filii eorum.

Sig+num Poncii Urgonis,³ comitis.⁴ Sig+num Guillelmi Raimundi. Sig+num Dalmacii de Creixello Impuriarum. Raimundus, levita, atque decanus ·SS·. Sig+num Bernardi de Portella. Sig+num Dalmacii de Palaciolo. Sig+num Guillelmi de Rochafort.

Ego Guillelmus de Bassia, regius notarius, scripsi hanc cartam litteris rasis et emendatis in linea tertia, XV^a, XVI^a, ·XVII^a.⁵ et feci hoc sig(signe)num.

1. *Al marge dret, en tinta vermella: De operatoris Barchinone, i al lateral, amb lletra del segle XVIII: Los alous de la Plaça del Blat de Barcelona, i repetit amb lletra del segle XVIII: Los alous Plaça del Blat de Barcelona.* 2. a. eiusdem i al cartulari: eidem. 3. a. Pontii Ugo. 4. a. comite i el cartulari: comite. 5. a. omet: litteris rasis et emendatis in linea tertia, ·XV^a, ·XVI^a, ·XVII^a.

367

1194, gener. Osca

Alfons el Cast commuta amb Ponç Rigal, mestre del Temple, el delme que li havia concedit sobre sis obradors, situats davant el mercat de Barcelona, i que ara dóna a Santes Creus, pel delme de l'hort i de la vinya d'Osca que el monestir posseïa per donació reial en aquesta ciutat.

[A]: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2765, núm. 13. Trasllat de 4 de juliol de 1268 (*Hoc est translatum bene fideliter factum ·III^o. nonas iulii anno Domini ·M^oCC^oLX^oVIII^o·*) fet per fra Guillem de Tarroja (*Ego frater G. de Terrogiam, notarius publicus Sanctarum Crucum, hoc translatum fideliter translatavi mandato domini Ianuari, abbas Sanctarum Crucum et hoc (signe) feci.*)

C: BP. Cartulari de Santes Creus: El "Llibre Blanch", foli 139.¹

a: UDINA, El "Llibre Blanch de Santas Creus"..., p. 374, doc. 373.

Cit.: FORT, El senyoriu...

Cunctorum pateat noticie quod ego Ildefonsus, Dei gratia, rex Aragonum, comes Barchinone et marchio Provincie, comuto et excambio Poncio Rigaldi, magistro Milicie et fratribus,³ decimam quam ego eis dederam in operatoriis Barchinone, ante mercatum in aliam decimam cuiusdam orti et vinee apud Hoscham, quem et quam regina, mater mea, bone me<mo>rie dederat et concesserat domui de Sanctis Crucibus. Hanc autem decimam orti et vinee dono, laudo et concedo in³ perpetuum, predicto magistro et fratribus Milicie, ut eandem decimam orti et vinee habeant et possideant sine omni retinimento et contradiccione, libere et absolute in perpetuum, pro scambio⁴ et comutacione decime predictorum operatorum Barchinone, qui numero sunt sex, ante mercatum quos quidem⁵ dedi et concessi predicte domui de Sancti Crucibus, quem ad modum continetur in donacionis instrumento. Affrontat autem ille ortus que fuit de Maria Conillo, ex parte orientis in barrio sarracenorum, ex parte occidentis in illa Talada, ex parte meridiei in orto illius helemosine et in orto Sancti Petri, ex parte cercii in via publica. Affrontat similiter predicta vinea Regine, ex parte orientis in castello de Lopapiello, ex parte occidentis in illa lanna, ex parte meridei in vinea de Iacob Abenmatar, ex parte montis in via publica.

Datum apud Hoscham anno Domini ·M^o·C^o·XC^o·III^o, mense ianuarii.

Signum (signe) Ildefonsi, Dei gratia, regis Aragonum, comite Barchinone et marchionis Provincie.

Testes sunt Guillelmus de Granata, Poncius Corzano, Guillelmus de Pratis, Petrus de Belvis.

Sig(signe)num Petri de Blandis, notarii domini regis, qui hoc scripsit anno et mense quo supra.

1. *Al marge superior, en tinta vermella: De decimo operatorium Barchinone.*
2. *a. patribus i al Cartulari: fratribus.* 3. *Repetit.* 4. *a. excambio.* 5. *a. quosquidem.*

1194, març, 2

Contracte d'establiment ad plantandum. L'abat Hug de Santes Creus estableix a cens la meitat dels fruits a Pere de Torre i a la seva muller Maria de dues peces de terra, situades al terme de Tàrrega, perquè hi planti vinya. L'arrendatari haurà de portar els fruits recollits al celler monacal de Tàrrega, a càrrec seu, i igualment

ho farà, si vol, amb l'altra meitat que podrà dur al seu celler sense cap impediment. S'estableix el dret de fadiga en trenta dies.

[A]: Original perdut.

B: BT. Cartulari de Santes Creus: El "Llibre Blanch", foli 158v.¹

a: UDINA, El "Llibre Blanch de Santas Creus"... p. 375, doc. 374.

Cit.: FORT, El senyoriu...

In nomine Domini. Sit notum cunctis quod ego, frater Ugo, cenobii Sancte Crucis abbas, cum consilio et voluntate fratrum nostrorum, dono et concedo tibi Petro de Turre et uxori tue, Marie, et omnibus successoribus tuis, quibus dimittere volueritis, duas pecias terre ad plantandum vineas per totumque tempus. Et pecie iste sunt in comitatu Minorise, in termino de Targe. Et prima pecia affrontat de una parte in alaudio Raimundi Ferrarii, de secunda in vinea, que fuit Berengarii de Cirogrillo, de tertia in nos donatores, de quarta vero parte in termino de Mor. Alia pecia habet affrontaciones de prima parte in orto predicti cenobii, de secunda in alaudio² Petri Sancti Guillelmi, de tertia in via que pergit apud Cervariam, de quarta in alaudio Vives. Quantum inter istas affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic damus vobis et vestris successoribus per totumque tempus in tali pacto ut bene plantetis et edificetis et claudatis in quocumque loco necesse erit, taliter ne tala veniat et ita custodiatis ne peccora vestra vel aliorum hominum possint facere malum nobis vel vobis et de omni fructu, quem,³ Deo largiente, inde colligetis mediam partem fideliter afferatis ad cellarium nostrum sine omni nostra expensa. Et vos et vestri, sicut predictum est, habeatis et teneatis perpetuo iure per vocem monasterii nostri nullum alium seniore inde recognoscentes que si in posterum que absit vinee vise fuerint non proficere et necesse fuerit eas erradicari. De omni fructu laborationis, que ibi fietur,⁴ similiter vobis fideliter afferatis medietatem usque in orreum vestrum. Si autem vendere vel impignorare volueritis eundem honorem non liceat vobis donec per triginta dies fatigati sitis in nobis et si nos ea conditione voluerimus habere qua alii habeamus, sin, autem, vestro consimili vendere vel inpignorare possitis, salvo iure monasterii nostri semper. Et ego, Petrus de Turre, et ego Maria, uxor eius, bona fide, sine dolo, per nos et omnes successores nostros promittimus tibi Ugoni, abbati, et fratribus, predicti monasterii, servare fideliter huius carte tenorem⁵ de predicto honore et solliciteque procurare rigationem et alia que ad cultum⁶ pertinebunt in perpetuum.

Actum est hoc ·VI^o· nonas marcii anno Domini ·M^o·C^o·XC^o·III^o·.

Sig+num Ugonis, abbatis. Sig+num Arnaldi de Sancta Fide. Sig+num Bernardi Pilia. Sig+num Guillelmi dez Mor. Sig+num Arnaldi Pellia. Sig+num Raimundi Ferrarii.

Sig+num Petri de Turre, sig+num Marie, eius uxoris, qui hoc laudamus et firmamus.

Petrus, levita, qui hoc scripsit die et anno quo (signe) supra.

1. Al marge superior, en tinta vermella: De Petri de Torra et uxoris eius Marie.
2. a. aladio. 3. a. quod. 4. a. fiet. 5. a. tenore. 6. a. cullum.

369

1194, març, 22

Pere de Tarragona dóna a perpetuïtat al monestir de Santes Creus, al seu abat Hug i a tots els monjos, les cases que té a Cervera, sota l'església de Santa Maria. Confronten, a orient, amb la casa de Guillem de Sòria, al sud, amb les del donador —que havien estat del seu avi— i amb la casa de Guillem Escafin, a occident, amb les cases de Guillem de Portella i, al nord, amb el carrer públic que va al mercadal. La donació la fa perquè els monjos les posseeixin amb tots els drets i puguin edificar-hi el pati i aixecar-les sobrepasant la teulada de les cases veïnes. També dóna a Santes Creus el mas —amb les terres de cultiu i vinyes— que es troba entre els camins que van a la Cardosa, a orient, i a Gramuntell, a occident, i a prop de Mata Carnaria. A més, el donador a favor de Santes Creus, estableix que si els seus successors volguessin vendre o empenyorar les cases que ell els deixa, no ho puguin fer atès que concedeix a l'abat i als monjos el dret de fadigar-les en vint dies i comprar-les amb el mateix preu que es posin a la venda. També reserva a favor de Santes Creus el cens d'aquestes cases i el de les que té a la Vilanova de Cervera.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2765, núm. 14. Original.

a: UDINA, *El "Llibre Blanch de Santes Creus"...*, p. 376, doc. 375.

Cit.: FORT, *El senyoriu...*

In nomine Domini. Sit notum cunctis quod ego Petrus de Terrachona, per me et per omnes successores meos, bona fide, sine dolo, pro salute anime patris mei et mee et omnium parentum¹ meorum, dono et concedo sine omni retentione in perpetuum domino Deo et beate Marie de Sanctis Crucibus et tibi Ugoni abbati et fratribus eiusdem loci presentibus atque futuris, illas meas domos

quas habeo et teneo in Cervaria, subtus ecclesiam Beate Marie,² que ab oriente confrontant cum domibus W. de Soria, a meridie in domibus meis que fuerunt avi mei et in domo W. Escafin, ab occidente in domibus que fuerunt Guillelmi de Portella, a circio in via publica que tendit ad mercatum. Quantum his affrontationibus includitur a celo usque in abissum, sicut melius habeo et habere debeo, dono vobis et ut habeatis liberum egressum super tecta domorum que fuerunt avi mei per totum et etiam cum ibi facta fuerint solaria vos possitis edificare desuper usque in parietem et supra parietem lapideum, qui fundatus est in transversum predictarum domorum et inde exeatis libere super residua tecta. Addo huic dono mansum meum quem habeo et teneo cum terris et vienis et pertinentiis suis, sicut melius habeo et habere debeo, tam paterna successione quam propria adquisitione, cultum et incultum, sicut clauditur ab oriente a via de Cardosa et ab occidente a via que tendit ad Acrimonte, qui mansus est prope Matam Carnariam. Dono etiam vobis et concedo in supradictis domibus meis, que fuerunt avi mei, ut si aliquis successorum meorum cui illas dimiserit voluerit eas vendere vel inpignorare non ei liceat, nisi prius in vobis fatigatus fuerit per ·xx· dies, ut vos illas ante habeatis quam alius si tantum precium dare volueritis quantum alter, sin autem liceat ei vendere cui voluerit, salvo tamen censu vestro, scilicet, unum par gallinarum inter ambas domos, sicut vobis constituit Raimundus de Cervaria, qui, videlicet, R. de Cervaria constituit vobis censualiter duo paria gallinarum in aliis omnibus, quas habeo in Villa Nova, ante domos Guillelmum de Segarra, de quibus unum par debet persolvere Berengarius, textor,³ et sui, et aliud par Miro, redacerius,⁴ et frater eius Raimundus, qui omnes tenentur in eadem condicione vendendi vel inpignorandi domos quas tenent,⁵ qua et superiores de domibus que fuerunt avi mei,⁶ salvo censu monasterii iam dicti in perpetuum. Hanc autem donationem⁷ facio ego Petrus de Terrachona Deo et predicti monasterii fratribus, tali modo ut nunquam de cetero contra ipsam aliquo modo ego vel aliquis per me venire possit, set libere et quiete habeant et possideant eam predicti fratres iam dicti monasterii perpetuo iure.

Actum es hoc ·XI· kalendas aprilis anno Dominico⁸ ·M^o·C^o·XC^o·III^o.

Sig+num Raimundi de Castellari, qui hoc scripsit cum litteris dampnatis in linea ·III· die et anno quo supra.⁹

1. a. parentorum. 2. *Segueix ratllat: inferius et superius.* 3. a. Textor. 4. a. Redacerius. 5. a. tenentur, *i és que confon un signe que indica que la frase continua més endavant del text, per oblit de l'escrivà, per l'abreviatura d'una persona verbal en passiu.* 6. *Hem posat tota la frase: qua et superiores de domibus que fuerunt avi mei,*

al seu lloc —cosa que a. no fa— encara que al document anava després de in perpetuum amb dos signes indicatius d'intercalació, signes que a. va confondre amb un signe d'abreviació. 7. a. donacione. 8. a. Dominice. 9. Segueixen unes paraules de difícil comprensió, diríem que són proves de cal·ligrafia: a me aimundum sun, a me, a a me, dominus. i a continuació amb lletra posterior i executada per una altra mà: Sig+num R. de Conil. Sig+num Berengarii de Tremps. Sig+num Raimundi Andree. Sig+num Arnaldi de Artesa.

370

1194, abril, 6

Establiment ad plantandum. Hug, abat de Santes Creus, amb el consell i consentiment de tots els germans monjos de la comunitat santescreuena, estableix Bernat Pella en una peça de terra, situada al terme de Tàrrega, perquè hi planti vinya, a cens de la meitat dels fruits, amb la condició que els haurà de portar al celler monacal que els monjos tenen a la vila de Tàrrega. L'abat obliga Bernat Pella a tancar-la perquè els animals de pastura o qualsevol persona no perjudiqui la plantació. Es fixa el dret de fadiga en trenta dies, passats els quals l'arrendatari podrà vendre o alienar la propietat sense cap impediment del monestir.

[A]: Original perdut.

B: BT. Cartulari de Santes Creus: El "Llibre Blanch", foli 155^l.

a: UDINA, *El "Llibre Blanch de Santas Creus"...*, p. 377, doc. 376.

In nomine Domini. Ego, frater Ugo, vocatus abbas de Sanctis Crucibus, cum consilio et voluntate fratrum nostrorum,² dono et concedo tibi, Bernardo Pella, unam peciam terre ad plantandum vineam, que pecia est in comitatu Minorise, in termino Tarregue; et affrontat ex una parte cum vinea Petri de Turre, quam per nos tenet, ab alia in vinea Berengarii de Conil, ab alia in vinea Arnaldi Oler, quam per nos tenet, ab alia in termino dez Mor. Sicut his affrontationibus includitur, sic damus tibi in tali pacto ut plantes et ediffices et claudas in quocumque loco necesse fuerit ita ne tala veniat et custodias ne tua animalia vel aliena possint ibi facere malum. Et ex omni fructu, quem Deo dante, collegeris inde, mediam partem fideliter afferas in cellarium nostrum, sine omni gravamine nostro vel expensa, et ita semper eam habeas et teneas per vocem monasterii nostri tu et tui ad omnem voluntatem tuam in perpetuum, excepto quod, non possis eam dimittere militibus vel alii ecclesie nec inde alium seniore facias nec recognoscas nisi nos et successores nostros. Si forte ibi vinea non potuerit esse bona et in alodium redigenda fuerit, similiter, medietatem totius fructus fide-

liter nobis afferas, ut dictum est, in cellarium nostrum. Quod si vendere vel impignorare volueritis predictam vineam non tibi liceat nisi prius fatigatus fueris in nobis per triginta dies; et si nos habere voluerimus tali laboratorum eam committas qui fideliter ius nostrum nobis faciat in perpetuum. Et ego Bernardus predictus per me et per omnes successores meos, bona fide et sine dolo, promitto Deo et tibi Ugoni, abbati predicto, et fratribus tuis servare fideliter huius carte, tenorem de predicto honore, et dare etiam decimas integritate sine diminutione solliteque procurare rigacionem et alia omnia que ad cultum terre pertinentur³ in perpetuum.

Facta carta ·viii^o. idus aprilis, anno Domine ·M^o.C^o.XC^o.III^o.

Sig+num Ugonis, abbatis, qui hoc firmat et testes firmare rogat. Sig+num Bernardi, prioris. Sig+num Petri, cellerarii. Sig+num Arnaldi de Sancta Fide.

Sig+num Bernardi Pella. Sig+num Petri de Turre. Sig+num Raimundi Ferrarii. Sig+num Guillelmi de Pulcro Loco.

Sig+num fratris Guillelmi de Lemovicis, qui hoc scripsit.

1. Al marge superior, en tinta vermella: Ugonis, abbatis de Sanctis Crucibus, i a l'angle superior de la pàgina: De Tarrega. 2. a. meorum. 3. a. pertinent.

371

1194, abril, 6

Establiment que fa l'abat Hug de Santes Creus a Arnau Pella d'una peça de terra, situada al terme de Tàrrega, a cens de la meitat dels fruits de la vinya que s'hi cullin, amb la condició de tancar-la perquè no s'hi faci tala ni el bestiar seu ni d'altres persones malmetin les collites. L'abat pacta que els fruits dels monjos els portin al celler monacal de la vila de Tàrrega. Resta establert el dret de fadiga en trenta dies.

[A]: Original perdut.

B: BT. Cartulari de Santes Creus: El "Llibre Blanch", foli 158.¹

a: UDINA, El "Llibre Blanch de Santes Creus"..., p. 378, doc. 377.

Cit.: FORT, El senyoriu...

In nomine Domini. Sit notum cunctis quod ego, frater Ugo, vocatus abbas de Sanctis Crucibus, cum consilio et voluntate fratrum nostrorum, dono et concedo tibi, Arnaldo Pella, unam peciam terre, quam habemus apud Tarregam; et affrontat ex una parte cum vinea Berengarii de Cunil, ex alia in vinea Bernardi Amanos, quam² per nos tenet, ex alia in via, quem egreditur de Moro

et tendit ad Villam Crassam, ex alia in vinea de Cama Gorda et Arnaldi Oler. Quantum his affrontationibus continetur, donamus tibi predicto Arnaldo Pella, ut bene plantes et edifices et claudas in quocumque loco necesse fuerit, ita ne tala veniat et ita custodias ne animalia tua vel aliena ibi possint facere malum. Et ex omni fructu, quem inde dante Deo, collegeris, dones nobis fideliter medietatem, sine nostro gravamine vel expensa, excepto in colligendo et aportando partem nostram de vindimia. Quod si forte ibi vinea non potuerit esse bona et aliter fuerit excollenda in ipsa, medietatem totius fructus nobis tribuas in area sine nostra expensa fideliter et ita semper eam habeas et teneas per vocem monasterii nostri tu et cui dimittere volueris, exceptis militibus et ecclesiis, nec alium ibi seniore facias vel recognoscas nisi nos et successores nostros. Si autem vendere vel impignorare volueris³ ipsam terram, non tibi liceat nisi prius in nobis fatigatus fueris⁴ per triginta dies; et si nos eam habere noluerimus postmodum tibi consimili laboratorum illam mittere possis, qui fideliter nobis inde ius nostrum faciat in perpetuum. Et ego suprascriptus Arnaldus per me et per omnes successores meos, bona fide et sine dolo, promitto Deo et tibi Ugoni, abbati, et fratribus tuis servare fideliter, tenorem huius pacti, de predicto honore et dare tibi decimas integritate^{<r>} solliteque procurare rigacione et alia omnia que pertinentur ad cultum terre in perpetuum.

Facta carta ·viii^o. idus aprilis, anno Domine ·M^o.C^o.XC^o.III^o.

Sig+num Ugonis, abbatis, qui hoc firmat et testes firmare rogat. Sig+num Bernardi, prioris. Sig+num Petri, cellerarii. Sig+num Arnaldi de Sancta Fide.

Sig+num Arnaldi Pella. Sig+num Petri de Turre. Sig+num Raimundi Ferrarii. Sig+num Guillelmi de Pulcro Loco.

Sig+num Arnaldi de Sanctis Crucibus, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. Al marge superior, en tinta vermella: De honoribus quem tenet A. Pella.
2. a. que. 3. a. volueritis. 4. a. fueritis.

1194, agost, 29

Galceran de Pinós dona a l'abat Hug de Santes Creus una sort de terra que posseeix al terme del castell de Soses, tocant al terme del castell de Remolins, perquè els seus rèdits i esplets serveixin per a proveir el refetor monacal.

[A]: Original perdut.

B: BT. Cartulari de Santes Creus: El "Llibre Blanch", foli 171v.¹

a: UDINA, El "Llibre Blanch de Santes Creus"..., p. 379, doc. 378.

Cit.: FORT, El senyoriu...

PAPELL, "El domini..."

Sit notum cunctis quod ego, Gaucerandus, ob remedium anime mee et parentum meorum, dono et offero domino Deo et beate Marie et monasterio de Sanctis Crucibus et fratribus, presentibus et futuris, ibidem Deo servientibus, duas sortes terre, quas habeo in termino castri de Soses, iuxta terminum de Remolins, ut melius habeo vel habere debeo, cum terminis suis et affrontationibus ad utilitatem predicti monasterii, sine vinculo ullius hominis vel femine, ita ut expleta, quo ex inde exierint, addantur reffectori que fit in die Ramis Palmarum. Et de hoc dono faciemus vobis nos et successores nostri fidelem garentiam in perpetuum.

Actum est hoc ·IIII· kalendas septembris anno ·M^o·C^o·LXXX^o·IIII^o· Dominice Incarnationis.

Sig+num Gaucerandi de Pinos. Sig+num Raimundi Gaucerandi, qui hoc laudo et firmo, ut faciam tenere et habere in perpetuum. Sig+num Berengarie, uxoris² Raimundi Gaucerandi.

Sig+num Petri, presbiteri et monachi, qui hoc scripsi die et anno quo supra.

1. Al marge superior, en tinta vermella: Gaucerandi de Pinos de duabus sortibus terre de Soses. 2. a. uxor.

373

1194, setembre, 27

Guillem Ramon de Montcada i la seva esposa Guillema concedeixen, a perpetuïtat, a Santes Creus el mas de Galliners, amb el seu terme i afrontacions, el qual té per ells Bernat de Galliners. Fan aquesta donació perquè el permuten amb el mas de Valmoranta que, juntament amb el mas de la Rovira al terme de Sentmenat, havien donat a l'abat de Santes Creus, per al sosteniment d'un monjo prevere.

[A]: Original perdut.

B: BT. Cartulari de Santes Creus: El "Llibre Blanch", foli 22.

a: UDINA, El "Llibre Blanch de Santes Creus"..., p. 380, doc. 379.

In nomine Domini. Ego, Guillelmus Raimundi de Monte¹ Chatano et ego, Guillema, uxor eius, per nos et per omnes successores nostros, bona fide et sine dolo et sine omni retentione,

donamus et concedimus pro salute animarum nostrarum et parentum nostrorum in perpetuum domino Deo et beate Marie et tibi Ugoni, abbati monasterii de Sanctis Crucibus, et fratribus eiusdem loci, presentibus atque futuris, mansum de Gallineriis, cum terminis et affrontationibus suis, sicut eum tenet per nos Bernardus de Gallineriis eisdem mansi <h>abitator, cum terris, vineis, pascuis et aquis et cum arboribus diversi generis, cum ingressibus et egressibus suis et cum omnibus ad eundem mansum pertinentibus. Hunc mansum perdictum, cum omnibus suis pertinentiis et cum <h>abitatore donamus, tradimus et solvimus nos prescripti Deo et iam dicto monasterio in commutatione mansi de Valmoranta, quem² olim dederamus ei unam³ cum manso de Roveriis, qui est in termino Sancti Menath<i>, pro sustentatione⁴ unius monachi sacerdotis, et quoniam⁵ non sufficiebant illi duo mansi nostre constituendi, ideo nunc istam facimus commutationem. De quibus, videlicet, mansis de Roveriis et de Gallineriis, cum terminis suis, ego, Guillelmus Raimundi, et ego, Guillelma, uxor eius, per nos et per omnes successores nostros promittimus fidelem garentiam in perpetuum Deo et vobis fratribus predicti loci, tam presentibus quam futuris, et quod de cetero nichil ibi vel inde requiramus nos vel nostri aliqua ratione nisi orationes et beneficia, que in domo Dei fient, quorum participatione per Dei misericordiam salutem speramus eternam. Et ego frater Ugo, vocatus abbas de Santis Crucibus, et fratres nostri reddimus et solvimus vobis Guillelmo Raimundo et uxori vestre vestrisque successoribus mansum de Valmoranta, sine ulla retentione pro manso de Gallineriis, quem loco illius nobis donatis. Siquis contra hoc venire temptaverit nullo modo valeat, set presens conctitutio in perpetuum firma permaneat.

Facta carta ·v^o. kalendas octobris anno ab Incarnatione Domini ·M^o.C^o.XC^o.III^o.

Sig+num Guillelmi Raimundi, sig+num Guillelme, uxoris eius, qui hoc firmant testesque firmare rogant.

Sig+num Guilaberti de Centelliis. Sig+num Petri de Claromonte. Sig+num Bernardi de Colle.

·SS· Guillelmus de Lemovicis, nonachus, scripsit hoc.

1. *Interlineat:* Monte. 2. a. qui. 3. a. una. 4. a. Sustentationem. 5. a. quem.

374

1194, novembre, 8

Dot que lliura Arnau de Mor a la seva filla Beatriu i a la seva néta Arsenda pel matrimoni amb Guillem Despujol i Berenguer Despujol, pare i fill, respectivament. Si Arsenda moria Berenguer s'hauria de casar amb l'altra néta, Berenguera.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2765, núm. 15. Original.

a: UDINA, *El "Llibre Blanch de Santes Creus"...*, p. 381, doc. 380.

Omnibus noscat quod ego Arnallus de Moro per me ac per omnes meos dono vobis Guillelmo Dezpuiol filiam meam¹ Beatricem² per uxorem. Adhuc dono filio vestro Berengario Dezpuiol neptam meam Arsendam,³ filiam Beatricis, per uxorem, quam si forte moreretur primum quam aliam neptam meam Berengariam haberet iam dictus Berengarius Berengariam per uxorem nisi esset ex copulacione me [\pm 2] inter eos, quoniam dono vobis duabus castrum et villa de Moro cum omnibus terminis, pertinenciis suis, sicuti ego melius unquam habui et habere debeo et medietatem de omnibus que habeo et aliquo modo habere debeo in Monte Albano et in omnibus terminis eius et totum mansum de Malpas de Castelauli, sicuti melius unquam habui et habere debeo et totum hoc quod habeo et habere debeo in termino de Tous, scilicet, mansum de Saragoza. Et dono vobis adhuc totum hoc quod habeo et habere debeo in manso Dezsoler de Cervaria et in eius terminus. Omnia hoc damus vobis duobus ut ambo pariter possideatis omnibus diebus vite vestre per hereditatem et per dotem, post vos filii vestri secundum vestrum velle. Si forte quod absit filia mea Beatrid moreretur⁴ sine infante quem non haberet de vobis Guillelmo Dezpuiol totus supradictus honor sit de nepta mea et de Berengario filio vestro viro eius, et si filii aderunt dividantur inter omnes secundum vestram voluntatem. Tamen retineo in hoc victum et vestitum omnibus diebus vite vestre et necessaria mea honorifice, secundum posse honoris et domus nostre quod si forte moreretur Beatrid et ambe filie sue sine infante quem⁵ non haberet de vobis supradictis habeant et possideant Guillelmus Dezpuiol et filius eius Berenger medietatem de Castro de Moro et de eius terminis omnibus diebus vite eorum; alia medietas esset de Arnallo de Montmajor post obitum eorum, ipsa medietas eorum sit de Arnallo integriter, quod si forte mereretur Berengarius Dezpuiol sine copula uxoris sue haberet eam Guillelmus Depuiole frater eius per uxorem. Omnia hec

supradicta convenio ego Guillelmus Dezpuiol vobis Arnallo de Moro, attendere et adimplere et amare et honorare vos semper sicuti dominum meum per bona fidem sine omni vestro enganno et sum inde vester homo propriis manibus.

Facta carta ·VI· idus novembris anno Domini ·M·C·XC·III·.

Cui si quis resisterit non valeat set secundum legem componat.

Sig+num Arnalli de Moro, sig+num Beatricis, filie eius, qui hoc laudamus et firmamus et testes firmare rogamus.

Sig+num Bernardi de Viver. Sig+num Arnalli de Concabella. Sig+num Guillelmi Dezcastel.

Valentinus,⁶ scripsit cum signo + Christi.

1. a. meum. 2. a. Beatrice. 3. a. Arsendis. 4. a. moretetur. 5. a. quod. 6. a. Valentinus.

375

1195, març, 30

Rossa, muller de Berenguer Rossinyol, juntament amb el seu espòs i els seus fills, amb el consell, la voluntat i el permís dels seus senyors naturals, Guillem de Selmella i Guillem de Pontils, per la salvació de la seva ànima, donen, i venen per cent sous barcelonesos a l'abat Hug i al monestir de Santes Creus, l'honor que posseïxen a Comasans, al terme de Selmella, el qual tenien empenyorat al monestir amb dotze sous.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2765, núm. 16. Original.

a: UDINA, *El "Llibre Blanch de Santes Creus"...*, p. 382, doc. 381.

Cit.: FORT, *El senyoriu...*

Sit notum cunctis quod ego Rossa, uxor Berengarii Rossinolli unam cum viro meo et Guillelmo, filio nostro, donamus atque concedimus cum consilio et voluntate dominorum nostrorum, scilicet, Guillelmi de Celmela et Guillelmi de Pontils, ob remedium animarum nostrarum, tibi Ugoni, abbati monasterii de Sanctis Crucibus et fratribus eiusdem loci, presentibus atque futuris, totum honorem nostrum, quem habemus in termino de Celmela, iuxta Cumbam Sancii, prout melius habemus vel habere debemus, cum ingressibus suis et egressibus, sine omni retentu in perpetuum, ad quicquid ibi vel exinde facere volueritis. Affrontat autem predictus honor ex una parte in Cumba Sancii, ex alia in via Captivaria et ex alia in linari Arnaldi Sancii usque in rivum Despets,¹ et in rovira Guillelmi de Pontils et ex alia cum terra Berengarii Companni.

Accepimus autem pro hac donatione ex bonis monasterii ·c· solidos Barchinone. Et est sciendum quod redimit monasterium predictum honorem ex ·xii· solidos.

Actum est hoc ·iii· kalendas aprilis anno Dominici Incarnationis ·M^o·C^o·XC^o·V^o·.

Sig+num Rosse, sig+num Berengarii Rossinoli, viri eius, sig+num Guillelmi, filii eorum, qui hoc laudamus et firmamus testesque firmare rogamus.²

Sig+num Guillelmi de Celmella, qui hoc laudo et firmo, salva mea parte decimi et habui pro hac concessione ex bonis monasterii ·xx· solidos. Sig+num Berengarie, uxoris predicti Guillelmi, qui hoc laudo et firmo bono animo et spontanea voluntate. Sig+num Guillelmi de Pontils, qui hoc laudo et firmo. Sig+num Bernardi Sancii. Sig+num Guillelmi de Rocha Corba. Sig+num Arnaldi Sancii.

Sig+num Arnaldi de Sanctis Crucibus, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. a. de Pets. 2. a. rogavimus.

376

1195, abril, 8

Maria, muller de Ferrer de Pontils, amb el seu marit i els seus fills, Guillem i Bernat, donen a perpetuïtat a Déu i a Hug, com a abat del monestir de Santes Creus, la terra que tenen a Cabdells, veïna a les propietats de Pere Roig i de Pere Company. A aquesta donació hi afegeixen la coma que està anant a la Comagrasa, més tota la propietat que posseeixen a la Comagrasa situada entre dos graus. Aquesta donació la fan per la caritat que van rebre dels béns del monestir, consistents en una vaca i cinc quarteres de blat. L'abat els promet, a canvi, ésser copartícips dels béns espirituals de la comunitat, com si fossin monjos de Santes Creus mentre visquin i després de la seva mort. A més, promet a Ferrer que si vol entrar com a monjo al monestir el rebrà segons la forma i disposicions de l'orde.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2765, núm. 17. Original.

a: UDINA, *El "Llibre Blanch de Santes Creus"...*, p. 383, doc. 382.

Cit.: FORT, *El senyoriu...*

In nomine Domini. Sit notum cunctis quod ego Maria, uxor Ferrarii de Pontils, unam cum eodem viro meo et filii nostri Gui-

llelmus atque Bernardus, per nos et per omnes successores nostros, bona fide, pro salute animarum nostrarum et parentum nostrorum, donamus et concedimus sine omni retencione in perpetuum, Deo et Beate Marie de Sanctis Crucibus et tibi Ugoni, abbati, et fratribus eiusdem loci, presentibus atque futuris, illam terram quam habemus in termino de Capdell, inter gradus,¹ iuxta tenedonem Petri Rubei et iuxta tenedonem Petri Conpain, cui donationi addimus² illam cumbam qua itur ad Cumbam Crassam et quicquid habemus et habere debemus in ipsa Cumbam Crassam que est inter duos gradus³ et illum etiam campum qui est super gradum⁴ inter tenedonem nostram et Cumbam Crassam. Hec omnia prenominata donamus vobis ut predictum est pro salute nostra ut libere et quiete habeatis et possideatis perpetuo iure. Et sciendum quod propter hoc dedistis nobis⁵ karitative ex bonis monasterii unam vaccam et ·v· quarterias frumenti. Et ego frater Ugo, predictus, abbas et fratres nostri recipimus te Ferrarium et predicta uxorem tuam et filios vestros in confratres et conparticipes omnium bonorum spiritualium domus nostre tam in vita quam in morte. Et etiam si tu ipse Ferrarius volueris venire ad ordinem nostrum recipimus te, secundum formam ordinis nostri.

Actum es hoc ·vi^o. idus aprilis anno ab Incarnatione Domini ·M^o.C^o.XC^o.v^o.

Sig+num Marie, uxoris predicti Ferrarii, sig+num Ferrarii, viri eius, sig+num Guillelmi, filii eorum, sig+num Bernardi, filii eorum, nos omnes in simul qui hoc per nos et per omnes successores nostros, bono animo et spontanea voluntate, laudamus et firmamus testesque firmare rogamus.

Sig+num Guillelmi de Lemovicis qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. a. Gradus. 2. a. addidimus. 3. a. Gradus. 4. a. Gradum. 5. a. vobis.

1195, agost, 25

Concòrdia i convinença feta entre Pere Guarner i Ledos. Ledos es compromet a donar, anualment, a Pere Guarner tres fanèques, dues de blat i una d'ordi, dels molins d'Almenara, segons mesura d'aquest lloc; i Pere Guarner renuncia als drets d'aquests molins que li corresponen a Ledos, a excepció dels seus propis que ha heretat. Tampoc renuncia al cens que d'aquests molins percep.

Si Ledos deixa de pagar el cens, els molins passaran a Pere Guarner.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santas Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2765, núm. 18. Original. Carta partida per ABC.

a: UDINA, *El "Llibre Blanch de Santas Creus"...*, p. 384, doc. 383.

Sit notum cunctis, presentibus et futuris, quod ego Pere Guarner et meis¹ et Ledos et meis venimus ad concordiam et ad finem de clamor de ipsis molinis de Almenara la Viella. Donat Ledos et sui ad Pere Guarner et suos per unumquemque² annum ·III· fannecas, duas de forment et una de ordeo ad mesura de Almenara. Et Pere Guarner et suos diffinexen³ ipsos clamor de ipsis molinis, salva sua parte, sicuti de aliis heredibus de sua hereditate de ipsis molinis, que⁴ sunt vel que erunt ut abeat Ledos et sui omni tempore dante hoc censum, et si non voluerit dare Ledos vel sui hoc censum recipere Pere Guarner et suis in⁵ ipsos⁶ molinos⁷ suos directos. Actum est hoc, quod si Pere Guarner et sui et Ledos⁸ et sui volue[r]int disrumpere ista carta non hoc valeat, set in duplo componat et [stab]ilis permaneat omnique tempore.

Facta ista carta VIII^o. kalendas setembris anno ab Incarnatione Christi ·M^o.C^o.XC^o.V^o.

Sig+num Pere Guarner, sig+num Ledos, nos in simul mandavimus scribere et testes firmare in ista carta et suis signis facere.

Sig+num Guillelmi de Camporells, sig+num Pere Pecto[.....],⁹ sig+num Peret de Pere Guillem, ista sunt testes visores et auditores de hoc suprascripto.¹⁰

Petrus, scriba, scripsit sub iussione de Arnal Pere et hoc (signe) fecit die et anno quo supra.

1. a. omet: et meis. 2. a. unum quemque. 3. a. diffinexen. 4. a. qui.
5. Interlineat i omès per a. in. 6. Sobreposada la i sobre la o en ipsijs. 7. Igualment en molinjs. 8. Ledos repetit i ratllat. 9. Raspat. 10. a. supra scripte.

1196, febrer, 15

Ramon de Montcada dóna en penyora a Esteve de Sòria les rendes que percep, tant de pa com de vi, així com els censos en diners que rep com a senyor feudal de la Palomera superior i inferior, per haver-li deixat set mil sous jaquesos que haurà de tornar el pròxim Nadal.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2765, núm. 19. Original.

a: UDINA, *El "Llibre Blanch de Santas Creus"...*, p. 385, doc. 384.

Notum sit cunctis hominibus quod ego Raimundus de Montecatano, per me et per meos, in pignoro vobis Stephano de Soria et vestris et cui volueritis omnes redditus et exitus panis ac vini et census denariorum et quicquid per dominicum et per fevum vel quacumque alia ratione habeo et habere debeo in superiori Palomera et in inferiori Palomera, per septem milia solidos iaquenses, usque ad Natale¹ Domini proximo venturum, quos omnes de vobis habui et recepi et vester² paccatus sum. Quod pignus potenter pro vestro pignore teneatis, possideatis et expletetis vos³ et qui volueritis et quicquid inde exierit pro⁴ gazardone⁵ habeatis et non pro pacca. Et convenio vobis quod dum sub vestro⁶ pignore tenebitis aliquid ibi non accipiam nec aliquis pro me et si aliquid inde vobis me nesciente caperetur infra ·x· dies post amonicionem vestram vel a quolibet nuncio vestro factam,⁷ reficiam et vestro simplici verbo sine iuramento et calumpnia credam. Insuper convenio vobis Stephano de Soria et vestris requirentibus pro bono vestro reddere et paccare dictos ·vii· milia solidos usque ad iam dictum⁸ terminum, bona fide et sine vestro enganno, omni vestro profectui melioris monete curribilis tunc in Ylerda⁹ pani et vino. Et nisi fecero statim in Ylerda¹⁰ vobis et vestris tenere hostaticum veniam et vos tenente et expletante pignore in gazardone¹¹ et non in pacca, tamdiu ibi adstabo et meis vel alienis pedibus preter soltam vestram non exhibeo, et domino et domine precari non faciam, donec integre et plenarie ab omnibus iam dictis¹² ·vii· milia solidis sitis¹³ paccatus vestre recognicioni. Et ut nior sitis et ut superius scribitur vobis atendatur¹⁴ et fideliter observetur sub periculo anime mee in Domini¹⁵ et +¹⁶ tactis Sanctis Evangelii iuro.

Facta carta ·xvi· kalendas marcii anno Domini Incarnationis¹⁷ ·M·C·LXXXV·.

Sig+num Raimundi de Monte Catano, qui hoc firmo et concedo. Sig+num Guillelmi Porcheti. Sig+num Raimundi Baiuli. Sig+num Iohannis de Marimon. Sig+nus Arnaldi de Meala.

Sig+num Raimundi Scribe.

Iohannes de Ager scripsit et hoc (signe) fecit cum supra addito factam in ·vi· linea.

1. a. Natali. 2. a. [bene]. 3. a. nos. 4. a. per. 5. a. Gazardone.
6. a. nomine. 7. *Interlineat*: factam. 8. a. iamdictum. 9. a. Ylerdam. 10. a. Ylerdam.
11. a. Gazardone. 12. a. iamdictis. 13. a. suis. 14. a. attendatur.
15. a. Deum. 16. a. *omet la creu*. 17. a. *omet*: Incarnationis.

379

1196, març, 12

Pere de Puigvert, la seva muller Gueraula i els seus fills Berenguer i Guillem fan donació a l'abat Hug i al monestir de Santes Creus a perpetuïtat, del dret que tenen sobre les terres del monestir situades a Sant Pere de Gaià, a la vora del camí que va a Cabra, passant pel Pont d'Armentera —lloc que es pot reconèixer per les fites i les creus marcades a les roques— i el riu Gaià, fins a la coma que és a la plana que hi ha al nord de la propietat. També donen als monjos els delmes de la propietat monacal d'Ancosa, coneguda amb el nom de Llongaset. Tot a canvi de ser rebuts com a confreres del monestir i gaudir dels béns espirituals mentre visquin i després de morts.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2766, núm. 1. Original.

a: UDINA, *El "Llibre Blanch de Santes Creus"...*, p. 386, doc. 385.

Cít.: FORT, *El senyoriu...*

PAPELL, "El domini..."

In nomine Domini. Sit notum cunctis audientibus quod ego Petrus de Podio Viridi¹ et ego Geralda, uxor eius, et nos filii eorum, scilicet, Berengarius et Guillelmus, nos simul, bona fide, pro salute nostra, donamus et concedimus sine omni retencione in perpetuum domino Deo et Beate Marie de Sanctis Crucibus et tibi Ugoni, abbati, et fratribus eiusdem loci, presentibus atque futuris, omne ius nostrum, quod habemus et habere debemus in terra Sancti Petri de Gaiano, scilicet, a via publica que tendit ad Capram versus Pontem de Armentaria, sicut lapides fixi et cruces in saxis facte ostendunt, et a flumine Gaiani usque ad illam cumbam que est in planicie, a parte circii. Quantum his affrontacionibus includitur² integriter damus et concedimus vobis ut libere et quiete habeatis et possideatis perpetuo iure. Similiter damus vobis nostrum ius decimarum et totum³ quod habemus in terra illa vestra de Anchosis, quam vocant Longuam Sitim,⁴ sine omni retencione in perpetuum. Et ego frater Ugo, predicti monasterii, dictus⁵ abbas et fratres nostri, ex parte Dei et beate Marie, recipimus vos predictos donatores in confratres et comparticipes omnium bonorum spiritualium⁶ nostrorum tam in vita quam in morte.

Actum est hoc ·IIII· idus marcii anno ab Incarnatione Domini ·M^o.C^o.XC^o.V^o·.

Sig+num Petri de Podio Viridi, sig+num Geralde, uxoris eius, sig+num Berengarii, filii eorum, sig+num Guillelmi, filii eorum, nos omnes simul, qui hoc laudamus testesque firmere rogamus.

Sig+num Raimundi Urseti, sig+num Petri de Todeia, nos res testes.

Sig+num Ugonis, abbatis. Sig+num Bernardi, prioris. Sig+num Raimundi de Castellari. Sig+num Petri, subprioris.

Sig+num Guillelmi de Lemovicis, qui hoc scripsit die et anno quo supra, cum litteris suprapositis in ·VII· et in ·IX· linea.

1. a. Viride. 2. a. includunt. 3. *Interlineat:* et totum. 4. a. sitim.
5. a. omet: dictus. 6. *Interlineat:* spiritualium, a. spirituallium.

380

1196, maig, 13

Arnau de Mor, malalt a Santes Creus, i en plenes facultats mentals, atorga a Santa Maria de Santes Creus i al seu abat Hug, la peça de terra que Bernat de Vilagrassa reté com a penyora, per la quantitat de vint sous, prop de Vilagrassa, entre el camí que va a Anglesola i el Reguer, de Tàrrega, o Ondara. També dóna als monjos tot el que té a Soler, prop de Cervera, i tot el que té en altres llocs, a excepció d'allò que va donar a la seva filla Beatriu, i que consta per escrit en carta legítima feta per ell en temps passats. Tot això que atorga al monestir ho fa de bona fe i perquè justament els monjos ho tinguin de ple dret i per sempre.

[A]: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2766, núm. 2. Trasllat fet per fra Pere Arnau el 25 de juny de 1226 (*Sig+num fratris Petri Arnaldi, monachi qui hoc translatum translavit ·VII· kalendas iulii a[nn]o Domini ·M^oCC^oXX^oVI^o, die et anno quo supra*).

a: UDINA, *El "Llibre Blanch de Santes Creus"...*, p. 387, doc. 386.

Cit.: FORT, *El senyoriu...*

PAPELL, "El domini...".

In nomine Domini. Sit notum cunctis audientibus quod ego, Arnaldus de Moro, positus infirmitate apud Sanctes Cruces, pleno tamen sensu et memoria integra, bona fide et pro salute anime mee, dono et concedo sine omni retencione in perpetuum domino Deo et beate Marie et tibi Ugoni, abbati monasterii de Sanctis Crucibus et fratribus eiusdem loci, presentibus atque futuris, illam peciam terre quam Bernardus de Villa Crassa tenet in pignore de me pro ·XX· et ·I·¹ solidos apud Villam Crassam. Et est inter viam publicam

que vadit ad Angleriolam et torrentem. Addo etiam huic donationi omnia que habeo et habere debeo apud Solarium² propre Cervariam et in aliis locis, omnibus exceptis illis, que³ iam dedi filie mee Beatrici vel cuilibet alteri cum legitima carta omnia inquam bona⁴ iuste ad me pertinentiam⁵ dono et offero Deo et vobis predictis fratribus ut ea libere et quiete habeatis et possideatis perpetuo iure.

Facta carta ·III^o. idus maii anno Dominice Incarnationis ·M^o.C^o.XC^o.VI^o.

Sig+num Arnaldi de Moro qui hoc donum laudo et firmo ac testes firmare rogo.

Sig+num Berengarii de Sancta Fide. Sig+num Petri, cellerarii. Sig+num Bernardi, ianuensis. Sig+num fratris Raimundi,⁶ hospitalis. Sig+num Bernardi, signarii.

1. a. omet: et ·I. 2. a. solarium. 3. a. qui. 4. a a. segueix et. 5. a. pertinentia. 6. a. afegeix a continuació: de.

381

1196, juny, 20

Ramon Galceran [de Pinós], per ell i els seus successors, dóna a l'abat Hug de Santes Creus una sort de terra —amb el pou inclòs—, situada al terme de Montalbà, perquè el monestir la posseeixi de dret, lliurement i a perpetuïtat, amb la meitat del delme. I afegeix a aquesta donació el dret del delme que li pertoca de totes les terres que el monestir té i en el futur pugui adquirir dins el terme de Tàrraga i de Montalbà. Finalment, promet a l'abat i als monjos que, tant ell com els seus successors, seran els garants d'aquesta donació sempre que sigui necessari.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2766, núm. 3. Original.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2766, núm. 4. Trasllet 11 de juliol de 1226 (*Hoc est translatum bene et fideliter factum ·V· idus iulii anno Domini ·M^o.CC^o.XX^o. sexto cuius originalis series sic se habet*) fet pel monjo Berenguer d'Artes (*Frater Berengarius de Artes scripsit hoc translatum fideliter die et anno quo supra* (signe).

a: UDINA, *El "Llibre Blanch de Santes Creus"...*, p. 387, doc. 387.

Cit.: FORT, *El senyoriu...*

PAPELL, "El domini..."

In nomine Domini. Sit notum cunctis audientibus hoc quod ego, Raimundus Gaucerandi, per me et per omnes successores meos, bona fide, sine dolo, pro salute anime mee et parentum meorum, dono et concedo sine omni retentione in perpetuum domino Deo

et Beate Marie de Sanctis Crucibus et tibi Ugoni, abbati, et fratribus eiusdem loci, presentibus atque futuris, quandam sortem terre, quam habeo per dominium proprium in termino de Montis Albani, in qua est puteus. Et terminatur ab oriente in terra Petri Granelli,¹ a meridie in via qua vadit ad Prixanam, ab occidente in terra Guillelmi de Fraumir, ab aquilone in terra Petri Calveti et Guillelmi de Ergulolio. Quantum his affrontacionibus includitur totum integriter dono et trado vobis predictis fratribus ut libere et quiete habeatis cum medietate decimarum et possideatis perpetuo iure. Addo autem huic donationi omne ius meum quod habeo et habere debeo in decimis totius honoris vestri quam modo habetis vel in futurum acquirere poteritis in termino de Tarrega, vel de Monte Albano ut libere habeatis et secure possideatis² in perpetuum. De quibus omnibus promito vobis per me et per omnes successores meos fidelem guarentiam³ in perpetuum.

Facta carta ·XII· kalendas iulii anno ab Incarnatione Domini ·M^o·C^o·XC^o·VI^o·.

Sig+num Raimundi Gaucerandi, qui hoc laudo et firmo testesque firmare rogo.

Sig+num Arnaldi de Sancto Saturnino. Sig+num Guillelmi de Sancto Saturnino. Sig+num Arnaldi de Vilario. Sig+num Bernardi Peia. Sig+num Guillelmi de Bello Loco, qui absolvo⁴ quicquid habere debeo in predicta terra vel in decimis. Sig+num Arnaldi de Sala. Sig+num Raimundi Ferrarii. Sig+num Golmerii. Sig+num G<uillelmi> de Muntalba, qui hoc laudo.

Sig+num Petri, monachi, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. a. Granell. 2. a. possideatis. 3. a. hi afègeix de seguit: et. 4. a. absolve.

382

1196, agost, 20

Ramon de Cervera fa donació a la seva dona Litbors del domini de la Guàrdia dels Prats, que va heretar de Ferrer de Llinars —terres, camps, vinyes, farraginals i columbaris— a excepció del feu que va heretar del mateix Ferrer de Llinars, situat també al terme del castell de la Guàrdia dels Prats. Aquesta donació la fa amb atorgament de tots els drets dominicals perquè ella el posseïxi i el tingui com un alou propi, i hi faci la seva voluntat per sempre, mentre ell visqui i després de la seva mort.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2766, núm. 5. Original.

a: UDINA, *El "Llibre Blanch de Santes Creus"...*, p. 388, doc. 388.

Cunctis noscatur quod ego R<aimundus> de Cervaria, bono animo et gratuita voluntate, dono vobis Litbors, uxori mee, et cum hac carta in presenti trado totum illud meum dominicum de za Guardia dez Prads,¹ quod mihi advenit voce Ferrarii de Lindars, videlicet, terras, vineas et campos et ferragenalia et columbarium, et prorsus omnia qua mihi adveniunt voce supradicti Ferrarii, excepto feudo, quod mihi advenit voce ipsius Ferrarii in ipso castro, ita,² scilicet, dono vobis Litbors³ supradictum totum dominicum ut ab hac die in antea habeatis, teneatis possideatis per proprium⁴ alodium ad faciendas de omni illo dominico omnes vestras voluntates per secula cuncta mecum et sine me sine blandimento alicuius hominis et femine et filii et filie vestre.

Facta carta ·XIII· kalendas septembris anno Christi ·M·C·XC·VI·.

Sig+num R<aimundi> de Cervaria, qui hoc laudo et firmo et testes firmare rogo.

Sig+num G<uillelmi> de Turre Rubea. Sig+num R<aimundi> de Belvedino. Sig+num A<arnaldi> de Alta Riba. Isti sunt testes. V alentinus, scripsit cum signo + (crucis).⁵

1. a. Prods. 2. a. item. 3. a. (titbors?). 4. a. ipsum. 5. a. Christi.

383

1196, novembre, 27

Berenguer de Pontils, amb el permís del seu senyor Guillem de Pontils i amb el consell d'alguns prohoms, dóna, i ven per vuitanta sous barcelonesos, a l'abat Hug i als monjos de Santes Creus, tot el dret de l'honor de Conill i del seu terme, i el delme de les terres compreses entre el riu Despedes, la granja monacal de Fontscaldetes i l'honor de Conill, ara propietat de Santes Creus, per donació feta, temps enrere, per Guerau Alamany i altres, segons consta en les cartae donationibus a favor dels monjos.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2766, núm. 6. Original.

a: UDINA, *El "Llibre Blanch de Santes Creus"...*, p. 389, doc. 389.

Cit.: FORT, *El senyoriu...*

In nomine Domini. Ego Berengarius de Pontils, per me et per omnes successores meos, bona fide et sine dolo, pro salute anime

mee et parentum meorum, dono et concedo, sine omni retencione in perpetuum, domino Deo et Beate Marie de Sanctis Crucibus, et tibi Ugoni abbati et fratribus iusdem loci, presentibus atque futuris, totum quod habeo et habere debeo in honore de Conil et in omnibus terminis eius et a rivo Despets, versus honorem grangie vestre de Fontibus Calidis et versus predictum¹ honorem de Conil, tam in decimis quam in aliis rebus, sicut in cartis vestris continetur, quas habuistis a Geraldo Alamanno et ab aliis qui vobis ibi donavere.² Hanc donacionem facio ego, Berengarius de Pontils, predictus, vobis iam dictis fratribus cum consilio et voluntate domini mei Guillelmi de Pontils et aliorum proborum hominum et habui³ [in]de a vobis ·LXXX· solidos Barchinone. De qua donacione et vendicione promitto vobis per me et per successores meos fidelem garentiam portare, ut eam libere et⁴ quiete habeatis et possideatis perpetuo iure.

Actum est hoc ·v· kalendas decembris anno Dominice Incarnacionis ·M^o·C^o·XC^o·VI^o·.

Sig+num Berengarii de Pontils, qui hoc laudo et firmo testesque firmare rogo.

Sig+num Guillelmi de Pontils. Sig+num Petri de Cornillana. Sig+num Guillelmi de Rourico. Sig+num Petri de Argensola. Sig+num Ilarii, clerici. Sig+num Petri de Aquilone. Sig+num Raimundi Palares. Sig+num Petri de Leuger. Sig+num Poncii de Pomars. Sig+num Raimundi de Caneto.

Sig+ Guillelmi de Lemovicis, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. a. precitum. 2. a. donaverit. 3. a. habeatis. 4. a. ac.

384

1197, març, 24

Bernat Company, la seva esposa Pereta i llur fill Pere, amb el permís dels seus senyors naturals, Guillem de Selmella i Guillem de Pontils —salvant la quarta part del delme que li correspon a Guillem de Selmella— venen, amb tots els drets, per tres sous barcelonesos, una sort de terra al terme de Selmella, al lloc anomenat riu Despets, al monestir de Santes Creus.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2766, núm. 7. Original.

In Christe nomine. Sit notum cunctis audientibus quod ego Bernardus Compan et uxor mea Pereta et filius noster Petrus per

nos et per omnes successores nostros, cum consilio et voluntate dominorum nostrorum, scilicet, Guillelmi de Ulmela, Guillelmi de Pontils, tamen salva quarta parte decimi G<uillelmi> de Olmella,¹ bona fide et sine dolo, pro salute animarum nostrarum et parentum nostrorum, damus et offerimus domino Deo et Beate Marie de Sanctis Crucibus et tibi Ugoni, abbati, et fratribus eiusdem loci presentibus atque futuris, quandam sortem nostram terre, que est in termino de Ulmella, in loco qui dicitur rivo Despets. Et affrontatur ex una parte cum Guillelmo de Ulmella et ex alia parte cum vestro honore qui fuit Petri Longi, et ex² altera parte cum nemore vestro de Torrosela et ex alia parte in ipso torrente rivi Despets. Sicut his affrontacionibus predictus honor includitur et terminatur sic damus et tradimus vobis³ predictam sortem terre, ut eam habeatis et possideatis iure perpetuo omni tempore, ut melius dici vel intelligi potest ad utilitatem monasterii vestri sine aliquo retentu. Et est sciendum quod propter hanc vendicionem vel donacionem dedistis nobis caritative de bonis monasterii ·III· solidos Barchinone.

Actum est hoc ·VIII· kalendas aprilis anno Dominice Incarnationis ·M^o·C^o·XC^o·VI^o.

Sig+num Bernardi Compan, sig+num Perete, uxoris eius, sig+num P<etri>, filii erorum, nos omnes simul qui hoc laudamus et firmamus testesque firmare rogamus.

Sig+num Guillelmi de Olmella. Sig+num Guillelmi de Pontils.

Sig+ Guillelmi de Limoges qui hoc scripsit die et anno quo supra, cum litteris suprapositis in ·III^a· et ·XI· linea.

1. *Interlineat:* salva quarta parte decimi G. de Olmella. 2. *Interlineat:* ex.
3. *Interlineat:* vobis.

385

1197, maig, 13

Testament de Guillem de Cervelló abans d'anar a la guerra contra els sarrains. Designa marmessors seus Arnau de Miralles, Bertran d'Anguera, Guillem de Sant Just i Berenguer de Fonollar. Vol ser enterrat al monestir de Sant Cugat del Vallès. Entre les deixes fetes atorga a l'abat i monjos del monestir de Santes Creus el castell i terme de Ferran, sempre que sigui redimit d'una penyora valorada en tres-cents morabatins.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2766, núm. 8. Original.

Quoniam nullus in carne positus mortem evadere potest. Idcirco ego, Guillelmus de Cervilione, sanus et incolumis, vadens in exercitum contra sarracenos, facio meum testamentum et eligo manumissores meos, scilicet, A<rnaldum> de Miralles et Bertrandum de Angaria et G<uillelmum> de Sancto Iusto et Berengarium de Fonolar, quibus precipio, quod si me mori contigerit [ante]quam aliud testamentum, faciam ita distribuant res meas sicut hic scriptum invenerint. In primis dimitto corpus meum sepeliendum monasterio Sancti Cucuphatis cum villa Ollerze, que est in termino de Cervilione, quam eis redimat ille qui meum honorem tenuerit. Dimitto monasterio Sanctis Crucibus castrum de Ferran, sicut habeo et teneo iure hereditario et ipsi redimant eum de ·ccc· morabetinorum. Dimitto Milicie Templi unum mansum, qui vocatur Camp Barcelones. Dimitto monasterio Vallis Bone ·c· morabetinos. Dimitto Hospitali Iherusalemense ·c· morabetinos. Dimitto sedi Barchinone ·c· solidos et sedi Terrachone ·c· solidos et Sancte Marie de Rocheta meam dominicaturam, quam habeo in castr[um] de Rocheta. Dimitto totum meum honorem, sicut pater meus dimisit mihi in suo testamento, fratri meo R<aimundo> Alamando, ita tamen ut ipse persolvat primum de redditibus honoris ·M· morabetinos sorori mee Elicsen et ·MM· solidos sororis mee Geralde, quod illis debeo, et post ea solvat omnia debita mea utricumque fideliter reperta fuerint, quod si ipse sine infante legitimo obierit revertatur omnis honor meus nepoti meo Geraldo Alamagno, preter castrum de Aquilone, quod dimitto filio Guillelmi de Aquilone, Geraldo, ita tamen ut ipse Geraldus Alamannus, nepos meus, persolvat plene et fideliter omnes laxas meas et omnia debita mea sicut superius scriptum est. Hec omnia mando ut omnia impleantur et teneantur et persolvantur pro salute anime mee et omnium parentum meorum. Quod si R<aimundus> Alamannus, frater meus, [n]ollet persolvere ·M· morabetinos sorori mee Elicsen, teneat illa Elicsen castrum de Villa de Mager tamdiu in pignore et in retorne don[et] Ger]aldus Alaman persolvat illi plene ·M· morabetinos, quos pater suus dimisit ei in castro de Ferran. Similiter Geralda habeat ·MM· solidos in castro de Mirallis, si R<aimundus> Alaman nollet ei persolvere, salvo tamen pignore et iure A<rnaldi> de Miralles. Quod si R<aimundus> Alaman obierit in hoc exercitu ma<n>do Geraldo Alamagno, nepoti meo, ut ipse hec totum impleat et teneat cum sororibus meis. Quod si G<eraldus> Alaman obierit sine infante legitimo revertatur honor meus duabus sororibus meis, id est, Geralde et Elicsen. Si quis contra hec venire temptaverit iram Dei incurret, sicut Cain fecit.

Qui vero hec fideliter servaverint, bonam mercedem a Deo recipiant in perpetuum. Amen.

Actum est hoc ·III· idus maii, anno ab Incarnatione Domini ·M^o·C^o·XC^o·VII^o·.

Sig+num Guillelmi de Cervilione, qui hoc laudo et firmo testesque firmare rogo. Sig+num Berengarie, domine mee. Sig+num R<aimundi> Alamanni, fratris mei.

Sig+num G<uillelmi> de Podnauder. Sig+num Petri de Fonolar. Sig+num G<uillelmi> de Aquilone. Sig+num A<rnaldi> de Mirallis. Sig+num Bertrandi de Angaria. Sig+num G<uillelmi> de Sancto Iusto. Sig+num B<ernardi> de Fonolar.

Sig+num Arnaldi, monachis de Sanctis Crucibus, qui hoc scripsit cum litteris rasis in linea ·XII· et ·XIII· et in ·XVI·, die et anno quo supra.

386

1197, maig, 22

Testament de Carbonell de Vilagrasseta, vassall de Ramon de Cervera. Elegeix marmessors Bernat i Guillem de Montpaó i Ermessèn, la seva muller, perquè facin complir les seves darreres voluntats testamentàries.

[A]: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2766, núm. 9. Trasllat de 28 de juny de 1227 (*Hoc est translatum fideliter testamentum ·III· kalendas iulii sub anno Incarnationis Domini ·M^o·CC^o·XX^o·VII· de quodam testamento in quo sic habetur*), fet per Guillem de Torrents (*Ego Guillelmus de Turrentibus, diachonus, qui hoc fideliter translatavi et in ·VIII· linea suprascripti, die et anno quo supra*). Conservació deficient que en dificulta la lectura.

Quia nullus in ca<r>ne positus mortem evadere potest. Qua propter ego, Carbonellus de Villa Grassa, egretudine detentus, facio in mea plena memoria et bona loquela meum testamentum omnium rerum mearum mobilium atque immobilium. Et eligo meos manumissores, videlicet, Bernardum de Monte Pavone et Guillelmum de Monte Pavone et uxorem meam Ermessendem, ut si me mori contigerit antequam aliud testamentum faciam ipsi sine eorum dampno habeant potestatem et licenciam dividendi ac distribuendi omnia mea quomodo in hoc meo testamento scriptum inveniunt. In! primum iubeo et volo ut omnia nostra debita que debeo et que vera sint persolvantur de meo. Dimitto et dono corpus meum et

animam meam domino Deo et Milicie Templi cum mea meliore bestia, quam habeo, et cum meo lecto in quo iaceo munitum et perpreitum. Et dono prefate domui illam vineam et illam peciam alodii ut fratres milicie habeant illas pecias, quomodo in illo instrumento quod eis feci continetur; et sciendum est quod vinea est clausa et est in termino Ville Crasse et pecia alodii est in termino Acrimontelli, in loco qui vocatur Eschalivada. Et dono ample domui milicie Poculul de Turre cum omni honore quem per me tenet et cum omni censu et usatico et servicio quod mihi facit vel facere debet, ut fratres domus habeant illum honorem sicut melius continetur in illo instrumento quod eis feci. Et Poculul et omnes sua progenies et res sue habeant in perpetuum, introitum et exitum et aquas et paschua in ipsa turre et in omnibus suis terminis. Dimitto et dono ecclesie Sancti Andree de Villa Crassa duas pecias vinee et unam peciam alodii et unum linar, quem honorem mihi advenit a voce empcionis et quem habeat dicta ecclesia, sicut in illo instumento quod eidem ecclesie feci continetur, et clericus ipsius ecclesie faciat ardere unam lampadam remissione peccatorum meorum in ipsa ecclesia uno quoque anno in Adventum et in Quadragesima. Et dono eidem ecclesie unam domum que vocatur estabilia, que se tenet cum domibus Dulcie ut post obitum meum et mee cunctas habeat dicta ecclesia predictam domum in perpetuum. Adhuc dimitto operi ipsius ecclesie et clerico eiusdem ecclesie .xxx. solidos per medium, scilicet, per misis et per opus. Dimitto Guillelmo Stephano .xxv. solidos de illis .l. solidos, quos mihi debet, et alios .xxv. solidos relinquo honori Dei. Dimitto et dono uxori mee Ermessendi omnium honorem meum et omnes alias res meas mobiles et immobiles ubicumque illas habeo vel habere debeo, in tali pacto ut ipsa omnia mea habeat et possideat in omnibus diebus vite sue, absque contradictio alicuius persone, et de fructibus et expletis que ex ipso honore exierint persolvat illa omnia debita que debeo post obitum vero coniugis mee. Dimitto et dono Poncio de Villa Nova, nepoti meo, illud castrum de Villa Crassa et illud castrum Acrimontelli, ut ipse illa castra habeat et possideat per illos dominos, quibus ego illa teneo, sicut ego ea tenui et habui usque nunc, excepto decimum tocius mei dominici Ville Crasse, terrarum et vinearum, videlicet, de omnibus fructibus et expletis que inde exierint, quod habeat et accipiat per cuncta tempora domus milicie et fratres remissione peccatorum meorum et eciam excepto illum honorem quem dedi milicie et ecclesie Sancte Andree. Dimitto et dono post obitum dicte uxoris mee Poncio de Monte Pavone, nepoti meo, illa

terre que est subtus Albionem, totam integriter, sicut melius illam habui et tenui, excepto predictum hominem, quem dono milicie et quam terram advenit dicto Poncio per aviorem et per suos antecessores. Et dimitto et dono, post mortem mee coniugis, Bernardo de Monte Pavone illud castrum quod vocatur Glorieta cum omnibus suis terminis et totum, sicut melius mihi advenit et advenire debet a voce acaptacionis et empcionis, et qualiscumque aliorum racionum, excepto unam peciam alodii cum vinea que se tenet cum ea, que est iuxta aream, quam peciam modii et mea iura vinee; dimitto huiusmodi ei nepoti meo in tali modo ut homo Dei et sui habeat et teneat illum honorem per Bertrandum de Monte Pavone et donet ei de censu uno quoque anno unum par gallinarum et unum par fogaciarum et unam migeriam bladi ad annum quo ipsa terra levet de quocumque expleto ibi siti, adhuc concedo et volo ut pro tenedone et donacione de Glorieta, habeat et accipiat Bernardus de Monte Pavone et cui ipse voluerit unam migeram frumenti et aliam ordeii uno quoque anno de censu in illa questia ab hac² die presenti in antea et precipio ut prefatus Bernardus habeat et teneat Glorietam per illos dominos quibus ego illud castrum habeo, sicut ego illud teneo et tenere debeo. Dimitto in custodia et proteccionem Dei et domini mei Raimundi de Cervaria et domine mee Tirburgis et eciam Bernardi de Monte Pavone et Guillelmi de Monte Pavone, uxorem meam Ermessendem cum omnibus rebus, quas ei dimitto, ut ipsi eam defendant et manuteneant pro bene et non malo, ad utilitatem et salvamentum mee coniugis semper.

Factum est hoc ·XI· kalenas iunii anno Domini ·M^o·C^o·XC^o·VII^o.

Sig+num Carbonelli de Villa Crassa, qui hoc meum testamentum firmo et concedo et manumissores et testes firmare rogo. Sig+num Ermessendis eius uxoris.

Sig+num Bernardi de Monte Pavone, sig+num Guillelmi de Monte Pavone, qui hoc totum concedimus et firmamus.

Sig+num Poncii de Villa Nova, nepotis eius qui hoc totum firmo. Sig+num Poncii de Monte Pavone qui hoc firmo totum.

Sig+num Petri de Castro, sig+num Guillelmi de Castro, presbiteri, sig+num Guillelmi Pelliparii, isti tres huius rei sunt testes.

Sig+num Virgilius, qui hoc scripsit iussu Carbonelli cum litteris emendatis in ·XIII^a· linea, die et anno quo supra.

Ego Balagarius, presbiter, qui hoc sig(signe)num meum impono. Guillelmus Iohanny de Gardesia, notarius de Barbeni, qui hanc crucem (+) impono et pro teste me factum.

1. *Interlineat: in.* 2. *Interlineat: hac.*

1197, juliol, 29

Testament de Guillem de Montpaó fet abans de pelegrinar a Jerusalem. Deixa al monestir de Santes Creus —després de la seva mort i del decés de la seva muller Guisla, i posat cas que no hi hagi descendents legítims— l'honor de Rocamora, el domini i les terres dels seus vassalls, així com tots els drets sobre el castell, a excepció del delme del domini que deixa a l'església de Sant Cugat de Rocamora. Si hi ha descendents legítims i directes el monestir rebrà cent morabatins i si no són legítims, tot revertirà a Santes Creus.

[A]: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2766, núm. 10. Trasl·lat s/d fet per fra Arnau, monjo de Santes Creus (*Sig+num fratris Arnaldi, monachi de Sanctis Crucibus, qui hoc tanslatum fideliter scripsit*). Presenta algunes raspadures i taques de fongs.

Quoniam nullus in carne possitus mortem evadere potest. Idcirco Willelmus de Monte Pavone, cupiens pergere Iherusalem, sanus et incolumis, facio meum testamentum in presentia [domini]^l Bernardi, prioris de [Sanctis Crucibus] et fratris R<aimundi> de Castellario, in quo eligo manumissores meos, videlicet, Guillelmum de Cirera et Berengarium de Villa Francha et Geraldum de Monte Acuto et dominum abbatem Populeti, et dominum abbatem de Sanctis Crucibus, quibus rogando precipio ut, si me mori contigerit antequam aliud testamentum, faciam ipsi ita dividant res meas sicut hic invenerint scriptum. In primis dimitto corpus meum ad sepeliendum in monasterio Populeti, cui dimitto pro salute anime mee et omnium parentum meorum, post obitum meum, molendinum meum quod habeo apud Speluncam, quod tenet per me Bernardus de Pinos, et etiam ·D· solidos in toto honore meo de Spelunca, quibus persolutis post ea revertatur honor uxori mee Guilie et post obitum eius revertatur predictus honor filiis Geraldii de Segura. Dimitto monasterio de Sanctis Crucibus totum meum honorem quem habeo in Rocha Mora, tam dominicaturam quam quolibet tenent homines per me et omnia iura que habeo in predicto castello, preter decimam dominicaturam mee, quam dimitto ecclesie Sancti Cucuphatis eiusdem loci et preter quoddam pignus in quo habeo ·L· solidos, quos dimitto ecclesie Sancte Marie Monti Serrati, qui persolvantur de expletis pignoris predicti. Predictum autem totum honorem dimitto Deo et monasterio de Sanctis Crucibus post obitum meum et post obitum uxoris mee Guilie, si sine infante legitimo a nobis

procreatis ambobus obierimus. Quod si legitimum infantes a nobis procreati fuerint, dimitto predicto monasterio de Sanctis Crucibus ·c· morabetinos super totum honorem predictum de Rocha Mora. Quod si ipsi infantes sine legitimis infantibus obierint, revertatur totus predictus honor monasterio de Sanctis Crucibus. Et sciendum est quod uxor mea Guilia habeat ·cc·L· morabetinos in toto predicto honore de Rocha Mora, per dotem suam, ex quibus dimittit, bona fide et bona voluntate, ·c· morabetinos in helemosinam monasterio de Sanctis Crucibus, pariter ·L^a· autem morabetinos facio ei comutationem et emendam in illo pignore quod teneo de Raimundo de Timore iam olim defuncto. Alios vero ·c· morabetinos qui remanent persolvat monasterium de Sanctis Crucibus uxorii mee Guilie cum honorem recipere voluerint. Dimitto Sancte Marie Vallis Bone illam dominicaturam meam quam Raimundus Retundi tenet per me in castro Sancto Martini de Amalda. Quod si dominus meus G<eraldus> de Angleliola et mater sua Arsendis contradixerint hanc meam donatione<m> dimitto eidem monasterio ·M· solidos in predicto honore, tali modo vero ·ccc· habeant post obitum meum, et ·DCC· solidos post obitum uxoris mee. Quod si inspirante Dei gratia uxor mea habitum religionis suscipere voluerit recipiat eam monasterium Vallis Bone cum predicta laxa et cum aliis suis bonis que ibi afferre voluerit. Paccata vero hac laxa monasterio Vallis Bone, de cetero omnia iura mea quicquid habeo in castro Sancti Martini et unum mansum quod habeo in castro de Bello Podio, dimitto post obitum meum et uxoris mee Berengario de Monte Pavone, filio Bernardi de Monte Pavone. Dimitto ecclesie Sancte Marie de Monte Pavone omnia iura mea² domorum molendinorum et omne dominicatura laborationis mee de Monte Pavone, tali modo ut unus sacerdos statuatur ibi qui cantet missas pro anima mea et omnium fidelium defunctorum. Quod si statuere noluerint precor omnes amicos meos ut ipsi statuunt unum sacerdotem in predicta ecclesia de predicta laxa mea. Quos vero alios directos meos quod habeo in castro de Monte Pavone dimitto Bernardo de Monte Pavone. Dimitto Hospitali Iherusalem illum meum honorem quem habeo in villa Aladerni, preter illum censum gallinarum quem dimitto hominibus illum autem totum honorem Aladerni, quem teneo per Berengarium de Reiners, dimitto Raimundo de Contrast. Dimitto monasterio Sancte Marie Rivi Pollis omnes meos directos quos habeo in castro de Analech. Dimitto Sancte Marie Rochete ·xx· solidos. Dimitto uxori mee Guilie totum meum honorem et omnia iura mea unicuique habeo et habere debeo et omnia vasa mea et

bestias et omnem supellectilem ut ipsa habeat et teneat et possideat omnia in vita sua cum marito et sine marito. Post obitum eius vero revertatur predictus honor filiis a me et ipsa procreatis. Quod si filii legitimi non fuerint revertatur predictus honor omnibus illis quibus in meo testamento dimitto. Post hec obsecro dominum meum regem aragonensem ut intuitu pietatis et mercedie faciat hunc meum testamentum teneri et observari ratum et firmum si aliquis contraire voluerit. Dimitto milicie Templi equm meum et arma mea. Si quis hoc disrumpere voluerit non valeat hoc, iram Dei incurrat et hoc testamentum firmum permaneat.

Actum est hoc ·IIII^o. kalendas augusti anno ab Incarnatione Domini ·M^o.C^o.XC^o.VII^o.

Sig+num Willelmi de Monte Pavone, qui hoc testamentum faciat et testes firmare rogo. Sig+num Guilie, uxoris eius.

Sig+num Guillelmi de Cirera. Sig+num Geraldi Montis Acuti. Sig+num Berengarii de Villa Francha. Sig+num domini Arnaldi, abbatis Populeti. Sig+num domini Ugonis, abbati de Sanctis Crucibus. Sig+num Bernardi, prioris de Sanctis Crucibus. Sig+num fratris R<aimundi>, monachi, de Castellario. Sig+num fratris Petri de Sancto Martino. Sig+num Arnaldi, scribe, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. *Espai en blanc raspat.*
2. *Segueix espai en blanc, encara que tacat de tinta.*

1197, agost, 9

Arbert de Castellvell fa donació a l'abat Hug de Santes Creus del forn de Tivissa perquè el monestir rebi anualment cinquanta sous barcelonesos de rèdit, amb la condició que cremi una candela en tot temps, de dia i de nit, a l'altar de la Verge.

[A]: Original perdut.

B: BT. Cartulari de Santes Creus: El "Llibre Blanch", foli 99v.¹

a: UDINA, *El "Llibre Blanch de Santes Creus"...*, p. 390, doc. 390.

Cit.: FORT, *El senyoriu...*

In Dei nomine. Notum sit quod ego, Arbertus de Castro Vetulo per aeterna et divina retributione ob remedium animae meae et parentum meorum, dono Deo et coenobio praedicto de Sanctis Crucibus, in manu Hugonis, Dei gratia, abbatis ipsius loci, et fratrum ipsius monasterii predi<c>ti quicquid ibi vel exinde facere voluerint ad utilitatem suam sine ullo retentu. Item concedo et dono praedicto

monasterio in ipso furno meo ipsius villae de Tevissa ut abbas predictus et fratres eiusdem sibi comissi accipiant et habeant annuatim 50 solidos denarios Barchinonae in exhimentibus et redditibus meis ipsius furni iam dicti omni tempore. Tali, videlicet, modo facio hanc praedictam donationem Deo et monasterio iam dicto ut abbas et monachi ipsius loci faciant ardere unam candelam omni tempore, nocte et die, ante altare beatae Mariae, qui illuminent et faciant ibi de expletis et eximentis ipsius mei honoris et quod ego et successores mei post me faciamus tenere et habere praedicto coenobio de Sanctis Crucibus, haec omnia integritur et in sana pace et in perpetuum, et vos faciatis praedictum servitium sicut praedictum est de expletis praefati honoris omni tempore. Siquis haec fregerit superdicta in duplo² componat et insuper maneat firmum.

Actum est hoc 5 idus augusti anno Domini ·M·C·XC·IIIIII·.

Sig+num Arberti de Castro Vetulo, qui haec laudo et firmo firmarique rogo. Sig+num Guillelmae, sig+num Alemandae, sororum³ eius, quae haec laudamus et firmamus.

Sig+num Raimundi de Ripis. Sig+num Bernardi de Castro Episcopali. Sig+num Berengarii de Castro Vetulo. Sig+num Raimundi de Tevissa. Sig+num filii de Cavaler.

Ego, Raimundus, Barchinonae episcopus, sub<s>cribo.

Sig+num Petri de Corron, qui haec scripsit die et anno quo supra.

1. *El document és escrit en lletra cursiva humanística del segle XVIII.* 2. a. dupli. 3. a. sororis.

389

1197, agost, 12

Guillem Sabater de Mor i la seva muller Maria venen el dret sobre una terra que tenen per Guillem de Montcortès al terme de Mor davant de Vilagrassa, al monestir de Santes Creus per deu sous barcelonesos.

[A]: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2766, núm. 11. Trasllat de 9 de febrer de 1238 (*Hoc est translatum fideliter translatum ·v· idus febroarii anno Domini ·M·CC·XXX·VII·*) fet per fra Guillem Riquer, monjo de Santes Creus (*Sig(signe)num fratris Guillelmi Richierii, monachi de Sanctis Crucibus, qui hoc tanslatum fideliter translatavit*).

Notum sit cunctis quod ego, G<uillelmus> Cabater dez Mor et coniux mea Maria, nos in simul per nos et omnes nostros cum bona voluntate et sine vi, donamus et diffinimus et solvemus,

domino Deo et Sancte Marie de Sanctis Crucibus et vobis Ugoni, abbati, et fratribus eiusdem locii, que sunt presentes et futuros, omnia nostra iura illius cabconade terre, quam tenebamus per G<uilelmum> de Muncortes, in termino de Mor, ante Vilagrassam. Et affrontat de ·I^a· parte predicta cabconada in rivulo, que discurrere de Cervaria, de ·II^a·, Ermessen de Brocha, de ·III· in alaudio vestro, de ·III· Pere de Prinonosa. De quanto hee affrontaciones includunt cum exiis et regressis earum omnia iura nostra, damus et diffinimus et solvemus omni tempore sine aliquo retentu, quem ibi non facimus nos nec nostri et nullus homino vivens, de isto die in antea per legem aliquam, nec rationem valeat vobis obicem, nec vestris fratribus que sunt et erunt inquietare, set imo de nostro iure in vestrum tradimus et damus ad dandum, ad vendendum, ad impignorandum, ad omnes vestras voluntates faciendas omni tempore. Et convenimus esse legales et guarentes contra omnes personas. Et si quis hoc dirumpere voluerit in duplo componat et semper firmum stet omni tempore. Et propter hoc donun recepimus a vobis ·X· solidos Barchinone.

Actum est hoc ·II· idus augusti anno Domini ·M·XC·VII·.

Sig+num G<uilelmi> Cabater, sig+num Marie nos que hanc cartam mandavimus scribi et firmavimus firmari que iussimus.

Sig+num Bertolomeu. Sig+num B<ernardi>, claver de Sanctis Crucis.

Petrus, levita, que hoc iussu G<uilelmi>, scripsit die et anno quo (signe) supra, cum litteris suprapositis in ·III· linea.

390

1197, setembre, 20

Ramon de Cervera dona el castell i la vila de Vilagrasseta a l'abat Bernat i al monestir de Santes Creus.

[A]: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2766, núm. 12. Còpia posterior, en temps de Bernat Calbó (*Ego B. Vicensis, episcopus, subscribo*); si és de 1197, hauria de dir Guillelmus, referint-se a Guillem de Tavertet; però no hi ha cap bisbe que pugui ésser B. fins a Bernat Calvó, successor de Guillem de Tavertet.¹

Notum sit cunctis, quod ego Raimundus de Cervaria, miles, per me et successores meos, vendo et dono et cum hoc presenti instrumento publice confecto, in perpetuum trado domino Deo et beate sancte Marie et vobis fratris Bernardo, abbati domus Sancta-

rum Crucum et omni conventui eiusdem presenti et futuro et cui vel quibus volueritis castrum et villam de Villa Grassa, quod est inter Cervariam et Montem Olivum, et iuxta Guardiam Ladam, sicut affrontat ex una parte in termino de Guardia Lada et ex alia in termino de Cervaria et ex alia in termino de Agremuntello, et ex alia in termino de Monte Olivo. Quantum habet omnes dicte affrontaciones includunt et amoverunt sic vendo et cum hoc presenti instrumento in perpetuum dono et trado domino Deo et beate sancte Marie et vobis fratri Bernardo, abbati domus Sanctarum Crucum et omni conventui eiusdem presenti et futuro et cui vel quibus volueritis castrum et villam de Villa Grassa cum ingressibus et exitibus et affrontacionibus et melioramentis cunctisque suis pertinenciis et cum omnibus militibus et hominibus et feminis ibi habitantibus et habitaturis et cum terris alodiis et dominicaturis heremis et populatis et cum decimis et furnis et aquis et aqueductibus et cum iovis, traginis, batutis, censibus, usaticis, pernibus, serviciis, questiis, adenprivis, placitis, stacamentis, toltis, forciis, nemoribus et garricis et carrigiis et venacionibus et pascuis et herbaticis et bovatibus et monedaticis et cum hostibus et cavalcatis et cum omnibus v[acc]illis. vinariis et apparamentis que ibi sunt et cum toto pleno iure et dominio etiam que testatici dicti castri et cum omnibus exitibus et redditibus et proventibus que inde mihi exiunt et exire debent amore vel vi et que ad usum hominis pertinent et pertinere debent aliqua ratione vel causa sicut melius et plenius dici et scribi et intelligi potest ad comodum et salvamentum vestrum et vestrorum per mille morabetinos in auro bonos, pulcros alfonsinos boni auri rectique pensi, quos a vobis habui et recepi et ex omnibus bene vestri paccatus sum mee voluntati. Renunciens scienter et prudenter excepcioni non numerate peccunie et doli et beneficio minoris precii et illi legi que corrigit decepcionem ultra dimidiam et omni alii auxilio scripto et non scripto tamquam hac specialiter enumeracio. Et si predicta vendicio aliquid plus de precio iam dicto valet modo vel in futurum valebit, totum illud quantum sit ex mera mea liberalitate in vobis et vestris dono et concedo ad omnes vestras vestrorumque voluntates in perpetuum faciendas in remissione omnium peccatorum meorum.² Et sic ab hac die in antea in qua hec scribitur carta predictum castrum et villam de Villa Grassa, cum omnibus suis terminis et affrontacionibus et pertinenciis et cum omnibus predictis et singulis habeatis, teneatis, possideatis et expletetis franche, libere et quiete in perpetuum proprium alodium et ab omni honore et obligatione et servitute penitus expeditum.

Et ego Raimundus de Cervaria, predictus et successores mei erimus inde vobis dicto fratri Bernardo, abbati domus Sanctarum Crucum, et omni conventui eiusdem, presenti et futuro, et cui vel quibus volueritis guirentes et legitimi deffenssores in perpetuum contra omnes personas, excepta potestate terre. Et sic cum hoc presenti instrumento predictum castrum et villam de Villa Grassa de iure et dominio meo et meorum eicio et abstraho et in vestrum ius et dominium et tenedonem et corporalem possessionem vestram et vestrorum, illud mito et trado per omnes vestras vestrorumque voluntates in perpetuum faciendas, sicut melius et plenius dici et scribi et intelligi potest ad comodum et salvamentum vestrum et vestrorum sine aliquo retentu meo et meorum quod ibi non facio aliquo modo. Item omnes milites et homines et feminas in dicto castro et villa de Villa Grassa habitatores et habitaturos de iure et dominio meo et meorum eicio et abstraho et in vestrum ius et dominium ac tenedonem et corporaliter possessionem vestram et vestrarum eos mito et in perpetuum trado sine aliquo retentu meo et meorum, quo in eis non facio aliquo modo et absolvo et diffinio eos in perpetuum ab omni naturalitate et fidelitate et homagio quod mihi tenebantur aliquo modo, et mando eis ut vobis attendant et teneant se semper vobiscum contra me et omnes alias personas et hoc promittant et convenient vobis et vestris ita firmiter tenere et inviolabiliter observare in perpetuum cum homagio et sacramento quod vobis faciant. Si quo vero huic presenti pagine desunt que aliquo tempore possent vobis vel vestris prodesse intelligantur esse apposita ad utilitatem vestram ac si hic essent specialiter scripta. Et si qua apposita sunt que per cavillationem vel nimiam iuris subtilitatem vobis vel vestris obbesse possent, illa volo et concedo ad vestrum comodum interpretari iuxta vestrum utilem intellectum et vestrorum. Et ut firmitus hec in perpetuum observentur prudente atque consulte revoco legatum illud sive concessionem quod vel quanta feceram in testamento meo de predicto castro Hospitali Iherolomitano. Renuncians etiam preter supradictas renunciaciones accioni in factum et omni condicioni et excepcionibus ex doli clausula iurisque vel facti ignorancia provenientibus aut proventuris omnique alii iuri et legi et consuetudini et beneficio et auxilio scripto et non scripto mihi et meis contra vos et vestros iuvantibus tanquam hic specialiter enumeratis.

Quod est actum ·XII· kalendas octobris anno Domini ·M^o·C^o·XC^o·VII^o.

Sig+num Raimundi de Cervaria qui hoc firmo et concedo testesque firmare rogo.

Sig+num fratris Iofre de Roqueta domus Sanctarum Crucum. Sig+num fratris Arbert de Pontons, cellerarii eiusdem.

Sig+num Guillelmi de Offegato, militis, sig+num Berengarii de Gelida, sig+num Bernardi de Sancto Martino, sig+num Berengarii Pedro, sig+num Petro de Urgello, sig+num Bernardi Puinneti, sig+num Petri Berengarii, sig+num Bernardi de Villa Grassa, filii Arnaldi Berengarii, sig+num Arnaldi Salati de Villa Grassa, testium. Sig+num Raimundi de Alzamora, magistri Emposte.

Sig+num Guillelmi de Cervaria, sig+num Iacobi, sig+num Guiraldi, filiorum dicti Raimundi de Cervaria, sg+num Saurine, uxori Ferrarii de Sancto Martino, sig+num Gualde de Querol, uxoris Raimundi Alaman, sig+num Guilleme, uxoris Guillelmi de Claro Monte, sig+num Marquesie, uxoris, Guillelmi de Zaguardia, filiarum dicti Raimundi de Cervaria, qui hoc firmamus et concedimus.

Sig(signe)num Raimundi, capellani domini Raimundi de Cervaria qui vidi firmare hanc cartam Saurine, uxoris Ferrarii de Sancto Martino. Sig(signe)num Berengarii de Artes [in cuio] posse domina Saurina, uxor Ferrarii de Sancto Martino, hoc usufructum firmando concessit.

Sig+num fratris Petri de Fonte Luporum in cuius posse Guillelmus de Cervaria, iunior et Iacobus et Gualda et Gualda de Cherol et Guilelma de Claro Monte, firmaverunt me tenente locum Poncii de Claris Vallibus quantum attinet ad firmamenta ista.

Ego B. Vicensis episcopus subscribo.

Sig+num Petri, Vicensis sacriste (signe).

Sig+num Bernardi Ferrarii de Torrente Malo, sacerdotis Vicensis ecclesie.

Sig(signe) Poncii de Claris Vallibus qui hoc scripsit cum supraposito in ·VIII^a· linea.

1. *El document presenta seriosos dubtes pel que fa a la datació i autenticitat. Tot el que hem dit sobre la signatura del bisbe de Vic, que no corresponia al titular de la seu, es repeteix amb la donació que es fa a l'abat Bernat, tampoc no correspon al personatge del moment, car l'any 1197 Hug encara era l'abat de Santes Creus. Bernat d'Àger no ho fou fins l'any 1199.* 2. *Interlineat: in remissione omnium peccatorum meorum.*

391

1197, desembre, 3

Ramon Alamany confirma a l'abat Hug de Santes Creus totes les donacions i vendes que el seu pare Guerau Alamany va fer al monestir, als termes de Montagut, Selmella i a altres llocs, perquè

les posseeixin i les explotin a perpetuïtat, amb tots els drets i jurisdiccions.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2766, núm. 13. Original.

In nomine Domini. Ego Raimundus Alamanni, bona fide et sine dolo, laudo et confirmo Deo et beate Marie et tibi Ugoni, abbati monasterii de Sanctis Crucibus et fratribus eiusdem loci, presentibus atque futuris, omnia que pater meus Geraldus Alamanni donavit et vendidit vobis in terminis castri Montis Accuti et Olmelle et aliis quibuslibet locis ut ea libere et quiete habeatis et possideatis perpetuo iure. Dono etiam vobis et concedo, pro salute mea et parentum meorum, paschua sine tala, bono intellectu utriusque partis et lignaria et petrarias et aquas necessarias similiter in predictis locis et in omnibus castris que ad me pertinent vel pertinere debent ut ea habeatis et expletetis vos et vestri sine ulla contradictione in perpetuum et homines vestri et animalia semper habeant liberum transitum per totam terram meam nec teneamini pro his aliquod servicium facere mihi vel meis nisi ut oretis pro nobis ad Dominum. Et de his omnibus erimus vobis fideles garentes et defensores secundum ius et nostrum posse omni tempore.

Actum est hoc ·IIII^o. nonas decembris anno ab Incarnatione Domini ·M^o.C^o.XC^o.VII^o.

Sig+num Raimundi Alamanni, qui hoc laudo et firmo testesque rogo.

Sig+num Berengarie, matris eius. Sig+num Guillelmi de Cervilione. Sig+num Geraldus, frater eius. Sig+num Alixendis, sororis eius. Sig+num Guillelmi de Foneiario. Sig+num Berengarii de Bagneolis. Sig+num Arnaldi Pinana, sacerdos. Sig+num Bernardi Ogerii, baiuli. Sig+num Bertrandi de Sancto Petro qui hoc laudo et firmo per me et per omnes successores meos et et quodquid aliquo iure contigerit concedo.

Sig+ Guillelmi de Lemovicis, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

392

1217, desembre, 8

Ollera i el seu marit Berenguer Company venen i concedeixen al monestir de Santes Creus, a l'abat Hug i als monjos la terra de Cabdells. Afronta amb el camí que va a la Romeguera, amb la terra de Berenguer Rossinyol i amb la terra monacal de Fonts-

caldetes. A aquesta venda i donació s'hi adjunta la terra que es troba entre la de Bernat Company i el bosc de Fontscaldetes. Tota aquesta possessió, que arriba fins el riu Despets, la lliuren al monestir perquè els monjos la posseïxin, a perpetuïtat, de ple dret i amb tota la jurisdicció. Al mateix temps venen a Santes Creus la meitat de la terra que tenen conjuntament amb Bernat Company, que amb anterioritat havia pertanyut a Joan Company, i que ells la posseïxen per dret de fraternitat. Per aquesta venda reben dels béns monacals la quantitat de cent cinquanta sous barcelonesos, amb l'avinentesa que en aquesta venda s'hi ha d'afegir una sorteta de terra situada al capdamunt del bosc de Santes Creus, a la vora del riu Despets, salvant el delme —una quarta part— que ha de percebre Guillem de Selmella.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2777, núm. 12. Original.

Sit notum cunctis quod ego, Ollaria, et ego, Berengarius Compain, maritus eius, per nos et per omnes successores nostros, bona fide et spontanea voluntate, vendimus, donamus et concedimus, sine omni retentione in perpetuum, Deo et Beate Marie de Sanctis Crucibus et tibi Ugoni, abbati, et fratribus eiusdem loci, presentibus atque futuris, illam terram, quam habemus iuxta locum qui vocatur Cabdel, cultam et incultam. Affrontat autem predicta terra ex una parte in via que vadit ad Romegeram, ex alia in terra Berengarii Rossiol, ex aliis duabus in terra vestra de Fontibus Calidis. Addimus etiam huic illam terram, quam habemus inculta inter sortem Bernardi Compain et boschum vestrum. Quantum ibi habemus usque in rivum Despetis vel habere debemus, sicut his affrontationibus predictis includitur, sic tradimus vobis et libere et quiete habeatis et possideatis perpetuo iure. Eadem ratione donamus et vendimus vobis medietatem illius terre, quam habemus cum Bernardo Compain que fuit Iohannis Compain, et est iuxta predictas duas sortes, videlicet, quantum ibi habemus vel habere debemus iure fraternitatis. Pro quibus omnibus donasis nobis ·C·L·V· solidos Barchinone. Et sciendum quod in hac venditione comprehenditur illa sorticula quam predictus Berengarius habebat superius predictum boschum, iuxta rivum Despetis, salva quarta parte decimarum G<uillelmi> de Olmella.

Actum est hoc ·vi· idus decembris anno ab Incarnatione Domini ·M^o·C^o·CX^o·VII^o·.¹

Sig+num Ollere. Sig+num Berengarii Compain, mariti eius. Nos qui hoc laudamus et firmamus firmarique rogamus. Sig+num

Petri, filii eorum. Sig+num Marie, sig+num Ermessendis, filiarum eorum.

Sig+num Guillelmi de Celmela. Sig+num Berengarie, uxoris eius. Sig+num Guillelmi de [Pontile].² Sig+num Bernardi Sancii. Sig+num Bernardi Compain. Sig+num R<aimundi> de Casma. Sig+num Petri Vacherii.

Sig+num Petri, cellerarii, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. L'escrivà ha intercanviat la C per la X. Hi ha de dir ·M^o·C^o·XC^o·VII^o, és a dir, 1197, any que sí que correspon a l'abadiat d'Hug II, segons consta al diploma.
2. Esborrada la paraula per una taca de tinta, sembla que hi posi: Pontile.

393

1197, desembre, 13

Pere Dos lliura tots els seus béns a l'abat Hug de Santes Creus i sol·licita que sigui admès com a convers al monestir.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2766, núm. 14. Original.

Notum sit cunctis quod ego Pere Doss, per bonum animum et bonam voluntatem, et sicut iam¹ dedimus nostrum corpus et animam cenobio de Sanctis Crucibus et fratribus illius loci,² et in manibus domini Ugonis. Ita modo damus nostrum corpus et animam per fratrem et omnes nostras res, quas habemus et tenemus et habere debemus, vel sedent et movent per omnia loca, in quibus poteritis invenire pro meo nomine vos fratres predicti monasterii que estis in presenti et venturi sunt, sine aliquo retentu quem non facimus. Et modo in presenti dono et mitto in manibus fratrem predicti monasterii ·v· vascula inter maiora et minora vini et ·ii· modios et medium vini primi et puri et ·xl· migerias ordei et ·ix· formenti et unum par de bestiis et ·cc· solidos in pignoribus minus ·iiii· solidos et dono sorori mee Iordane ortum quem teneo per A<rnaldi> Oromir omnibus meis debitis persolutis vel ·lxx·iiii· solidos ·x· denarios et vos recipiatis me per fratrem quocumque vulerimus intrare inter sicut modo recipiatis et habeatis omnes nostras res sine contradictio.

Actum est hoc idus decembris anno Domini ·M·C·XC·VII·.

Sig+num Pere Doss, qui hanc cartam mandavit scribi et firmavimus.

Sig+num Ioannis Fluvia, sig+num Ioannis, claver de Sanctis Crucibus, sig+num Pere de Solsona, presbiteri, testes.

Sig+num Bernardi Pilia, qui hoc laudo et firmo.

Petrus, levita, qui hoc iussu per scripsit die et anno quo (signe) supra cum litteris suprapositis et dampnatis in ·II· et ·VII· linea.

1. *Interlineat: iam.* 2. *Interlineat: et fratribus illius loci.*

394

1198, abril, 14

Bernat Company i la seva muller Pereta venen la meitat de l'honor de Cabdells, que han heretat de son germà Joan, difunt, a l'abat Hug de Santes Creus i a la comunitat claustral, per la quantitat de quaranta-set sous barcelonesos.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2766, núm. 15. Original.

Sit notum cunctis, quod Bernardus Compan et ego Pereta, uxor eius, nos in simul, bono animo et bona voluntate cum consilio et voluntate dominorum nostrorum donamus et vendimus domino Deo et Beate Marie de Sanctis Crucibus et tibi Ugoni abbati et fratribus eiusdem loci, presentibus et futuris, honorem illum de Cabdel, scilicet, medietatem illa quam ego Bernardus habui pro parte mea a fratre meo Iohanne, olim defuncto, cum omnibus terminis suis et affrontationibus abque ullo retentu in perpetuum. Affrontant autem predictus honor ab oriente in honore meo, scilicet, Bernardi Compan, a meridie in honore monasterii quem adquisierit a Berengario Russinol, ab occidente in honore quem emere a Berengario Compan, fratre meo, ab aquilone in honore quem monasterium acquisivit a Berengario Russinol. Quantum iste quatuor affrontationes includunt et isti termini ambiunt sic vendimus et donamus fratribus predicti monasterii cum ingressibus et egressibus et cum omnibus pertinenciis suis, prout melius habemus et habere debemus integriter. Et sciendum quod pro hac venditione accepimus de bonis monasterii ·XL^a·VII· solidos Barchinone.

Actum est hoc ·XVIII^o· kalendas maii anno ab Incarnatione Domini ·M^o·C^o·XC^o·VIII^o·.

Sig+num Bernardi Compan, sig+num Perete, uxoris eius, sig+num Petri, filii eorum, nos qui hoc laudamus testesque firmare rogamus.

Sig+num Guillelmi de Celmela. Sig+num Guillelmi de Pontils. Sig+num Berengarii Russinol. Sig+num Berengarii Compan.

Sig+num fratris Arnaldi, monachi de Sanctis Crucibus, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

395

1198, maig, 25

Guillem de Mor, la seva esposa Sança i el seu fill Guillem Arnad venen el cens de dos capmasos, valorat en dos sous, situats a la vila de Tàrrega, a l'abat Hug de Santes Creus per vint-i-cinc sous barcelonesos.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2766, núm. 16. Original.

Notum sit cunctis quod ego G<uillelmus> dez Mor, miles, et uxor mea Sancia et filius noster G<uillelmus> Arnad, nos per nos et omnes nostros, cum bona voluntate et sine vi, damus et vendimus vobis Ugoni, abbati de Sanctis Crucibus, et fratribus predicti monasterii, presentibus et futuris, censum et usaticum, que nobis fit de duobus chabmasit, scilicet, ·II· solidos et dominacionem et potestatem sicut habemus et tenemus et habere debemus in vila Targe. Et advenit nobis per donum et possessionem et alias voces. Et ambo affrontant de ·I· parte orientis Pere Calbet, de ·II· Alegret de Biliانا, de ·III·, ·III^a· in carreris. Quantum hee affrontaciones includunt, de terra usque ad celum, damus et vendimus vobis et habitantibus presentibus et futuris predicti monasterii omni tempore sine aliquo retentu, quem ibi non facimus nos nec nostri et nullus homo vivens de isto die in antea per legem aliquam nec racionem valeat vobis obicem nec fratribus vestris inquietare, set imo de nostro iure in vestrum tradimus et damus et vendimus, franchum et liberum et quietum ad dandum, ad vendendum et ad impignorandum et ad omnes vestras vestrorumque successorum voluntates faciendas omni tempore, et insuper convenimus esse leiales et guarentes fratribus predicti cenobii contra omnes personas omni tempore. Et si quis hoc disrumpere voluerit in duplo vobis componat et in antea firmum stet omni tempore, per ·xxv· solidos Barchinone, quos accepimus a vobis et bene pacati sumus.

Actum est hoc ·viii· kalendas iunii anno Domini ·M·C·XC·viii·.

Sig+num G<uillelmi> dez Mor, sig+num Sencie, sig+num G<uillelmi> Arnad, nos que hanc cartam mandavimus scribi et firmavimus et testes firmare fecimus.

Sig+num Pere Sord, sig+num Gombaldi dez Taladel, sig+num B. de Oliva, testes.

Petrus, levita, que hoc iussu G<uillemi> scripsit, die et anno quo (signe) supra, cum litteris rasis et emendatis in ·VIII· linea.

396

1198, juny, 12

Guillem Ramon fa donació a l'abat Hug i al monestir de Santes Creus del molí de Rocabrana i del mas d'Oliveres per tal que ho posseïxin de ple dret i a perpetuïtat. Aquesta donació la fa perquè amb les seves rendes, juntament amb les del mas de Galliners, que amb anterioritat els va concedir mitjançant permuta amb el mas de Vallmoranta, serveixin per la manutenció d'un monjo sacerdot, el qual diàriament ha d'oferir per la seva salut espiritual i la dels seus pares.

[A]: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2766, núm. 17. Trasllat (*Hoc est translatum quo sub hiis verbis continetur*) fet per fra Berenguer Dezcános el dia 10 d'octubre de 1225 (*Frater Berengarius Dezcanos, qui hoc translatum fideliter scripsit et hoc sig(signe)num fecit cum literis apositis in ·III^a· linea, ·VI^o· idus octobris anno Domini ·M^oCC^oXX^oV^o·*). El seu mal estat en dificulta la lectura.

C: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2766, núm. 18. Trasllat fet per fra Arnau l'any 1267 (*Frater Arnaldus> hoc translatum fideliter translatavi anno Domini ·M^oCC^oLX^oVII^o· et hoc sig(signe)num fecit cum literis rassis et emendatis in ·III^a· linea et in ·VI^a·*).

D: B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2766, núm. 19. Trasllat d'11 de novembre de 1211 (*Hoc est translatum bene et fideliter factum ·III· idus novembris anno Domini ·M·CC·XI·*) fet per fra Guillem Pere (*Frater Guillelmus Petri, qui hoc translatum fideliter translatavit et hoc sig(signe)num fecit*).

In nomine Domini. Ego Guillelmus Raimundi, per me et per omnes successores meos, bona fide et sine enganno, propter anime mee salutem et omnium parentum meorum, dono et offero domino Deo et beate Marie et venerabili monasterio de Sanctis Crucibus et tibi Ugoni, abbati, et fratribus eiusdem loci, presentibus atque futuris, scilicet, molendinum de Rocha Bruna et mansum de Oliveriis, que habeo a donatione predecessorum meorum, quod pervenium est in ingressibus et egressibus, casalis cum rego et resclosa et aquiis et adempramentis et cum omnibus pertinenciis suis, ut habeatis, teneatis et possideatis libere et quiete perpetuo iure, nec ego vel mei amplius ibi vel inde aliquid requiramus, set simus vobis fidelis

garentes pro amore Dei in perpetuum. Donamus etiam vobis dictum mansum de Olivariis plenarie cum omnibus que ad me ibi pertinent vel pertinere debent, ut illum habeatis una cum manso de Gallinariis, quem vobis olim dederim pro commutatione mansi de Valmoranta. Hos predictos duos mansos in terminos Montis Chatani possitos coniungo donacioni mansi de Roveris, qui est in termino Sancti Minati, quem olim dedimus vobis, ego et Guillelma, uxor mea, ut ex his tribus mansis sustentari possit unus monachus sacerdos in monasterio vestro perpetualem pro salute nostra et parentum nostrorum. De his omnibus erimus vobis fideles garentes et tutores semper ego et successores meos.

Actum est hoc ·II^o. idus iunii anno ab Incarnatione Domini ·M^o·C^o·XC^o·VIII^o.

Sig+num Guillelmi Raimundi, qui hoc laudo et firmo testesque firmare rogo.

Sig+num Petri de Sancto Minato. Sig+num fratris Raimundi de Solaneto. Sig+num Petri Pelliparii.

Sig+ Guillelmi de Limovicis, qui hoc scripsit die et anno quo supra, cum litteris rasis et emendatis in ·II^a. linea.¹

1. C i D segueix: et in ·v^a.

397

1198, agost, 28

Pere de Montclar concedeix, sense cap retenció per la seva part, els drets sobre el delme de la meitat del que li pertany de l'honor de Quocia, situat a Valldossera, a l'abat Hug i al monestir de Santes Creus.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2767, núm. 1. Original.

In Dei nomine. Ego Petrus de Monte Claro, per me et per omnes successores meos, bona fide, pro salute anime mee, dono et concedo, sine omni retencione, in perpetuum domino Deo et Beate Marie de Sanctis Crucibus et tibi Ugoni, abbati, et fratribus eiusdem loci, presentibus atque futuris, totum ius meum decimarum, videlicet, medietatem quam habeo in honore de Quocia cum omnibus petinenciis suis apud Vallem Urssariam, ut libere et quiete habeatis et possideatis perpetuo iure.

Actum est hoc ·v^o. kalendas septembris anno ab Incarnatione Domini ·M^o·C^o·XC^o·VIII^o.

Sig+num Petri de Monte Claro, qui hoc laudo et firmo testesque firmare rogo. Sig+num Gauzfredi, filius eius. Sig+num Ermessendis filie eius.

Sig+num Geraldii de Monte Acuto. Sig+num Guillelmi de Roqueta. Sig+num Berengarii de Ortis.

Sig+ Guillelmi de Lemovicis, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

398

1198, setembre, 2

Esponsalici que atorga Arnau d'Alta-riba, amb el consentiment de la seva mare Saurina i dels seus germans i germanes, a favor de la seva esposa Sibil·la, sobre les rendes del castell i terme d'Alta-riba i sobre l'honor de Mutllé per valor de sis-cents morabatins d'or.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santos Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2767, núm. 2. Original.

Notum sit cunctis quod ego Arnallus de Altariba, cum asensu et voluntate matris mee, Saurine, et omnium fratrem meorum sororumque mearum, facio donacionem et sponsalicium tibi Sibillie, dilecte uxori mee, ex sexcentis morabetinis, boni auri et de directo pense, pro quibus predictis sexcentis morabetinis hac presenti carta trado et tibi dono castrum de Altariba, cum omnibus pertinenciis et adiacenciis suis. Et sicut melius habeo et habere debeo et sicut melius dici vel intelligi sive considerari potest eodem modo et condicione tibi trado totum honorem, quem habeo in castro de Mutle vel in eius terminis et cum pertinenciis omnium predictorum et cum omnibus que ego ibi habeo et habere debeo aliquo modo vel voce. He omnia habeas et potenter possideas omnibus diebus vite tue cum viro et sine viro et cum infantibus et absque infantibus, tali pacto ut si ego primo quam tu absque infantibus utriusque nostrum decederem habeas et potenter possideas et omnia supradicta¹ donec eredes mei vel proximis persolvant tibi tuis predictos sexcentos morabetinos, bonos et recti ponderis, ex quibus sexcentiis morabetinis habeas tu, predicta uxore mea Sibilla, quatuorcentos ad omnes voluntates tuas faciendas in vita et in morte. Si vero tu predicta Sibilla primo quam ego absque prole legitime etatis decederes habeant heredes tui sive proximi et potenter possideant predictum castrum et honorem et prefata omnia, donec ego vel alius

pro me quatuorcentos morabetinos obtimos et iusti ponderis eis persolvam quos habeant ad omnes eorum faciendas.

Actum est hoc ·IIII· nonas setembris anno Dominice Incarnationis ·M·C·XC·VIII·.

Sig+num Arnalli de Altariba, sig+num Saurine, matris² eius, sig+num Petri Arnalldi, sig+num Aste Nove, sig+num Berengarie, sig+num Agnetis, nos omnes qui hanc cartam mandamus scribere et firmamus testibusque firmare rogamus.

Sig+num Petri de Pavia. Sig+num Bernardi de Aguilar. Sig+num Raimundi de Cervaria. Sig+num Tiburgis de Cervaria. Sig+num Petri de Angularia. Sig+num Roggearii de Podio Alto. Sig+num Bernardi de Golmers. Sig+num Poncii de Pinel. Sig+num Guillelmi de Cervaria, filii Raimundi de Cervaria.

Guillelmus de Angularia, capellanus, qui hoc scripsit cum literis suprapositis qui continetur omnia supradicta die et anno ad su (signe)pra.

1. *Interlineat: et omnia supradicta.* 2. *Repetit: matris.*

399

1198, novembre, 6

Pere de Tarragona dona a la seva néta Maria, muller de Berenguer de Tremp, cent sous, dels dos-cents que Guillem de Girona li havia de pagar en quatre anys. A més els concedeix cinquanta i cinquanta-un sous que li deu Guillem de Timor i cinquanta-set que A. de Salomó i el seu germà Berenguer li deuen per dinou mitgeres de blat. També els dona vint sous que li deu Guillem Hug, cinquanta-tres que li deu Ramon de Roset, els quals per ell va pagar a Peironet Mercer, i quaranta-nou que li deu Berenguer de Castellnou. Maria i el seu marit, per tota aquesta donació i benefici que reben de Pere de Tarragona, renunciem a favor de Santes Creus tots els drets que tenen sobre l'honor, que el seu avi, Pere de Tarragona, va atorgar al referit monestir.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2767, núm. 3. Original. Carta partida per ABC.

Notum sit cunctis quod ego, Petrus de Tarrachonam, dono tibi Marie, nepoti mee, et viro tuo, Berengario de Tremps, et vestris ·C· solidos ex illis ·CC· solidos, quos debet Guillelmus de Gerunda per quatuor annos solvere, scilicet, primos ·L^a· et ultimos. Preterea dono vobis in presenti ·L^a· solidos et ·LI· solidos, quos mihi debet Gui-

llemus de Timor et ·LVII· solidos, quos A. Salomo et frater eius Berengarius mihi debent pro ·XVIII· migerias tritici quas a me inde habuere. Et dono vobis amplius ·XX· solidos, quos mihi debet Guillelmus Ugonis et ·LIII· solidos, quos mihi debet Raimundus de Rosseto, quos per eum solvi ad Peironetum Mercer et ·XL· solidos, quos mihi debet Berengarius de Castro Novo. Et propter hoc beneficium et donum, ego Maria et ego Berengarius de Tremps, vir eius, per nos et per omnes nostros, bona fide, sine dolo, absolvimus monasterio de Sanctis Crucibus totum ius quod habemus et habere debemus in honore quem tu ibi donasti ad utilitatem eiusdem monasterii in perpetuum.

Factum est hoc ·VIII^o· idus novembris anno Domini ·M^o·C^o·XC^o·VIII^o·.

Sig+num Petri de Tarrachona, sig+num Marie eius nepotis. Sig+num Berengarii de Tremps, mariti eius, qui hoc totum concedimus, firmamus testesque firmare rogamus.

Sig+num Petri de Fitore, sig+num R<aimundi> Fogueti, sig+num R<aimundi> Bru, isti sunt testes.

+ Virgilius, qui hoc scripsit iussu predictorum, die et anno quo supra.

400

1199, febrer, 22

Ramona, muller de Pere Bellabarba, amb el seu consentiment, ven una vinya situada al terme de Montalbà a Mateu Teixidor per la quantitat de cinquanta-tres sous barcelonesos.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2767, núm. 4. Original.

Notificetur cunctis, quod ego Raimunda, voluntate viri mei, Arnaldi Bellabarba, nos simul ac per omnes nostros, venditores sumus vobis Matheo Textori, et cui dimittere volueritis vel alienare, unam vineam, cum terra in qua est fundata et cum omnibus arboribus, in termino Montis Albi, per ·LIII· solidos Barchinonensis, de quibus profitemur a vobis esse bene paccatos. Affrontatur ab oriente Marchesa de Angleola atque sui ieneris Arnaldi, a meridie intus in torrentem, ab occidente Petri de Yvorra, a circio Berengarii Ferer. Sicut affrontatur et terminatur sic vendimus vobis et vestris cum ingressibus et egressibus et cum omnibus melioramentis que ibi facere poteritis, sive cum omnibus iuribus que ibi continentur, francham et liberam absque omni retentu et servitute, sicut melius

dici vel intelligi potest, vestro vestrorumque proficuo. Et si plus valet hoc precio totum vobis donatione damus et a nostro nostrorumque iure ad dominio trahimus et in vestrum iure ac potestate tradimus omnique tempore. Ego namque Raimunda renuncio omnem consuetudinem legis nove ac veteris quod deinceps nullo modo mihi valent. Et iuro per Deum et super sancta quatuor Evangeliam ita semper tenere et observare perhenniter, guirentes contra omnem personam esse convenimus in perpetuum.

Actum est hoc ·VIII· kalendas marcii ab Incarnatione Domini ·M·C·XC·VIII·.

Sig+num Raimunde, sig+num A<rnaldi> Bellabarba, viri sui, nos qui hoc fecimus scribere testibusque firmari rogavimus.

Sig+num Bertrandi Ugonis. Sig+num Bernardi de Gausera. Sig+num R<aimundi> Borza.

Berengarius Descirera, mandato B. de Tarrega, hoc scripsit et hoc (signe) apposuit.

401

1199, març, 6

Concòrdia i avinença entre Berenguer de Plegamans i el monestir de Santes Creus sobre l'aprofitament de l'aigua que abasta el molí de Santes Creus i que és canalitzada a través de les terres de Berenguer de Plegamans fins al molí de la granja del Codony. Berenguer de Plegamans dóna per acabades les picabaralles amb el monestir per les exigències dels monjos sobre la deixa testamentària que féu Carbonell de Martorell, i renuncia a la vaca i a la vedella que Carbonell va donar a sa filla Maria, muller seva. Concedeix, a perpetuïtat, als monjos la resclosa i la canalització de l'aigua que passa per la seva honor del Rourell i va al molí de Santes Creus, i els permet ampliar el rec dos pams més. Per aquesta concessió rep dels béns monacals un poltre d'un any, una vaca i la seva vedella.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2767, núm. 5. Original. Carta partida per ABC, part esquerra.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2767, núm. 6. Original. Carta partida per ABC, part dreta.

In Christi nomine. Sit notum cunctis quod ego Berengarius de Plicamanibus et uxor mea et filii mei, venimus ad finem et concordiam et ad amicabilem compositionem cum monasterio Sanctarum Crucum, super omnibus querimoniis, quas habemus vel habere

possumus aliquo modo contra monasterium illud et nominatim et expresse super omnibus, que exigere poteramus a monasterio illo ex testamento Carbonelli de Martorello, socii mei, et super alveo molendinorum monasterium, qui habet transitum per honorem nostrum de Rourel. Modus autem huius finis et concordie talis est, quod nos, bono animo et spontanea voluntate, solvimus et diffinimus in perpetuum monasterio illi, illam vacam et illam vitulam, quas socii meis, Carbonellus de Martorello, dimiserat Marie, filie sue, uxori mee, et quicquid ratione vacce vel vitule ab eodem monasterio exigere poteramus et remittimus illi omnes querimonias, quas usque in presente movere poteramus aliquo modo contra illud. Bono, etiam, animo et spontanea voluntate, concedimus in perpetuum, monasterio supradicto, presam vel acceptionem aque per honorem nostrum ad molendina sua, ex directo illius rupis que sita est in honore nostro a parte occidentali iuxta ortos, verumtamen monasterium ampliet alveum sive cequiam in presenti quantitate, duorum palmorum. Si autem aqua signum rupis, quod nunc apparet, operuerit, liceat nobis impune frangendo resclausam² signum illud discooperire ad evitacionem dampni nostri. Pro his omnibus accepimus de bonis monasterii quedam pullum equinum unius anni et vaccam unam cum vitulo suo.

Actum est hoc ·iᵣ· nonas marcii anno ·M^o·C^o·XC^o·VIII^o· Dominice Incarnationis.

Sig+num mei Berengarii de Plicamanus, sig+num Marie, uxoris mee, sig+num Berengarii, sig+num Bernardi, sig+num Guillelmi, filiorum nostrorum, qui hoc firmamus et a testibus firmare rogamus.

Ego Raimundus Guillelmi, subscribo (signe).

Sig+num Berengariis de Olzina (signe).

Ego Petrus¹ de Terrachona, Tarrachone notarius, hoc scripsi et suprascripsi in linea ·xii· ubi dicitur frangendo resclausam, die et anno (signe) prefixo.

1. A B Ego Petrus no es llegeix perquè el pergami està estripat. 2. Interlineat: frangendo resclausam.

402

1199, juny, 12

Guillem Ramon, per ell i els seus successors, de bona fé i sense engany, per la salvació de la seva ànima i de la dels seus pares, dóna el molí de Rocabrúna, amb la resclosa, l'aigua i tots els estris propis del molí, i el mas d'Oliveres, que ha heretat dels seus

avantpassats, a Santa Maria i a l'abat Hug de Santes Creus per tal que ho posseeixin a perpetuïtat i amb plens drets. El mas d'Oliveres el dóna perquè el tinguin juntament amb el mas de Galliners, que ja els el va atorgar quan el va permutar amb el de Vallmoranta, que era de propietat monacal. Aquests masos són al terme de Montcada, juntament amb el mas de Rovires, que amb anterioritat ell i la seva esposa Guillema els hi havien donat per al sosteniment d'un monjo prevere, el qual havia d'oficiar per la seva ànima i la dels seus parents. Tot els ho dóna a perpetuïtat i d'aquesta donació en surt fiador.

[A]: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2767, núm. 7. Trasllat de 30 de juliol de 1209 fet per Bernat (*Frater Bernardus hoc translatum fecit ·iii· kalendas augusti anno Domini ·M^o·CC^o·LX^o, (signe) fecit cum litteris suprapositis in ·vii^o· linea*). Presenta dificultats de lectura perquè la tinta està molt diluïda.

In nomine Domini. Ego Guillelmus Raimundi, per me et per omnes successores meos, bona fide et sine enganno, propter anime mee salutem et omnium parentum meorum, dono et offero domino Deo et beate Marie et venerabili monasterio de Sanctis Crucibus et tibi Ugoni, abbati, et fratribus eiusdem loci, presentibus atque futuris, s<c>ilicet, molendinum de Rocha Bruna et mansum de Olivariis, que habeo a donatione predecessorum meorum, quod primum est ingressu casalis cum rego et resclosa et aquis et adempramentis et cum omnibus pertinentiis suis ut habeatis, teneatis et possideatis libere et quiete, perpetuo iure, nec ego vel mei amplius ibi vel inde aliquid requiramus, set simus vobis fideles guarentes, pro amore Dei, in perpetuum.¹ Donamus etiam vobis dictum mansum de Olivariis plenarie cum omnibus, que ad me ibi pertinent vel pertinere debent, ut illum habeatis una cum manso de Galinariis, quem vobis olim dederam pro comutatione mansi de Valmoranta. Hos predictos duos mansos, in termino Montis Chatani positos, coniungo donationi mansi de Roviris qui est in termino de Sancti Minati, quem olim dederamus vobis ego et Guillelma, uxor mea, ut ex his tribus mansibus sustentari possit unus monachus sacerdos in monasterio vestro perpetualiter pro salute nostra et omnium meorum. [...] his omnibus erimus vobis fidelem guarentes et tutores semper ego et successores mei.

Actum est hoc ·ii· idus iunii anno ab Incarnatione Domini ·M^o·C^o·XC^o·VIII^o.

Sig+num Guillelmi Raimundi, qui hoc laudo et firmo testesque firmare rogo.

Sig+num Petri de Sancto Minato. Sig+num fratris Raimundi de Solaneto. Sig+num Petri Pelliparii.

Sig+num Guillelmi de Lemovicis, qui hoc scripsit die et anno quo supra, cum litteris rasis et emendatis in ·III^a. linea et in quinta.

1. *Interlineat: fideles guarentes, pro amore Dei, in perpetuum.*

403

1199, juny, 13

Guillem de Tàrrega dóna a l'abat Bernat d'Àger i al monestir de Santes Creus el dret del delme, sobre el pa i el vi, de tota l'honor del seu domini, que els monjos tenen a Tàrrega, de les quadres i dels obradors, sense cap retenció, perquè en puguin gaudir lliurement. Per aquesta donació, Guillem rep dels béns monacals cent vint sous barcelonesos i és rebut com a familiar del cenobi perquè pugui gaudir de tots els béns espirituals de la missa, de les matines, de les vespres, i de qualsevol altre benefeci que els monjos reben de Déu.

- A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2767, núm. 8. Original. Carta partida per ABC.
- B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2767, núm. 9. Trasl·lat (*[Hoc est] transl[at]um bene et fideliter] factum cuius series sic ordinatur*) de 16 de desembre de 1256 fet per fra [...] (*Ego ffrater [±2] hoc transl[at]um scripsi anno Domini ·M^o·ccc^o·L·vi, ·xvii· kalendas ianuarii et hoc sig[signe]feci*). En mal estat de conservació.
- C: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2767, núm. 10. Trasl·lat d'1 d'octubre de 1248 fet per fra Guillem de Tarracham (*Ego ffrater G<uillelmus de Tarracham, monachus, hoc cartam fideliter translatauit ab originali suo sicut superius continetur kalendas octobris anno Domini ·M^o·cc^o·xl^o·iiii^o. et hoc sig[signe]feci*). En mal estat de conservació.
- Cit.: FORT, *El senyoriu...*

Notum sit cunctis quod ego G<uillelmus> de Tarrega, per me et omnes meos et pro Dei amore, pro anima mea et parentum meorum omniumque fidelium defunctorum, donamus omni tempore domino Deo et monasterio Sancte Marie de Sanctis Crucibus et vobis Bernardi, abbati, et fratribus presentibus et futuris omnia iura de decima, que habemus et tenemus et accipere debemus de pane et vino de omni honore de dominicatura, quam fratres predicti monasterii modo in presenti tenent in Tarrega et in suis quadris et de illorum laboratoribus,¹ sine retentu, quem ibi non facimus, ad vestram voluntatem faciendam omni tempore. Et propter hoc donum, ego Bernardus, abbas, et omnis conventus predicti cenobii,

colligimus vos G<uilelmmum> de Tarrega in missis, matinis, vesperis et in omni beneficio, quod Deo acceptabile erit, ut Deus det vobis anime, tam bonam partem quam nos expectabimus habere omni tempore. Et insuper ego G<uilelmmus> de Tarrega recipio de caritate de fratribus predicti monasterii ·C·XX· solidos Barchinone, et illi et successores eorum habeant predictam donacionem ad eorum voluntatem faciendam omni tempore.

Actum est hoc idus iunii anno Domini ·M·C·XC·IX·.

Sig+num G<uilelmi> de Tarrega, que hanc cartam mandavit scribi et firmavit et testes firmare feci.

Sig+num G<uilelmi> de Pulcro Loco, qui hoc laudo et firmo et solvo totam ipsam decimam quam G<uilelmmus> de Tarrega dedit predicto cenobio.²

Sig+num A<rnaldi> Botet, sig+num B<ernardi> de Manresa, sig+num A<rnaldi> de Lorenz, testes.

Petrus, levita, qui hoc iussu G<uilelmi> scripsit, die et anno quo (signe) supra, cum litteris suprapositis in ·V·, ·XIII· et ·XV· linea et rasis et emendatis.

1. Interlineat: et de illorum laboratoribus. 2. Raspat: et solvo totam ipsam decimam quam G. de Tarrega dedit predicto cenobio.

404

1199, agost, 9

Establiment de Ramon de Montcada a favor d'Esteve de Sòria dels drets de la vinya situada a la Palomera del terme de Lleida, que té donada a mitges a Domènec Calvet; de l'altra vinya que té igualment donada a mitges a Ramon de Comians, també a la Palomera, i finalment, d'una altra vinya, al mateix lloc de la Palomera, que té a mitges amb Guillem de Conill. Pels drets d'establiment, Esteve de Sòria haurà de pagar noranta sous jaquesos a Ramon de Montcada amb l'obligació anual de pagar-li un cens de noranta sous, segons la moneda corrent a Lleida, en pa i en vi de les collites.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2767, núm. 12. Original.

In nomine Domini. Notificetur cunctis, tam presentibus quam futuris, quod ego, Raimundus de Montecatano, per me et per omnes meos, dono et concedo vobis, Stephano de Soria, et vestris et cui vel quibuscumque volueritis, perpetuo, omnia mea iura sive

directa que habeo vel aliquo modo habere debeo, mobilia et immobilia in ipsa, scilicet, vinea que Domenicus Calvet tenet pro me ad medietatem in termino Ylerde, ad Palomeram, que affrontat in vinea Petri de Portarege et in brazali vetulo et in vobis acaptatore et in vinea Guillelmi de Conil et in alio brazale que vadit ad vineam domini regis. Item dono et concedo vobis perpetuo omnia mea iura sive directa, mobilia et immobilia que aliquo modo habeo vel habere debeo in ipsa alia vinea que Raimundus de Cumigano similiter pro me tenet ad medietatem ad Palomeram que affrontat ex duabus partibus in vobis acaptatore, de ·III^a. in vinea Guillelmi Conil, de ·III^a. vero in vineis Raimundi Scribe. Item dono et concedo vobis perpetuo omnia mea iura sive directa mobilia et immobilia que aliquo modo habeo vel habere debeo in ipsis aliis duabus vineis que Guillelmus Conil similiter pro me tenet ad medietatem in ipsa Palomera, quarum una affrontat in vobis acaptatore et in brazali vetulo et in orto ex me donatore et in vinea Raimundi Baiuli et in vinea Raimundi de Cumigano, alia supradicte vinea afrontat in vinea Petri Moragas et in carrera que ducit ad meum ortum et in vinea Petri de Toarz et in brazali que vadit versus vineam domini regis. Totum quantum infra predictas afrontaciones includitur et terminatur, cum omnibus suis pertinenciis que ad meum¹ ius sive directum et dominium spectat, vobis dono et concedo in perpetuum, sub tali tamen pacto, quod vos et vestri vel qui prout habuit et tenuit mihi et meis singulis annis detis censualiter in festo Nativitatis Domini, nonaginta solidos melioris monete curribile pani et vino in Ylerda, tamen si vendere vel in pignorarare volueritis mihi et meis vel baiulo meo, ibi statuto, ante decem dies dicatis. Et si retinere voluerimus habeamus per quantum et alius, sin autem salvo iure et censu predicto ac dominio nostro faciatis inde omne vestram voluntatem cui volueritis, exceptis militibus et scis. Et inde alium dominum patronum non eligatis nisi me et meos. Et ego et mei erimus inde vobis et vestris legales guirentes et deffensores contra omnes homines et feminas sine omni vestro vestrorumque enganno et omne ius et actionem sive dominium quod in predictis hominibus habeo et habere debeo ratione predictarum vinearum vobis et vestris dono et concedo in perpetuum, tradens vobis meum locum ut superius scriptum est. Et recepi pro acapto ·LXXX· solidos iaquenses.

Quod est actum ·V· idus augustus anno Domini ·M·C·XC· nono.

Sig+num Raimundi de Montechatano, qui hoc firmo et concedo testesque firmare rogo.

Sig+num Raimundi Baiuli. Sig+num Petri Lillet. Sig+num Stephani de Zaredorta. Sig+num Arnaldi de Mealla. Domenicus, levita, scripsit et hoc sig(signe)num fecit.

1. *Interlineat: meum.*

405

1199, octubre, 23

Ramon d'Anglesola i el seu fill Bernat donen a Santa Maria de Santes Creus i al seu abat Bernat d'Ager les cases de Tàrrega, prop del molí de Pere Granell, i la vinya, amb la terra i els esplets, situada a la serra de l'Espina. També fan donació d'una sort de terra al coll de na Urgella i de la meitat d'una altra sort que posseeixen al domini del rei, més la penyora de quatre-cents sous que li deu Arnau de Claravalls sobre una terra a la partida de Faurogad, al terme de Claravalls. Aquesta donació la fan perquè Ramon sigui admès com a germà i familiar del cenobi i el seu fill com a monjo de la comunitat cistercenca de Santes Creus.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2767, núm. 13. Original.

Cit.: FORT, *El senyoriu...*

Notum sit cunctis, quod ego R<aimundus> de Angularia et filius meis, B<ernardus>, nos ambo, cum bona voluntate, donamus et offerimus domino Deo et sancte Marie et monasterio de Sanctis Crucibus, in manibus domini B<ernardi>, eiusdem cenobi abbatis, ego R<aimundus> per fratrem et B<ernardus> per monachum omni tempore. Et donamus predicto monasterio et fratribus presentibus et futuris ipsas domos, quas habemus in villa de Targe, versus molinum Petri Granel et unam vineam cum terra, in qua est fundata, et expletis ad se<r>ram de l'Espina. Et donamus unam sortem terre ad Collem de na Urgela et medietatem ipsius sortis, quam habemus in dominico regis et ipsos ·cccc· solidos Barchinone, quos habemus in ipso pignore, quod tenemus de A<rnaldi> de Claresvals et uxore sua in termino de Claresvals, in loco que vocatur Falrogad, sicut resonat in nostra carta ipsius pignoris. Et domus affrontant de ·i· parte orientis G<uillermo> de Crebasi, de ·ii· A<rnaldo> Pilia, de ·iii· in carrera, de ·iiii· in domibus de Alegret de Biliانا. Et ipsa vinea affrontat de ·i· parte P<etro> de Palaol, de ·ii· A<rnaldo> Oromir, de ·iii· et ·iiii· in alaudio de filiabus de Piperada, que fuit. Et ipsa sort que est al Col de na Urgela, affrontat de ·i· parte in alaudio

Petri de Tarrega, de ·II· Gacet, de ·III· A<rnaldi> de Sala, de ·IIII· Alegret de Biliana. Et tota ipsa que est in domenco regis, affrontat de ·I· parte in carrera que tendit ad Montem Album, de ·II· G<uillermo> Claver, de ·III· B<ernardo> Gener, de ·IIII· Bertolomeu. Quantum hee affrontaciones includunt, cum exis et regressis earum, et expletis, damus in perpetuo fratribus predicti monasterii, presentibus et futuris, sine aliquo retentu, quem ibi non facimus nos nec nostri. Et nullus homo vivens de isto die in antea per legem aliquam nec rationem valeat obicere nec inquietare fratribus predicti monasterii, set tamen salvo censu domini illarum domorum, scilicet, ·x· denarios et salvo censu domini regis. Et ipsam sortem, que est in dominico regis, damus totam matri mee de tota sua vita et post eius obitum sit, sicut resonat in ipsa carta, que est divisa inter A<rnaldum> Oler et nos per alfabetum, semper, et Arnaldus Oler teneat ipsam sortem cum matre mea. Et si forte A<rnaldus> Oler et filii eius morerentur vel venerint ad paupertatem, totam ipsam sortem habeant et teneant fratres predicti monasterii et faciant opus suum matri mee de tota sua vita et post obitum eius, sicut resonat in carta que est divisa per alfabetum, fiat omni tempore. Et si quis hoc disrumpere vulerint in duplo componat et in antea firmum stet omni tempore.

Actum est hoc ·x· kalendas novembris anno Domini ·M·C·XC·IX·.

Sig+num R<aimundi> de Angularia, sig+num B<ernardi>, nos qui hanc cartam mandavimus scribi et firmavimus et testes firmari iussimus.

Sig+num B<ernardi> de Pila, capellani, sig+num,¹ sig+num R<aimundi> Barba, sig+num A<rnaldi> Oler, sig+num Ferrarii Fluvia, sig+num B<ernardi> de Zamela, testes.

Petrus, levita, qui hoc iussu R<aimundi>, scripsit, die et anno quo (signe) supra.

1. Després de sig+num, espai en blanc.

1200, gener, 31

Ramon Barba i la seva esposa Ermessenda venen a Santes Creus, per cinquanta sous barcelonesos, una peça de terra alodial que posseïxen al terme de Mor, a la partida de Faurogad. Limita amb l'alou d'Arnau Oller, amb les terres de Santes Creus, amb el camí que va d'Anglesola a Altet i amb el terme de Lluçà.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2767, núm. 14. Original.

Notum sit cunctis quod ego R<aimundus> Barba et uxor mea Ermesen, nos per nos et omnes nostros, cum bona voluntate et sine vinculo, damus, pro Dei amore et redemptione animarum nostrarum et parentum nostrorum, ·I· peciam alaudii quam habemus et tenemus in termino del Mor, a Falrogad, domino Deo et cenobio Sanctarum Crucium¹ et vobis B<ernardo>, ipsius loci abbati, et fratri B<ernardo> Borel et omni conventui presenti et futuro² et cui dimittere volueritis. Et advenit nobis per compram et alias voces. Et affrontat de ·I· parte in alaudio A<rnaldi> Oler, de ·II· in vobis acceptatoribus, de ·III· in via que exit de Angularia et tendit ad Alted, de ·IIII· in termino de Luzano. Quantum hee affrontationes includunt, cum exis et regressis earum et expletis, damus vobis et vestris successoribus omni tempore, et de nostro iure in vestrum tradimus et damus franchum et liberum et quietum, sine aliquo retentu, quem ibi non facimus nos nec nostri et nullus homo vivens, de isto die in antea, per legem aliquam nec rationem valeat vobis obicem nec vestris successoribus inquietare, set imo habeatis ad dandum ad vendendum ad impignorandum, ad omnes vestras vestrorumque successorum voluntates faciendas omni tempore. Et convenimus esse leiales et guarentes contra omnes personas. Et si quis hoc dirumpere voluerit in duplo vobis componat et in antea firmum stet omni tempore. Et propter hoc donum recepimus a vobis ·L· solidos Barchinone, de quibus a vobis sumus bene pacati ad nostram voluntatem.

Actum es hoc ·II· kalendas febroarii anno Domini ·M·C·XC·IX·.

Sig+num R<aimundi> Barba, sig+num Ermesen, nos qui hoc fecimus scribi et firmavimus et firmari fecimus.

Sig+num Petri Ollomar, sig+num Petri Fabre, sig+num R<aimundi> Basela, testes.

Petrus, presbiter, qui hoc iussu R<aimundi> scripsit, die et anno quo (signe) supra.

1. Crucium per Crucum. 2. Talment com està escrit.

407

1200, març, 9

Berenguer de Conilles ven, per setanta sous barcelonesos, al seu germà Berenguer de Conilles la seva part de l'honor, que ambdós van heretar del seu pare, situada a Conilles, al terme de Mediona.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2767, núm. 15. Original.

Sit notum cunctis quod ego Petrus de Cunies, vendo tibi Guillelmo de Cunies, fratri meo, omnem illam meam portionem honoris, quem modo habeo et habere debeo in comitatu Barchinone, infra terminum de Mediona, in Cunies apud turrem in separatis locis, sicuti mihi advenit voce patris mei. Hanc predictam portionem honoris, videlicet, terras et vineas, domos et arbores diversi generis, vendo tibi et tuis omni tempore possidendi, adhuc etiam cui dare vel laxare volueris per tuum proprium alaudium, cum terminis suisque affontationibus, cum ingressibus egressibusque suis integriter, tali pacto que, deinde eam habeas, teneas, possideas et expletes tu et tui secure et potenter in perpetuum per tuum alaudium, sicut dictum est superius. Et de meo meorumque¹ iure in tuum trado dominium et potestatem, inde tibi et tuis dono ad tuam tuorumque voluntatem faciendam. Accipio quoque a te pro hac venditione iam dicti honoris ·LXX· solidos denariorum bone monete curribile Barchinone. Si quis hoc fregit duplo tenus componat ac infra maneat firme.

Actum est hoc ·VII· idus marcii anno ·M·C·XC·IX· Dominice Incarnationis.

Sig+num Petri de Cunies, qui hanc venditione laudo et firmo testesque firmare rogo. Sig+num Berengarii de Cunies, fratris mei.

Sig+num Arnaldi de Bleia, sig+num Iohannis de Conches, sig+num Berengarii de Galiza, huius rei testis sunt.

S+ Bernardi, sacerdotis, qui hoc scripsit cum litteris suprapositis in linea ·v·, die et anno quo supra.

1. *Interlineat: meorumque.*

408

1200, març, 14

Testament sacramental de Ramon de Castellar fet en presència d'Arnau de Copons, de Pere Batlle, de Puigmaier i del prevere Guillem. Ordena que l'enterrin a Santes Creus i dona als monjos un cavall i el mas de Corts.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2767, núm. 16. Original.

In Christi nomine. Hec est scripture ultime voluntate cuiusdam defuncti, nomine Raimundi de Castelar, qui dixit et disposuit suo

testamento quando iacebat in sua egritudine, unde obiit, in presencia de Arnallus de Copons et de Petrus Baiulus et de Raimundus de Podio Maier et de Guillelmi, presbiter. Relinquit in primis suum corpus et anima ad cenobio Sancte Crucis, ab ·i· manso de Corts, que est in termine de Orpi et ·i· cavallo, quod abet suo Guillelmus de Ofegat, fratri suo. Et mandavit et dixit, quod suos debitos fuissent pagatos, qui fiant in veritate de suis rebus. Et relinquit ad Sancte Maria de Copons et ad suos presbiteros ·x· solidos et ad ecclesiam de Sancti Michaelis de Castelar ·x· solidos. Et mandavit quod istos ·xx· solidos fuissent pagatos de expletos de Copons de primo anno qui venit. Et relinquit ad ecclesiam de Orpi ·x· solidos de precium de ·i· torra de vi, qui est ad Orpi. Et relinquit ad Berengario Medico ·x· solidos super ·i· bacho, qui est ad Orpi. Et relinquit ad sua nepota Chatalina ipso suo cavallo. Et relinquit ad suo troter Berengario ·i^a. asura. Et relinquit ad Berengario, fratri suo, ipsum castrum d'Orpi, sicut ille abuit vel abere debuit, cum ipsas suas rebus de carn et de vi et bascola et ·i· bou et ·i· asuro, quod abet suo Elicsen de Vicfredi et ille quod paget suos debitos. Iterum relinquit ad Berengario, fratri suo, totum hoc quod abuit vel abere debuit in Copons vel in cunctis locis. Et postquam ordinatum hoc abuit, non mutavit suam voluntatem, sic obiit de hoc seculo.

Actum est hoc ·ii· idus marcii, anno Domini ·M^o.C^o.XC^o.VIII^o.

Sig+num Arnalli de Copons, sig+num Petri Baiulus, sig+num R<aimundi> de Podio Maier, isti sunt testis visitores et auditores de hoc.

Guillelmus, prebiter, qui hoc secripsit die et anno quod (signe) supra.

409

1200, juny, 22

Berenguer Desprat, per un poltre i una vedella, cedeix a Santes Creus el dret de l'aprofitament de la resclosa i de la canalització de l'aigua per les seves terres —situades al castell dels Garidells— fins al molí de Santes Creus, dins les terres de la granja del Codony.

[A]: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2767, núm. 17. Trasllat de 22 de juny de 1551 (*Hoc est translatum bene et fideliter factum a quodam publico pergameneo donationis instrumento inferius inscripto, non cancellato non viciato nec in aliqua eius parte suspecto*

sed omni [prorsus] vicio et suspicione carenti, cuius tenor de verbo ad verbum nihil addito nihilque remoto sequitur et est talis. Sig(signe)num Damiani Olle, civis Terrachone, apostolica [regia]que auctoritatibus notarii publici huius transumpto testis. Sig(signe)num Lodovicis, oriundii oppidi Sancte Columbe de Queralto, Vicensis diocesis auctoritate regia notarii publici huius transumpto testis. Sig(signe)num fratris Pauli Ycar, monachi predicti monasterii Sanctarum Crucum ac in vim privilegii eidem monasterio concessi auctoritatem regiam notarii publici qui predictum transsumptum a suo originali fideliter extraxi ac cum eodem veridice comprobavi et clausi, die lune vicesima secunda mensis iunii anni millesimi quingentesimi quinquagesimi primi, in dicto monasterio Sanctarum Crucum, iussu admodum reverendi domini abbatis prefati monasterii. Constat mihi de raso et correcto in secunda linea ubi legitur suspicio et infecit huius mee firme seu clausit ubi legitur quinquagesimi).

Sit notum cunctis, quod ego Berengarius de Prato et ego Elixendis, uxor eius nos ambo simul per nos et per omnes successores nostros, bona fide et sine dolo ac spontanea voluntate, pro amore Dei et salute animarum nostrarum et parentum nostrorum, donamus et concedimus ac laudamus, domino Deo et Beatae Mariae de Sanctis Crucibus et tibi Bernardo, abbati, et fratribus eiusdem loci, presentibus atque futuris, videlicet, presam aquae, licet acceptance[m] sive resclosam et totam insulam nostram que est ante ortos et molendina Berengarii de Plegamans vel per alium quemlibet locum ubi melius vel utilius vobis visum fuerit. Damus adhuc vobis etiam in castro nostro de Garidells et in cunctis terminis et pertinentiis eius, exceptus marginibus et comallariis, pascuas et aquas animalibus vestris et ingressum et exitum et liberum tra[n]situm sine tala que si forte talam facerint consilio et arbitrio proborum hominum emendetur. Hanc autem donationem sive elemosinam facimus vobis sicut supra scriptum est, ut eam de cetero habeatis et expletetis et possideatis libere et quiete sine omni contradictione iure perpetuo. Et promittimus Deo et vobis quod faciemus vobis habere et tenere in pace et contra hanc donationem non veniemus nec aliquis homo licet femina arte vel consilio nostro sed semper de hoc firmis vobis boni et fideles garentes et tutores et auxiliares contra omnes homines. Sed sciendum est quod propter hanc donationem sive helemosinam quam facimus vobis dedistis nobis caritative de bonis monasterii unum pullinum et unam vitelam.

Actum est hoc decimo calendas iulii anno Domini millesimo ducentesimo.

Sig+num Berengarii de Prato. Sig+num Elixendis, uxoris eius.

Sig+num Bertrandi Molendinarii. Sig+num Petri de Archubus. Sig+num Arnaldi de Tieltis(?).

Sig+num Guillermus de Lemovicis, qui hoc scripsit die annoque supra cum litteris suprapositis in sexta linea.

410

1200, juny, 24

Bernat, clergue de Vilafranca, atès que temia morir intestat, fa donació d'una part dels seus béns a l'abat Bernat d'Àger i al monestir de Santes Creus, en presència del mateix abat, del prior Arnau i de fra Ramon de Rifar. Dóna als monjos mil sous, els mateixos que els va deixar per la compra de l'honor d'Arnau de Cervera a Lleida, i les cases de Vilafranca del Penedès, és a dir, un solar nou amb el celler i les que hi ha al davant de la porta del celler, amb el colomar inclòs. Els fa donació, també, del mas situat a Vallmoll, al Penedès, prop de l'honor que ara dóna a l'hospital de Vilafranca, que ell ha fundat. Tanmateix els rèdits de la quantitat que va deixar als monjos per la compra de l'honor d'Arnau de Cervera com també els del mas que els ha donat, els deixa al seu nét, durant cinc anys, juntament amb el domini veí al solar ofert als monjos i els obradors que hi té construïts. Per aquesta donació l'abat de Santes Creus el rep com a familiar del cenobi.

- A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2767, núm. 18. Original.
- B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2767, núm. 19. Trasllat de 17 de juny de 1239 (*Hoc est translatum fideliter translatum ·xv· kalendas iulii anno Domini ·M·CC·XXX·IX·, cuius series sic hordinatur*) fet per fra Guillem Riquer (*(signe) fratris Guillelmi Richerii, qui hoc fideliter translatavit*). En el mateix suport de pergami hi ha dues cartes partides per ABC.

Hec est memoria donationis quam ego, Bernardus, clericus de Villa Francha, feci super quadam parte rerum mearum, in presencia dompni Bernardi, abbatis de Sanctis Crucibus, et fratris Arnalli, prioris eiusdem, atque fratris Raimundi de Riffano, propter remedium anime mee, in hec modum quod si me mori contingeret intestatum, dimitto et offero Deo et Beate Marie de Sanctis Crucibus et fratribus eiudem loci illos ·M· solidos, quos accomodavi eis ad emptionem honoris Arnalli de Cervera, quem ipsi emeret in Ylerda; et ipsas domos meas in quibus habito in Villa Francha, scilicet, solarium novum cum scellario, quod est sub eodem solarario; et omnes alias domos, que sunt infra ianuam, que aperitur ante dictum cellarium, cum introitu et exitu et cum columbario et clausuris et cum ceteris omnibus ad ipsos domos pertinentibus; et mansum unum cum omnibus suis pertinenciis, qui est in Penitensi, in loco dicto Valle Molle, propter honorem qui ad eundem mansum pertinet, qui est

supra viam, quem dimitto hospitali quod ego feci in Villa Francha. Reditus vero, quos ego accipio in honore quem ipsi emeret de supradicto Arnallo de Cervaria, et reditus predicti mansi dimitto nepoti meo qui est in scolis, quos ipse habeat per ·v· annos. Si ego obiero intestatus postea vero supradicum monasterium habeat et possideat libere et in sana pace supradictos mille solidos cum fructu et domus et mansum sicut superius dictum est, ad suas voluntates. Item dimitto dicto nepoti meo dominicaturam illa que est iuxta predictum solarium cum operatoriiis sub ea constructis ad suam voluntatem. Ex ego Bernardus, abbas supradictus, cum consilio fratrum meorum, recipio te Bernardum de Villa Francha in omnibus spiritualibus bonis monasterii nostri et concedo ut faciamus pro te servicium, sicuti pro uno monacho nostro, tam in vita quam in morte.

Actum est hoc ·viii^o· kalendas iulii anno Dominici Incarnationis ·M^o·CC^o·.

Sig+num Bernardi, abbatis. Sig+num Arnalli, prioris.

(Signe) fratris Raimundi de Riffano, nos qui huius rei testes sumus veraces.

Sig+num Arnalli, monachi qui hoc scripsi fideliter mandato abbatis.

411

1200, agost, 20

Pere el Catòlic, a causa d'esmenar i compensar el valor del delme que la casa del Temple rebia dels obradors de Barcelona i que ell i el seu pare, el rei Alfons, van donar al monestir de Santes Creus, mitjançant la permuta d'altres béns monacals, atorga a la milícia del Temple vint-i-cinc sous anuals de diner de Barcelona que percebran de la carnisseria de Barcelona el dia de Nadal. Estableix que el batlle actual, així com tots els que el succeeixin, tingui cura de fer complir aquesta donació.

[A]: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2768, núm. 1. Trasllat sense data fet per fra Arnau (*Sig+num fratris Arnaldi, scriptoris, qui hoc translatum fideliter scripsit*).

Manifestum omnibus sit, tamen presentibus quam futuris, quod ego Petrus, Dei gratia, rex Aragonensis et comes Barchinonensis, propter emendatione ipsius decimi quod Domus Militie habebat in

ipsis operatoriis, quos dominus rex, pater meus, quondam, et ego concessimus et dedimus in ex comutacionem domui de Sanctis Crucibus, dono et in perpetuum concedo, predictae Domui Militie, annuatim ·xxv· solidos denariorum Barchinone, in festo Natalis Domini, quos ipsa Domus, prescripta, Militie accipiat et habebat in ipso macello meo Barchinone, ita quod baiulus meus Barchinone semper presens et futurus donet et persolvat predictis ·xxv· solidos singulis annis in eadem festivitate Nativitatis Domini Domui, prescripte, Militie, sine omni inquietudine.

Actum est hoc ·xiii^o· kalendas septembris anno Domini ·M^o·cc^o·.

Sig(signe)num Petri, Dei gratia, regis Aragonensis et comitis Barchinonensis.

Sig+num Guillelmi Durfortis. + Petrus, Ausonensis sacrista. Sig(signe)num Iohannis de Berix, domini regis notarii.

·S· (signatura hebraica).

Sig+num Petri de Corton, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

412

1200, novembre, 4

Ramon de Montcada ven, per mil cinc-cents sous jaquesos, a Esteve de Sòria, als seus descendents i a qui ell voldrà donar i deixar a perpetuïtat, el dret que té i ha de tenir de tots els béns, mobles i immobles, sobre la vinya situada al terme de Lleida, a la partida de la Palomera que ha donat a mitges a Domènec Calvet. Ven, també, el dret sobre una altra vinya que té per ell a mitges Ramon de Comins, a la mateixa partida de la Palomera. A més, li ven el dret que té sobre dues vinyes que ha donat a mitges a Guillem de Conill. Així mateix, Ramon de Montcada s'erigeix en protector d'aquests béns atorgats i promet davant de Déu i dels quatre evangelis que els monjos ho posseiran en pau i tranquil·litat.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2768, núm. 2. Original.

Notum sit cunctis hominibus quod ego Raimundus de Monte Cathano, per me et per meos, vendo et persencialiter trado vobis Stephano de Soria et omni proieniei vestre et cui volueritis in perpetuum, omnia iura mea sive directa que habeo et habere debeo, aliquo modo mobilia et immobilia, in illa vinea que Domenicus Calvetus, per me tenet ad medietatem in termino Ylerde ad Palomariam, sicut affrontat in vinea Petri de Portarege et in brazallo

vetulo, et in vobis comparatore et in vinea Guillelmi de Conil et in alio brazale, que vadit ad vineam domini regis. Et vendo vobis perpetuo omnia iura mea, mobilia sive immobilia, que habeo vel habere debeo in ipsa alia vinea, que Raimundus de Cumiganno, similiter, per me tenet ad medietatem ad Palomariam, que affrontat ex duabus partibus in vobis comparatore, de .III^a. in vinea Guillelmi de Conil, de .III^a. in vineis Raimundi Scribe. Et vendo vobis et vestris perpetuo omnia iura mea, mobilia et immobilia, que, aliquo modo, habeo vel habere debeo in ipsis aliis duabus vineis, que Guillelmus Conil, pro me tenet ad medietatem in ipsa Palomaria, quarum una affrontat in vobis comparatore et in brazallo vetulo, et in orto Sanctarum Crucum et in vinea Sanctarum Crucum et in vinea Raimundi Cumigano; alia vinea affrontat in vinea Petri Moragas et in via, qua itur ad ortum Sanctarum Crucum, et in vinea Petri de Toraz et in brazallo quo discurrit apud vineam domini regis. Totum quantum infra predictas affrontaciones includitur et terminatur cum omnibus pertinenciis suis, cum omnibus his que iuri meo spectant, aliquo modo vel iure predicta et singula vobis et vestris vendo et trado per mille et .D. solidos iaquensis, quos omnes confiteor a vobis habuisse et recipisse et vester paccatus esse, itaque renuncio excepcioni non numerate peccunie et si plus huius precii valent totum illud ex donacione et concessione mea perpetuo habeatis vos et qui volueritis, franche, libere et quiete. Et vendo vobis et vestris eodem precio omnia mea torcularia quem habeo ad Palomariam, cum termino in circuitu omnibus partibus quinque brazatas, quod totum franche, libere et quiete habeatis, possideatis et expletetis, cum introitibus et exitibus et melioramentis et cunctis suis pertinenciis ad vendendum, impignorandum, sive alio quocumque modo alienandum, ad omnes vestras vestrorumque voluntates faciendas omni tempore, sicut melius dici vel intelligi potest vestro bono et vestrorum. Et per aliquam legem vel per aliquod ius hoc revocari non valeat unquam. Et cum hac presenti carta dictas vineas et torcularia cum spacio .v. braciatas undique cum omnibus pertinenciis earum, cum omni dominio et iure, quod ibi habeo vel habere debeo, de meo posse et iure eicio et extraho et in vestrum dominium et ius et in tenedonem vestram mito et trado ad vestrum proprium alodium franchum sine omni retentu meo et meorum. Et ego Raimundus de Montecatano et mei erimus inde vobis et vestris et cui volueritis legales garentes contra omnes personas. Preterea convenio vobis et vestris quod non dixi vel feci, dicam vel faciam quominus dicta vendicio in suo robore remaneat, nec ego vel aliquis

nomine meo et contra veniemus nec consenciemus. Et sicut superius scriptum est vobis et vestris teneatur et fideliter in pace observetur in Deum et + corporaliter tactis sanctis Evangelii iurando confirmo. Siquid strumentum contra presens aparuerit viribus careatur efectis.

Facta carta ·II· nonas novembris anno Domini Incarnatione ·M·CC·.

Sig+num Raimundi de Monte Catano, qui hoc firmo et concedo et corporaliter iuro ratum esse in perpetuum.

Sig+num Arnaldi de Meala. Sig+num Raimundi Baiuli. Sig+num Iohannis de Marimon. Sig+num Guillelmi Ferrer de Salas. Sig+num Raimundi de Barchinona.

Iohannes de Ager, scripsit et hoc (signe) fecit.

413

1200, novembre, 6

Pere de Sanaüja i la seva esposa Ramona, per la salvació de la seva ànima i de la dels seus pares, donen a l'abat Bernat d'Àger i al monestir de Santes Creus tots els drets i tot el que pertany a les cases que per ells té Guillem Donat, i a l'hort que, també, per ells té Bernat Artús, amb el cens consistent en un parell de gallines, dues fogasses de pa i un modi de vi, juntament amb la quarta part del delme. Tot aquest patrimoni és a Sanaüja, al comtat d'Urgell.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2768, núm. 3. Original. Atacat pels fongs, on hi ha [±] correspon a un forat del pergami.

Notum sit cunctis quod ego Petrus de Sanaogia et domina Raimunda, uxor mea, per nos et per omnes nostros, damos et in presenti tradimus, ad remedium animarum nostrarum et parentum nostrorum, domino Deo et eius genetricis Marie, monasterio de Santis Crucibus et Bernardo, abbati eiusdem loci, atque cunctis fratribus, qui ibi sunt et ante a futuri erunt, quicquid habemus et habere debemus aliquo modo in illis domibus, quas Guillelmus Donatus et sui tenent per nos [±2] census omnes et usaticos, dominium et cetera omnia [±2] usus [...]nioris pertinenciis [±2] predictus Guillelmus Donatus, numquam amplius faciat [±2] nec successores nostros [...]es cavalcatas nec alios usaticos nobis [±2] pertinentes, set ut habeatis eum et omnes illos in predictis domibus manentes libere et quiete, franchos et legitimos, semper in perpetuum,

sine vestro enganno et absque omni retentu. Laudamus vobis dictis et vestris successoribus omnem censum et usaticum ac dominium et cetera omnia que habemus et habere debemus aliquo modo in ipso orto quem¹ Bernardus Artus tenet per nos, idcirco, unum parem gallinarum et duas fogacas panis et unum medaliamentum² vini et quartam partem totius decimi predicti orti. Et est omnis predictus honor in comitatu Urgelli ad Sanaogiam. Omnia hec predicta de nostro iure et dominio in vestrum tradimus dominium et potestatem absque ullo retentu et sicut melius dici potest et intelligi ad omnem vestram utilitatem. Et erimus vobis semper guirentes in perpetuum ab omni persona.

Actum est hoc ·VIII· idus novembris anno ·M^o·CC^o· Incarnatione Verbi Dei.

Sig+num Petri de Sanaogia, sig+num domine Raimunde, uxori [eius], sig+num Petri, sig+num Berengarii, filiorum nostrorum, qui hoc laudamus et firmamus.

Sig+num Petri Urgellensis. Sig+num Bernardi Urgellensis, episcopi qui hoc firmat.

Sig+num Andree [.....]. Sig+num Arnalli de Costa. Sig+num Petri Valentini, huius rei testium.

Bernardus de Sanaogia, dudum capellanus scripsit hoc et hoc sig(signum)num impressit die et anno quo supra, cum literis emendatis in linea ·XII^a·.

1. *Segueix ratllat: Guillelmus.* 2. *modialem (?)*.

414

1200, novembre, 21

Bertran de Sant Pere ven per vint sous barcelonesos, a l'abat Bernat d'Àger i al monestir de Santes Creus, el dret de tot el que hi ha a l'honor monacal de Fontscaldetes, i de tot el que hi puguin adquirir, ja sigui per empenyorament o d'una altra manera de qualsevol home o dona, que per ell el tinguin, des del riu Despets fins a la granja de Fontscaldetes i des de la part superior del grau de la Romeguera fins a la via Cativera.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2768, núm. 4. Original. Escapçat per la part dreta.

Sit notum cunctis quod ego Bertrandus de Sancto Petro per me et per omnes parentes¹ meos, bona fide et sine dolo, concedo et laudo, diffinio et evacuo et facio² vendicione omnino desero,

domino Deo et Beate Marie et monasterio de Sanctis Crucibus et tibi Bernardo, abbati, et fratribus eiusdem loci presentibus atque futuris, quicquid in honore vestro de Fontibus Calidis, quem modo ibi habetis vel in antea, Deo³ largiente, acquirere potueris iure pignoris seu aliqua voce vel ratione a vobis exigebam vel exigere potueram ego in aliquis homo vel femina per me a rivo Despets, versus predictam grangiam de Fontibus Calidis et a superiori gradu de Romeguera usque ad viam Captivariam, ut illud habeatis et teneatis liberum et quietum sine ulla exactione vel contrarietate mei meorumque perpetuo iure. Et est sciendum quod propter hanc solucionem dedistis mihi, bonis monasterii, ·xx· solidos Barchinonensis. Et ego ero vobis de hoc garens contra cunctis homines.

Actum est hoc ·xi· kalendas decembris anno Domini ·M^o·CC^o·.

Sig+num Bertrandi de Sancto Petro, qui hoc laudo et firmo testesque firmare rogo. Sig+num Arsendis, uxoris eius. Sig+num Petri, filii eorum. Sig+num Bertrandi, filii eorum.

Sig+num Guillelmi de Lemovicis, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. *Escapçat el pergami.* 2. *Mutilat el pergami.* 3. *Interlineat: Deo.*

415

1200, desembre, 9

Sentència arbitral donada i consensuada per tres prohoms nomenats per l'abat de Santes Creus, Bernat d'Àger, i tres més en representació d'Aimeric de Pacs, comanador d'Amposta, de l'orde de l'Hospital, sobre els límits i la fitació de les terres de la Granja del Codony santescreuena i de les terres hospitaleres al terme del Codony.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2768, núm. 5. Original. Carta partida per ABC.

Notum sit cunctis audientibus quod controversia et discordia que diu fuerat inter domun de Sanctis Crucibus et Domum Ospitalis, scilicet, super terminos et fixurias et divisiones que erant super^l grangiam de Coctano et mansum Hospitalis quod fuit regine. Tandem vero cognita causa et aperta ratione, laude et consilio multorum proborum hominum venierunt ad finem et concordiam, et fuit talis compositio et pensamentum ut quales tres probi homines ex parte domus de Sanctis Crucibus et alii tres ex parte Domus

Ospitalis, suo arbitrio ac iudicio, terminos et fixurias ponerent ab ipsis ratum et firmum in perpetuum habetur, et ita actum isti electi sunt itaque ·vi· probi homines, scilicet, Raimundus de Costa et Bernardus de Fortunio et Poncius de Brugeris et Raimundus de Rivo de Peras et Deusde de Alqoer et Bernardus Moliner, et posuerunt terminos et fixuras inter utrumque honorem, ideoque, in Dei nomine, ego dompnus Bernardus, abbas de Sanctis Crucibus et Arnaldus, prior, et Petrus de Sancto Laurencio, cellerarius, et Bernardus de Ienova, cellerarius, nos qui hoc vidimus et audivimus et in hoc negocio presentes fuimus, cum consilio et voluntate omnium fratrum nostrorum propter pacis caritatisque custodiam, laudamus et concedimus et in perpetuum ratum et firmum ducimus terminos et fixuras, que isti ·vi· prefati probi homines posuerunt super regum et sub rego. Similiter et ego Aimericus de Pax, comendator domus de Emposta, ex precepto et auctoritate magistri nostri Martini de Aiuar² et cum consilio et voluntate et assensu fratrum nostrorum et tocuis capituli Domus Ospitalis de Emposta, laudamus et concedimus et nec in perpetuum ratum et firmum ducimus terminos et fixurias que isti ·vi· prephati probi homines possuerunt super regum et sub rego.

Actum est hoc ·v· idus decembris anno Domini ·M^o·CC^o·.

Sig+num dompni Bernardi, abbatis de Sanctis Crucibus, sig+num Arnaldi, prioris, sig+num Petri de Sancto Laurencio, cellerarii, sig+num Bernardi de Ienova, cellerarii, nos omnes, similiter, qui hoc laudamus et firmamus testesque firmare rogamus.

Sig+num Aimerici de Pax, preceptoris de Emposte.

Sig+num Bernardi de Piniana. Sig+num Petri de Campanolas. Sig+num Poncii Berengarii. Sig+num Arnaldi de Montis Leonis. Sig+num Petri de Filela, comendatoris de Valmol.³

Sig+num Guillelmi de Lemovicis, qui hoc scripsit, die et anno quo supra.

1. *Interlineat: super.* 2. *Esripturat amb tinta i mà diferent.* 3. *De Sig+num Bernardi de Piniana (...) fins a comendatoris de Valmol, en tinta i mà diferent.*

1200, desembre, 17

Guillem de Selmella i la seva esposa Berenguera, per la salvació de la seva ànima i de la dels seus pares donen, a l'abat Bernat d'Àger i al monestir de Santes Creus, tot el que posseïxen des del riu

Despets fins a la granja monacal de Fontscaldetes i des de Comagrassa fins a la via Cativera, així com l'aigua del riu, a excepció del delme i el lluïme de les vendes de les terres, més tres peces de terra properes a l'esmentat riu. També concedeixen permís a l'abat per comprar les terres dels pagesos que les cultiven i a aquests vendre-les al monestir. Per aquesta donació Guillem de Selmella i la seva esposa reben dels béns del monestir un poltre, deu sous i quatre mitgeres d'ordi.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2768, núm. 6. Original.

In nomine Domini. Sit notum cunctis quod ego Guillelmus de Olmella et ego Berengaria, uxor eius, bono animo et spontanea voluntate, pro salute animarum nostrarum et parentum nostrorum,¹ donamus et² vendimus domino Deo et beate Marie et tibi Bernardo, abbati de Sanctis Crucibus, et fratribus eiusdem loci, presentibus atque futuris, totum quod habemus et habere debemus a rivo Despez, usque ad grangiam vestram de Fontibus Calidis et a gradu Cumbe Grasse usque ad viam Captivariam, sicuti discurrit aqua per rivum Despezts, excepto decimo et excepta pecunia que nobis contigerit ex vendicione rusticorum, quando vobis vendiderint honores s[uper] quos infra predictos terminos habent, et concedimus vobis ut possitis emere ab hominibus nostris omnes honores que infra predictos terminos sunt et hominibus concedimus ut possint vendere et dare, quod ibi habent absque ulla nostra nostrorumque contradictione. Et promittimus, Deo et vobis, sine enganno, esse fideles garentes et deffensores boni de predicto honore et nominatim solvimus vobis illam pecciam terre, quam habemus iuxta pereram que affrontat ex una parte in rivo Despedts, et ex tribus partibus in vobis emptoribus. Et similiter concedimus vobis illas tres pecias terre, quas ibi habemus ad dominium, quarum due sunt iuxta honorem Bernardi Compani, et affrontat cum Sancis et³ in rivo et in nostro honore. Et similiter concedimus vobis illam sortem terre lavatoris, que sorts affrontat ex una parte cum Arnaldo Sancio et ex alia parte in rivo Despedts et ex alia parte in torrente, que discurrit a Cumba Grassa, et alia parte in Cumba Grassa, et omnes alios directos nostros, quos ibi habemus, excepto decimo, sicut superius dictum est. Aqua vero que discurrit per rivum Despedts, semper habeamus per medium. Accepimus autem a vobis predicto dono et pro predicta venditione de bonis monasterii unum pullum equinum et ·x· solidos et ·iiii· migerias ordeï.

Actum est hoc ·xxvi· kalendas ianuarii anno Domini ·M^o·CC^o·.

Sig+num Guillelmi de Olmella, sig+num Berengarie, uxoris eius, nos ambo simul qui hoc laudamus et firmamus testesque firmare rogamus.

Sig+num Berengarii Sancii, sig+num Arnaldi Sancii, sig+num Bernardi Compan, sig+num Petri, cellerarii, sig+num fratris Poncii, huius rei testes et fidiussores sunt unusquisque pro medietate, ut Berengaria, uxor Guillelmi de Olmella, firment hanc cartam, Berengarius Sancii et Bernardus Compan, scilicet, ut reddant supra scriptum precium.

Sig+ Guillelmi de Lemovicis qui hoc scripsit die et anno quo supra, cum litteris rasis et emendatis in ·II^a·, ·III^a· linea, supra scriptis in ·III^a· et in ·XV^a·.

1. *Sobre raspadura: parentum nostrorum.* 2-3. *Interlineat: et.*

417

1201, gener, 3

Bernat, clergue de Vilafranca del Penedès, dóna al monestir de Santes Creus el mas de Vallmoll, amb totes les seves pertinences, entrades, eixides i tinences. Està situat a prop de l'honor que hi ha al capdamunt del camí que va de Vallmoll a Santa Digna. Aquest mas el va comprar i el va cedir a l'Hospital dels Pobres de Vilafranca. Àdhuc dóna l'estança on viu a Vilafranca i el celler amb el solar i atorga als monjos els mil sous que els va deixar per la compra de l'honor d'Arnau de Cervera a Lleida. També els atorga el cup amb el vi i ho cedeix tot a Santes Creus, per si de cas moria sense haver fet testament.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2768, núm. 10. Original. Carta partida per ABC.

Notum sit cunctis quod ego Bernardus, clericus de Villafrancha, dono et concedo venerabili domui Sanctarum Crucum, mansum meum de Vallemolli, cum omnibus suis pertinentiis et aiacentiis et cum ingressibus et egressibus suis et tenedonibus, sicut ego melius habeo et teneo per meam emptionem, propter illum honorem qui est super viam que vadit de Vallemolli ad Sanctam Dignam, quem dono ospitalli pauperum de Villafranca. Adhuc dono supradicte domui Sanctarum Crucum omnem staticum in quo habito, qui est infra portam maiorem et cellarium, cum solarium quod est super, et illos mille solidos, quos dedi in empzione illius honoris Arnaldi de

Cervera qui est apud Ylerdam, et dono predictae domui Sanctarum Crucum dictum cellarium et omnia vasa vini que ibi sunt vel erunt cum vino qui tunc erint ibi. Hoc donum supradictum facio dicte domui Sanctarum Crucum, si obiero sine testamento vel sia aliam voluntatem factam non habuero, hoc totum sicut superius scriptum est dono predictae domui Sanctarum Crucum cum ingressibus et egressibus suis et pertinentiis a profundo ab issi usque ad celum absque vinculo illius persone. Quisquis hoc fregerit nil valeat.

Actum est hoc ·III· nonas ianuarii anno Domini ·M·CC·.

Sig+num Bernardi, clerici de Villafrancha, qui hoc laudo et firmo et rogo firmare.

Sig+num Bernardi, abbatis de Sanctis Crucibus. (signe) Frater Raimundi de Riffano. Sig+num fratris Bernardi de Rubi.

Iacobus, levita, qui hoc scripsit, mandato B<ernardo> clerici de Villafrancha, die et anno quo su(signe)pra.

418

1201, febrer, 11

Berenguer de Castellar i la seva esposa Gueraula donen i venen a l'abat Bernat d'Àger i al monestir de Santes Creus, per seixanta sous, els drets que tenen sobre el mas de Corts i la parellada —propera al mas— de la Vinya Plana, propietats que el monestir ja havia rebut del seu germà Ramon. Tant el mas com la parellada són al terme d'Orpí, al comtat de Barcelona.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2768, núm. 11. Original. Carta partida per ABC.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2768, núm. 12. Trasllat (*Hoc est translatum*) fet per fra Berenguer Dezcános el 27 de març de 1235 (*Frater Berengarius Dezcanos hoc translatum scripsit et hoc sig(signe)num fecit ·VI· kalendas aprilis anno Domini ·M·CC·XXX·V·*).

C: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2768, núm. 13. Trasllat (*Hoc est translatum*) fet per fra Berenguer del Canós el 18 de març de 1241 (*Frater berengarius Dezcanos hoc translatum scripsit et hoc sig(signe)num fecit ·XV· kalendas aprilis anno Domini ·M·CC·XL·*).

Notum sit universis quod ego Berengarius de Castellar et uxor mea Gueralda, pro nobis et pro nostris, donamus et concedimus domino Deo et domibus Sanctibus + et fratribus et senioribus eiusdem loci, mansum unum qui dicunt Curtibus, cum omnibus suis terminis et affrontacionibus et cum pascuis et lignis et aquis et cum omnia et omnibus que ad ipsum mansum pertinet vel pertinere debet, sicut dividitur ab oriente in ipsas Vineas Planas et in pariliata

Ferrarii de Auro Pini, a meridie in alodio Poncii ex Auri Pini et de ipsis de Cupellas, ab occidente in mansum Ferrarii¹ de Auri Pini, qui vocatur Curtibus, a circii in sumitatem serre de Cospinosa, sive in termine Montis Bovini. Et iterum damus et concedimus ad predictam domum de Sanctibus + pariliatam unam terre iuxta predictum mansum quam ibi damus, sicut dividitur ab oriente in margine Bernardi² Buschet et apud alodio Ferrarii³ de Auri Pini, a meridie in camino publico, ab occidente in manso iam dicto, et in terra iam dicti Ferrarii,⁴ a circii similiter. Sicut determinatum et monstratum est iam dictum mansum et predictam pariliatam, sic damus et offerimus domino Deo et iam dictam domum Sanctibus + totum quantum ibi habemus vel habere debemus sine ullo retentu nostro et sicut melius dici vel intelligi potest ad illorum salvamentum prohabendum et possidendum pro omnibus diebus per illorum francum alodium et liberum. Et est hec omnia in comitatu⁵ Barchinone in termine castris Auri Pini in supradictis locis. Et vocatur ipsa pariliata ipsas Vineas Planas. Et supranominata omnia iam dedit Raimundum,⁶ fratrem meum, ad domum iam dictam. Et nos modo iterum similiter adfirmamus illum donum et laudamus, per illum et pro nobis, ut nos nec nostri deinde aliquid non clamamemus⁷ nec accipiamus pro amore neque pro forcia. Si quis hoc fregerit in duplo componat et post firmum permaneat pro omnibus diebus.

Actum est hoc ·III· idus febroarii anno Domini ·M^o·CC^o.

Sig+num Berengarii de Castellar, sig+num Geralde, uxoris eius, qui hoc laudamus et firmamus testesque firmarique rogamus. Et de avere iam dicta domum accepimus ·LX· solidos per hanc donum.

Sig+num Bernardi Buschet. Sig+num Berengarii, filii eius. Sig+num Poncii de Auri Pini. Sig+num Petri de Auri Pini. Sig+num Guillelmi. Sig+num F.⁸

Raimundus Ferrarii, qui hoc scripsit, cum literis damnatis in ·VIII· linea.

1. B: F. 2. B: B. 3. B: F. 4. B: F. 5. *Segueix ratllat: Minorise.*
6. B: R. 7. B: clamemus. 8. Ferrarii?

1201, abril, 30

Bertran de Sant Pere i la seva muller Arsenda renunciem a favor de Santes Creus a tots els drets que tenen o puguin tenir sobre l'honor de la Romeguera, propietat del monestir. A més, perquè

hi puguin pasturar els ramats monacals, donen als monjos el terme del castell de Pinyana. Per aquesta renúncia reben trenta sous barcelonesos dels béns monacals.

[A]: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2768, núm. 14. Trasllat fet el 2 de setembre de 1231 (*Hoc est translatum fideliter factum .iiii. nonas septembris anno Domini .M^o.CC^o.XXX^o. primo, cuius originalis series sic habetur*) per Berenguer d'Artés (*Frater Berengarius de Artes hoc translatum fideliter translatauit die et anno quo supra (signe)*).

Sit notum cunctis quod ego Bertrandus de Sancto Petro et ego Arsendis, uxor eius, nos ambo simul, per nos et per omnes successores nostros, bona fide et sine dolo, laudamus et concedimus, diffinimus et evacuamus, sine omni retentione, domino Deo et Beate Marie de Sanctis Crucibus et tibi Bernardo, abbati et fratribus eiusdem loci, presentibus atque futuris, quicquid iuris vel rationis aliquo modo nos habemus vel habere debemus in honore vestro de Romegera. Adhuc laudamus et concedimus et damus vobis omni termino predicti castri de Piniana animalibus vestris paschua sine tala, lignaria et petrarias et aquas necessarias et tallia lignorum, sicut melius dominus meus Raimundus Alamanus vobis dedit et concessit in instrumento vestro quod inde vobis fecit. Et sciendum est quod propter hanc donacionem iam dictam, quam vobis facimus, dedistis nobis de bonis monasterii .xxx. solidos Barchinone.

Actum est hoc .ii. kalendas madii anno Domini .M^o.CC^o.I^o.

Sig+num Bertrandi de Sancto Petro, sig+num Arsendis, uxoris eius, nos ambo simul qui hoc laudamus et firmamus testesque firmare rogamus.

Sig+num Bernardi de Cabrera. Sig+num Bernardi Signarii.

Sig+ Guillelmi de Lemovicis qui hoc scripsit die et anno quo supra, cum litteris rasis et emendatis in .ii. et in .vii. et in .xii. linea, suprapositis in .x^a. et dampnatis in .vi^a. linea.

1201, maig, 22

Ermessén de Castellaçol empenyora a Huguet de Blumad les cases que posseeix a Lleida, a la parròquia de Sant Llorenç, i que havia comprat a Domènec Carnisser per cent vint sous barcelonesos.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2768, núm. 15. Original.

Notum sit cunctis hominibus quod ego Ermessendis de Castelaçol, per me et per meos impignoro vobis Ugeto de [Blu]mad et vestris quasdam domos quas habeo in villa Ylerde, in parroquia Sancti Laurencii, quas hemi de Domenico Carnifice, cum omnibus foveis, que in eis sunt, et cum carta quam ab eo earum habeo domorum, ab his proximis kalendis iunii usque ad unum annum, per .cxx. solidos Barquinonensis, quos omnes a vobis habui et accepi et bene inde vestra paccata sunt mee voluntati, renuncians exceptioni non numerate peccunie. Que domus affrontant in domibus Columbi dez Puzal et in domibus Guillelmi de Zatorre et in domibus Cerdani et in via publica. Et sicut hee affrontaciones includunt et ambiunt impignoro vobis et vestris prescriptas domos de celo usque in habissum, cum iam dictas cigiis usque ad iam dictum terminum, per iam dictos centum viginti solidos Barquinonensis, ut ultra eas habeatis, possideatis et expletetis, cum introitibus atque exitibus et omnibus suis pertinenciis et melioramentis in gazardone et non in pacca vestre voluntati. Set nisi persolvera vobis et vestris prescriptam peccuniam ad statutum terminum deinde vendatis vel impignoretis prefatum pignus per iam dictam vestram peccuniam vel teneatis et possideatis illud tamdiu de kalendis iunii de anno in annum in gazardone et non in pacca ut suprascriptum est, quousque ego vel mei persolvamus vobis et vestris in prescripto termino iam dictos .cxx. solidos, illius melioris monete Barquinensis, curribilis in Barchinona¹ pani et vino, et hoc sit in vestra voluntate. Set interim insuper de hoc proximo anno in antea, quamdiu iam dictum pignus fuerit sub pignore vestro, annuatim dabo vobis pro mutuo viginti solidos Barchinonensis vestre cognicioni, vobis interim possidentibus hoc dictum pignus in garzardone et non in pacca, ut scriptum est, supra vestre voluntati. Et firmabo inde vobis et vestris cartam cuicumque iusseritis in faciam exinde vobis et cui iusseritis bonam garentiam contra omnes personas, set cum pignore vel sine pignore persolvam vel persolvi faciam vobis et vestris prescriptam peccuniam ad statutum terminum vel post terminum quando iusseritis cum iam dicto mutuo sine vestro enganno. Et si necessarie aliquod melioramentum in iam [dicto] pignore feceritis computetis et habeatis in ipso pignore iure vestri pig[noris], et inde vobis credat vestro simplici verbo sine sacramento, set nequam hoc pignus redimere nisi in kalendis iunii die a diad. Et ut fecior inde suis dono vobis fideiussorem salvetatis Petrum de Taraschone, qui mecum vel sine me iam dictum pignus vobis et vestris pacifice faciat habere et possidere vestre voluntati quamdiu fuerit vobis obligatum, ut

scriptum est supra. Et si iam dictis ·xx· solidos Barchinonensis mutui, ut dictum est, annuatim vobis non persolvero computetis et habeatis eos simul solidos cum alia iam dicta peccunia, super iam dictum pignus vestre, cognitioni iure pignoris vestri. Ego autem Petrus de Taraschone, iam dictus, sanus et libenter, concedo hanc fiduciam vobis iam dicto Ugeto de Blumad et vestris vestre utilitati ut suprascriptum est, sine vestro vestrorumque enganno.

Hoc est actum ·xi· kalendas iunii anno Domini ·M·CC· primo.

Sig+num Ermessendis de Castelaçol, sig+num Petri de Taraschone, qui hoc firmarique iussimus.

Sig+num Guillelmi Minardi, sig+num Petri Raimundi de Calpena, testes.

Petrus de Gissona, scripsit et hoc (signe) fecit, cum literis rasis et hemendatis in ·x^a· linea.

1. Presenta una raspadura i sobreescrit: Barchinona.

421

1201, maig, 26

Borrassa i el seu marit Arnau de Cirera venen, per un pollí, a l'abat Bernat d'Ager i al monestir de Santes Creus, la part del delme que els pertany de les propietats que posseeix el monestir al terme de Cervera.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2768, núm. 16. Original.

Notum sit cunctis quod ego Borraccia et maritus meus, Arnaldus de Ceraria, per nos et per omnes nostros, donamus ob remedium animarum nostrarum et omnium parentum nostrorum, nunc et imperpetuum, Deo et sancte Marie et monasterio de Sanctis Crucibus, et fratri Bernardo, abbati, et omnibus fratribus eiusdem monasterio, tam futuris quam presentibus, omnem illam nostram partem et rationem, quam habere et accipere debemus, nunc in antea, in omni illa decima que exire debet de omni illo honore, quem monasterium predictum modo habet in Cervaria et in omnibus suis terminis et quadris, scilicet, de domibus Petri de Terrachona, cuiratarii, et de omni honore quem ab ipso habuere, et de domibus et honore, quem similiter ab alio Petro de Terrachona adquisiere et de vinea et alodio quod fuit Berengarii Rufonis et de vinea quam Bernardus de Alentorn dicto monasterio dedit et de vinea que fuit Guillelmi Ugonis et de honore quem eis dedit Arnaldus dez Mor,

et etiam de omni honore quem in hunc diem presentem habent fratres et monasterium in Cervaria et in omnibus terminis suis et quadris. Et damus adhuc monasterio et fratribus omne nostrum ius quod habere debemus in omni decima que exire debet de omni nutrimento quod factum erit in domibus suis et in areis. Et a vinculo nostro et dominio abstrahimus omne omnino ius quodcumque sit quod nobis et nostris pertineat et pertinere debeat in omni illa decima honoris et nutrimenti, et in presenti cum auctoritate huius carte tradimus totum intregre absque ulla retentione in dominium et ius prefati monasterii et fratrum per cuncta tempora et totum prout melius dici et intelligi potest ad comodum monasterii et fratrum iure perpetuo. Et contra cunctos homines et feminas erimus nos et nostri de toto hoc quomodo resonat in hoc instrumento boni guirentes nunc et in perpetuum monasterio et fratribus sine omni eorum dolo. Et sit notum quod propter hoc beneficium et donum, quod fecimus monasterio et fratribus, habuimus de bonis monasterii unum pullum, ex quo bene per paccatos ab eis nos profitemur.

Factum est hoc ·VII^o. kalendas iunii anno Domini ·M^o.CC^o.I^o.

Sig+num Borracie, sig+num Arnaldi de Ceraria, mariti eius, qui hoc totum firmamus testesque firmare rogamus.

Sig+num Raimundi Ferrarii de Ulugia, sig+num Bernardi Lauret, sig+num Petri de Contrast, sig+num Raimundi de Ulugia, isti quatuor sunt testes.

+ Virgilius qui hoc scripsit iussu Borracie et Arnaldi de Ceraria, die et anno quo supra.

422

1201, juny, 11

Concòrdia entre Sibil·la de Queralt —amb el consentiment del seu marit Arnau d'Oló— i l'abat Bernat d'Àger i el monestir de Santes Creus sobre l'honor de Sant Gallart, del terme de Santa Coloma de Queralt. Ambdues parts acorden, sobre aquesta honor donada a Santes Creus per Adalbert de Queralt, pare de Sibil·la, que compartiran a parts iguals la mateixa jurisdicció sobre tots els béns i drets de la propietat. Perquè aquest conveni sigui efectiu el monestir dóna a Sibil·la de Queralt cent sous barcelonesos. L'acte és fet davant de Berenguer d'Ortís, de Pere de Cornellà, d'Arnau de Queralt, de Bernat de Nazari i de Pere de Rossell, a més d'altres prohoms.

[A]: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2768, núm. 17. Trasllat de 13 de maig de 1236 fet per Berenguer, monjo i prevere (*Fratrer Berengarius, presbiter et monachus hoc translatum fideliter scripsit et hoc sig(signe)num fecit in .iiii. idus mai anno Domini .M.CC.XXXVI. et cum suprascriptis literis in .IX. linea ubi dicitur iam dictam*). Presenta dificultats de lectura per la conservació deficient; els espais [±] no es poden llegir.

Notum sit cunctis quod ego Sibilia Cheralt et vir meus A<rnaldus> de Olo, per nos et per omnes nostros, modo cum hoc presenti scripto, venimus ad finem et ad concordiam et ad bonam pacem cum dompno B<ernardo>, abbate Sanctarum Crucum, et cum aliis fratribus qui ibi sunt vel fuerint, de ipso honore de Sanilgaiard, qui est infra terminos castri Sancte Columbe, quem honorem Adalbertus de Cheralt, pater de me Sibilia, reliquid Sanctis Crucibus cum suo corpore, in tali videlicet ratione, quod dompnus abbas et conventus et fratres, qui ibi sunt vel fuerint, habeant in supradicto honore medietatem, scilicet, in homines et feminas, qui ibi sunt vel fuerint, et in omnibus censibus et in usaticis et in decima et in questies sive in iovas et in tragies et in aemprius et in turre et in mansiones et in placita et in firmamencis et in forcias et in trobas et in estabilimentos et in pascuis et in garriciis sive in aquiis aquarum et in petras petrarum et in regos sive capudregos et in omni molendina et in omni re, quod omo nominare potest et ad usus hominis pertinet et pertinere debet, et sicut melius disci et intelligi potest ad profectum ipius monasterii in perpetuum. Et ego Sibilia et vir meus et nostri habeamus aliam medietatem similiter in ipsa loca. Et non accipiamus ibi aliquid sine vos nec vos sine nos. Set nos et vos quicquid ibi acceperimus vel fecerimus in simul faciamus et accipiamus et in simul faciamus et accipiamus et in simul [±3] habeamus nos et vos¹ per medium et non possimus ibi facere forciam nos neque nostri sine vos neque vos sine nos. Et dominicatura [...] est divisa et partita et cum affrontationibus et pertinenciis et cum omnibus exitibus et egressibus istorum predictum. Et propter hanc finem et concordiam iam dictam² habuimus .c. solidos in helemosinies predicti monasterii. Hoc fuit factum in posse de Berengarii de Ortis et de P<etri> de Corneliano et de A<rnaldi> de Cheralt et de B<ernardi> de Nazarii et de P<etri> Rossel et aliorum multorum proborum hominum. Et si quis hoc disrumperit in duplo componat et post hoc in perpetuum permansit. Et est ista in comitatu M<inorise> et in iam dictum terminum vel locum.

Actum est hoc ·III· idus iunii anno Domini ·M·CC·I·.

Sig+num A<rnaldus> d<e> Olono, sig+num Sibilie, coniux eius, nos qui hoc fieri iussimus et firmavimus testibusque firmare rogavimus.

Sig+num Berengarii de Orts. Sig+num B<ernardi> de Medians. Sig+num P<etri> de Corneia. Sig+num Geralli de Muntagud. Sig+num F. de Orpi. Sig+num B<ernardi> de Nazarii. Sig+num P<etri> Rossel.

Berengarius, presbiter, qui hoc scripsit iussione istorum predictum + die et anno quo supra.

1. *Interlineat des de quicquid fins nos et vos.* 2. *Interlineat: iam dictam.*

423

1201, juny, 11

Berenguer de Biosca i la seva germana Sibila, juntament amb el seu marit Guillem de Tudela, renunciem i venem, per vint-i-cinc sous barcelonesos, a l'abat Bernat d'Àger i al monestir de Santes Creus, tots els drets que tenen o que poguessin tenir sobre el mas, que el seu antecessor Ramon de Biosca va donar al monestir situat al terme de Lor, i que va pertànyer a Guillem de Castro.

- A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2768, núm. 18. Original.
- B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2768, núm. 19. Trasllat de 26 de setembre de 1237 fet per fra Berenguer Dezcanós (*Frater Berengarius Dezcanos, qui hoc translatum fideliter scripsit et hoc sig(sig)num fecit ·VI· kalendas octobris anno Domini ·M^o·CC^o·XXX·VII·*).

Notum sit cunctis quod ego Berengarius de Bioscha et ego Sibilia, soror eius, et ego Guillelmus¹ de Todela, maritus Sibilie, nos omnes per nos et per omnem nostram proieniem et posteritatem, bona ac spontanea voluntate, amore Dei et peccatorum nostrorum remissione, damus, reddimus, dimittimus et omnino nunc et in perpetuum absolvimus, Deo et monasterio de Sanctis Crucibus et fratri Bernardo,² abbati, et omnibus fratribus eiusdem monasterii, presentibus atque futuris, omnem mansum, cum honoribus suis omnibus, ac pertinentiis, qui fuit Guillelmi³ de Castro, et quem Raimundus⁴ de Bioscha, antecessor noster, dedit prefato monasterio. Qui mansus est cum terris suis et vineis et omnibus sibi pertinentibus infra fines et terminos castris, qui vocatur Lor. Et a possessione nostra et dominatione et nostrorum abstrahimus ipsum

mansum et in presenti cum auctoritate huius carte tradimus illum totum integre sicut melius Raimundo⁵ de Bioscha et nobis pertinebat et pertinere debebat quacumque voce ac ratione in dominium et ius predicti monasterii et fratrum, cum ingressibus suis et egressibus et omnibus eidem manso pertinentibus, longe ac prope, et totum sicut melius ex omnibus partibus affrontat et affrontare debet et absque ulla retentione et totum sicut melius dici et intelligi potest ad comodum monasterii et fratrum et ad omnes eorum voluntates ibi et inde faciendas perpetuo iure. Et contra cunctos homines et feminas erimus, nos et nostri de toto hoc quomodo resonat in hoc instrumento, boni guirentes dicto monasterio et fratribus. Et etiam nos et nostri faciemus ipsum mansum et omnes habitantes in eo in bona pace habere et tenere cum dominio et districto ibi nobis habenti et pertinenti monasterio et fratribus per cuncta tempora ad eorum bonum intellectum semper. Et sit notum quod ego Guillelmus⁶ de Todela et uxor mea habuimus ex hoc ·XXV· solidos Barchinonensis.

Factum est hoc ·III^o· idus iunii anno Domini ·M^o·CC^o·I^o·.

Sig+num Berengarii de Bioscha, sig+num Sibilie, sororis eius, sig+num Guillelmi⁷ de Todela, mariti dicte⁸ Sibilie, qui hoc totum firmamus, testesque firmare rogamus et etiam omnem censum et omne<m>⁹ servitium, quod ex ipso manso nobis exiebat et exire debet dicto monasterio et fratribus damus nunc et in perpetuum.

Sig+num Romane, matris Berengarii de Bioscha, sig+num Raimundi¹⁰ de Bioscha, qui hoc totum concedimus et firmamus.

Sig+num Petri,¹¹ clerici de Lauro, sig+num Raimundi¹² Laurencii, sig+num Arnaldi¹³ de Monte Falchone, isti ·III· sunt testes.

+ Virgilius, qui hoc scripsit iussu Guillelmi¹⁴ de Todela, die et anno quo supra.

1. B: G. 2. B: B. 3. B: G. 4. B: R. 5. B: R. 6. B: G. 7. B: G.
8. B: dicti. 9. B: omnem. 10. B: R. 11. B: P. 12. B: R. 13. B: A.
14. B: G.

1201, juny, 26

Ramon Alamany confirma a l'abat Bernat d'Àger i al monestir de Santes Creus la venda i donació que el seu pare, Guerau Alamany, va fer als monjos de la terra de Valldossera, situada al terme del castell de Montagut. Per aquest acte l'abat li dona la quantitat de cent seixanta sous barcelonesos.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2769, núm. 1. Original.

In Dei nomine. Notum sit cunctis audientibus quod ego Raimundus Alamannus, per me et per omnes successores meos, bona fide et sine dolo, pro salute anime mee et parentum meorum, laudo, concedo et confirmo et diffinio, sine omni retentu, domino Deo et beate Marie et tibi Bernardo, abbati monasterii de Sanctis Crucibus, et fratribus eiusdem loci, presentibus atque futuris, scilicet, totam illam vendicionem vel donacionem, quam meus pater Geraldus Alamannus fecit monasterio de Sanctis Crucibus, de illa terre de Valle Ursaria, que est in termine castri Montis Accuti, cum omnibus terminis et affrontationibus suis et cum omnibus pertinentiis que ei pertinent vel pertinere debent, integriter et sine diminucione, sicut resonat in illo instrumento, quam inde fecit predictus pater meus Geraldus Alamannus prefato monasterio de Sanctis Crucibus, et sicut melius potest dici vel intelligi ad utilitatem et profectum iam dicti monasterii de Sanctis Crucibus, sine ullo malo ingenio et sine omni fraude. Et est seciendum quod propter hanc laudationem, diffinicionem et confrimacionem, quam vobis facio, dedistis mihi de bonis monasterii vos, iam dicti, fratres de Sanctis Crucibus ·C·L·X· solidos Barchinonensis.

Actum est hoc ·vi· kalendas iulii anno Domini ·M^o·CC^o·I^o·.

Sig+num Raimundi Alamanni, qui hoc laudo et firmo testesque firmare rogo.

Sig+num Bertrandi de Anguera. Sig+num Bertrandi de Sancto Petro.

Sig+ Guillelmi de Lemovicis, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

425

1201, juliol, 28

B. Granell, fill de B. Granell concedeix als fills que ha tingut amb Ermessén Cerdana la part de l'herència dels béns mobles i immobles i la legítima que li pertoca dels béns del seu pare i de la seva mare.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2769, núm. 2. Original.

Notum sit cunctis quod ego B. Granel, filius B. Granel, per me et per meos, dono et concedo infantibus meis, quos Ermessent

Cerdana habet de me, omnem meam partem et frarrescam que mihi evenit et evenire debet de patre, et matre mei et de sedete et de movete in omnibus locis, cum suis afrontacionibus et pertinenciis et expletis. Et integriter do et concedo predictis infantibuss ad eorum voluntate facienda omni tempore sine aliquo retentu, ita quod nullus valeat illis obicere nec inquietare, set imo habeant ad dandum ad vendendum ad inpignorandum et ad omnes eorum voluntates faciendas omni tempore. Et siquis hoc disrumpere voluerit in duplo componat et in antea firmum stet.

Actum est hoc ·v· kalendas augusti anno Domini ·M·CC·I·.

Sig+num B. Granel, qui hanc cartam mandavit scribi et firmavit et testes firmari iussit.

Sig+num G. de Crebasi. Sig+num Iohannis Gaçol.

Petrus, presbiter, qui hoc iussit B. scripsit, die et anno quo (signe) supra.

426

1202, abril, 13

Pere de Tàrrega ofereix al monestir de Santa Maria de Santes Creus, a l'abat Bernat d'Àger i als germans monjos per la salvació de la seva ànima i de la dels seus pares, la part del delme del domini de Tàrrega i la part del delme que li pertany de les terres i honors que el monestir posseeix en la dita vila, al seu terme i a les quadres. A canvi, l'abat el rep, tant ara que és viu com després de mort, com a confrare de la comunitat perquè participi dels béns espirituals com un monjo més del cenobi, i li promet acceptar-lo com a tal quan vulgui entrar a formar part de la comunitat claustral.

- A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2769, núm. 3. Original. Mal conservat, amb dificultats per ésser llegit a causa de la tinta esvanida per la humitat i l'aigua.
- B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2769, núm. 4. Trasllet de 28 d'agost de 1321 (*Hoc est [translatum] fideliter translaturum a quodam instrumento tenor sic series talis est*). Conservació deficient. Algunes parts no es poden llegir. Lectura impossible del nom del notari que va fer el trasllet.
- C: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2769, núm. 5. Trasllet de 31 d'agost de 1333 (*Hoc est translaturum sumptum fideliter a quodam instrumento originali, cuius tenor talis est*) fet per fra Bartomeu de Canals, notari públic del monestir de Santes Creus (*Sig(signe)num ffratris Bartholomei de Canalibus, notarii publici monasterii Sanctarum Crucum, auctoritate domini regis et mandato dompni Petri abbatis dicti monasterii, qui hoc translaturum ab originali suo fideliter sumptum scribi*

fecit et clausit .ii. kalendas septembris anno Domini .M^o.CCC^o.XXX^o. tercio, cum litteris suprapositis in tercia linea ubi dicitur et teneo et rasis et emendatis in linea .x^a. ubi continetur anno Domini .M^o.CC.ii., sig+num Petri de Tarrega). Estat de conservació regular encara que presenta alguna dificultat de lectura perquè la tinta està esborrada en algunes paraules.

Notum sit cunctis, quod ego P<etrus> de Tarrega, pro meo animo et bona voluntate, dono et offero domino Deo et Beate Marie Sanctis Crucis, ob remedium anime mee et parentum meorum et omnium fidelium defunctorum, ipsam meam partem illius decime, quam ego habeo et teneo et habere debeo, omnibus modis, in omni illa dominicatura alaudiorum et vinearum et heredium in Tarrega¹ et in suis terminis. Dono et offero domino Deo et predicto monasterio et tibi B<ernardi>² abbati et fratribus, presentibus et futuris omni tempore, totam meam partem, quam ego accipio et accipere debeo in vestris alaudis et vineis, tocius decime de vestra dominicatura, quam vos laboratis in Tarrega et in suis quadris. Et vestrorum hominum integre damus, sicut melius dici potest ad vestrum bonum intellectum et vestrorum de illo quod modo habetis et in antea acquirere poteritis, sine aliquo retentu, quem ibi non facimus nos nec nostri per ullam rationem et de nostro iure in vestrum tradimus et damus et offerimus ad vestram voluntatem faciendam omni tempore cum hac presenti carta. Et propter hanc elemosinam³ recipimus ego predictus abbas et omnis noster conventus vos predictum Petrum per fratrem nostrum et in omnibus benefactis nostri monasterii partic<ip>em⁴ et consortem et ad obitum vestrum tantum pro vobis faciemus quantum pro uno nostro monacho facimus et recipiamus per fratrem si volueritis intrare.

Actum est hoc idus aprilis anno Domini .M.CC.ii.

Sig+num P<etri> de Tarrega, sig+num Guillelme, sig+num B<ernardi> nostri filii, nos qui hoc laudamus et firmamus et firmari iussimus.

Sig+num Guillelmi, capellani Angularie,⁵ sig+num Raimundi Ferrer, sig+num Arnaldi de Tarrega, testes.

Petrus, presbiter, qui hoc iussu P<etri> scripsit die et anno quo (signe) supra.

1. B: Taraga, C: Tarrega. 2. C omet: B. 3. B i C: elemosinam. 4. B i C: participem. 5. B: de Angularie.

427

1202, abril, 17

Guillem de Conilles, la seva mare Eliarda i la seva esposa Ermessén, venen l'honor de la Torre de Puigmoltó, situada al castell de Mediona, a Berenguer de Gallissà i a la seva esposa Ermessén per cinc-cents sous de Barcelona.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2769, núm. 6. Original.

Sit notum cunctis omnibus hominibus, tam presentis quam futuris, quod ego Guillelmus de Cuniles et mater mea Elliardis et uxor mea Ermesendis, per nos et per omnes nostros, vendimus tibi Berengario de Galiza et uxori tue Ermesendis et omni proieniei atque posteritati vestre, in perpetuum, omnem nostrum honorem quem habemus et habere debemus in chomitatu Barchinone, in termino katri de Midiona, in loco vocitato Turre de Podio Molto, scilicet, domos factas et faciendas et terras cultas et heremas et vineas, cum terra in qua sunt fundatas, sicut, pater et mater mea habuerunt ea et tenerunt. Iam dictam nostram honorem vendimus vobis et vestris, sicut eam melius habemus et habere debemus, per precium ·D· solidos denariorum, bone monete curribilis Barchinone, de qua valet modo marcha argenti, ·XLIII· solidos, quos omnes ex vobis numerando accepimus cum nostris manibus propriis, ut habeatis eam et teneatis et possideatis et firmiter expletetis secure et potenter, cum ingressibus et egressibus suis et cum terminis et affrontacionibus integriter et cum omnibus suis pertinenciis que ad iam dictam honorem pertinent vel pertinere debent. Et de nostro iure et posse eam eicimus et in vestro posse et donacione eam mittimus et transmutamus dominium et potestatem, sicut melius dici vel intelligi potest, ad vestrum vestrorumque bonum intellectum sine vestro vestrorumque enganno, ad faciendam inde omnem vestram voluntatem semper, sicut vestrum proprium alaudium franchum et liberum sicut vobis placuerit. Siquis hoc disrumpere voluerit nil valeat set in duplo componat et postea firmum permaneat.

Actum est hoc ·xv· kalendas maii, anno ·M^o·CC^o·II^o· Dominice Incarnacionis.

Sig+num mei Guillelmi de Cuniles, sig+num Elliardis, matris mee, sig+num Ermesendis mee uxoris, qui hoc laudamus et firmamus et a testibus firmari rogamus. Sig+num Arnaldi, sig+num Petri, sig+num Guielme, filiorum nostrorum.

Ego Raimundus, presbiter, qui hoc firmo (signe), sig+num Bricii, sig+num Almoraiad, qui huius rei testes sunt.

Berengarii, presbiteri, qui hoc scripsit (signe) die et anno quo supra.

428

1202, juny, 5

Berenguer de Gallissà i la seva esposa Ermessén donen al monestir de Santes Creus i a l'abat Bernat d'Àger la seva honor, consistent en un mas situat al terme del castell de Mediona, al lloc anomenat la Torre de Puigmoltó, que van comprar a Guillem de Conilles i a la seva mare Eliarda. Juntament amb les terres, els fruits i les seves pertinences, lliuren a l'abat tot el dret i senyoriu, de manera que els seus successors no el puguin dividir, estiguin obligats a pagar la tasca i no puguin tenir cap més senyor que l'abat de Santes Creus, com a vassalls i homes afocats del monestir. En cas de vendre el dret útil s'estableix el dret de fadiga en trenta dies. L'abat per aquesta donació rep a Berenguer com a familiar de Santes Creus perquè pugui gaudir dels béns espirituals monacals, i promet acceptar-lo com a monjo quan vulgui entrar a formar part de la comunitat.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2769, núm. 7. Original. Carta partida per ABC.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2769, núm. 8. Original. Carta partida per ABC.

Notum sit omnibus hominibus, tamen presentibus quam futuris, quod ego Berengarius de Galizan et uxor mea Ermesendis, damus et offerimus domino Deo et gloriose Virgini Marie et tibi dompno Bernardo abbati de Sanctis Crucibus et omni conventu eiusdem loci, tam presenti quam futuro, pro salute et remedio animarum nostrarum et omnium parentum nostrorum, quadam honorem nostrum, scilicet, alodium francum quem comparavimus de Guillelmo de Cuniles et matre sua Elliarde et uxore sua Ermesendi. Est autem predictus honor in comitatu Barchinone in termino castris de Mediona, in loco nominato¹ Turris de Podio Molton. Tali igitur modo damus et offerimus vobis eundem nostrum honorem cultum et heremum cum edificiiis domorum que ibi sunt modo vel^p antea erunt, cum arboribus diversi generis, cum aquis et pascuis et omnibus pertinenciis suis. Et de nostro iure et senioratico in ius et senioraticum vestrum tradimus et subdimus omni tempore

potestative possidendum quod ab hac hora in antea non liceat nobis nec nostris illum honorem a vestro dominio transferre vel separare nec alium dominum ibi eligere, preter vos et successores vestros. Et de omnibus fructibus, quos ibi Deus dederit, dabimus vobis et vestris in perpetuum tascam fideliter. Et post obitum nostrum, ille cui dimiserimus eum, sit vester et habeat illum³ per vos et per successores vestros et progenies sua et non possit dimittere illum honorem nisi uni persone tamen indivisibiliter et sic fiat per successionem omni tempore, salva tasca quam ibi habetis et dominio et servicio. Et non liceat nobis nec nostris illum vendere aut impignorare vel⁴ aliquo modo a vobis alienare⁵ nisi nostro consimili, postquam in vobis vel vestris fatigata fuerimus⁶ post ·xxx· dies.⁷ Et ego Bernardus, dictus abbas, cum consilio et voluntate fratrum nostrorum, damus tibi Berengario de Galizan predictum honorem ut habeas et teneas et expletes in vita tua⁸ tamen et dones vobis singulis annis in festo Sancti Felicis ·II^a· quarteras frumenti pro censu et post obitum tuum revertatur ad nostrum dominium, sicut superius dictum⁹ est. Et recipimus te in confratrem et comparticipem omnium bonorum spiritualium domus nostre, ut per hec et alia bona que feceris, Domino inspirante, possis pervenire ad vitam eternam. Et, si volueris sumere habitum nostre religionis, concedimus tibi introitum et societatem nostra, salva tamen forma religionis et ordinis institutione servata.

Actum est hoc nonas iunii anno Domini ·M^o·CC^o·II^o·.

Sig+num Berengarii de Galizan, sig+num Ermessendis, uxoris eius, nos, ambo simul, qui hoc laudamus et firmamus testesque firmare rogamus, sig+num Arnaldi, filii eorum, sig+num Berengarii, filii eorum.¹⁰

Sig+num Berengarii de Sancto Iohanne. Sig+num Berengarii Gomar. Sig+num Messeguer Gomar.

Sig+num Bernardi, abbatis. (Signe) fratris Raimundi, prioris. Sig+num Petri, cantor.

Sig+num Guillelmi de Limoges, qui hoc scripsit, die et anno quo supra, cum literis suprapositis in ·XIII^a· linea.

1. B: vocitato. 2. B segueix: in. 3. Interlineat: illum. 4. B: nec. 5. B: alienare a vobis. 6. B: fuerimus fatigata. 7. Interlineat: post ·XXX· dies. 8. B omet tua. 9. B: scriptum. 10. B: eorum filii.

429

1202, juny, 22

Ramon de Montcada, per ell i pels seus successors, concedeix a l'abat Bernat d'Ager i al monestir de Santes Creus els cent sous que el seu pare, Ramon de Montcada, va deixar al monestir en el seu testament quan va decidir que l'enterressin a Santes Creus. Aquests cent sous el cenobi els ha de rebre sobre els cens dels béns i de les propietats que els seus vassalls i homes afocats per ell tenen a la Palomera de Lleida.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2769, núm. 9. Original.

Notum sit cunctis, quod ego Raimundus de Monte Catano, per me et per omnes successores, concedo domino Deo et gloriose Virgini Marie et tibi dompno Bernardo, abbati de Sanctis Crucibus et conventui eiusdem loci, tam presenti quam futuro, illos ·c· solidos, quos pater meus Raimundus de Montecatano dimisit eidem monasterio in suo testamento, ubi suam sepulturam elegit. Et assigno et in presenti trado vobis et de meo senioratico et omnium successorum meorum, in ius et dominium nostrum. Solvo et dono ut habeatis et possideatis in perpetuum in pace ad faciendas inde vestras voluntates. Quos ·c· solidos dono vobis super istos homines inferius nominatos et super eorum hereditates, quas tenent per me ad ipsam Palomariam, que est prope villam Ylerde, scilicet, super Raimundum Beatricis, et suam hereditatem de quo facit ·v· solidos et ·vi· denarios de censu, et super Guillelmum Morato, qui facit ·xiii· solidos de sua hereditate censuales, et super dominam molinariam, que facit ·viii· [solidos] minus ·ii· denarios censuales, et super Raimundum Vinater, qui fecit ·viii· solidos, minus ·ii· denarios censuales, et super Cardosam, qui facit ·viii· solidos, minus ·ii· denarios censuales, et super Codilam, que facit ·viii· solidos, minus ·i· denarios censuales, et super Petrum de Tovars, qui facit ·vi· solidos censuales, et super Arnaldum Gasch, qui facit ·viii· solidos censuales, et super Raimundum Solani, qui facit ·xv· solidos censuales, et super Nadal, qui facit ·xx· solidos et dimidium censuales, ut ab hac hora in antea teneantur vobis et dicto monasterio sicut mihi tenebantur et meis dare supradictum censum cum firmamentis et fatigis et cum omnibus usaticis sicut continetur in suis instrumentis, sic inquam dono vobis et vestris successoribus predictas hereditates, quos supradicti homines tenent per me cum censu superius nominato per nostrum franchum alodium omni tempore possidendum, sicut

melius dici vel intelligi potest, ad vestram utilitatem sic convenio vobis et vestris successoribus per me et per omnes successores meos facere herenciam salvetatis contra omnes homines et feminas de supradicto dono sine vestre enganno. Siquis hoc infringere temptaverit non possit ducere ad effectum, set maneat omni tempore firmum. Preterea retineo mihi iura mea tantum modo quod sunt supradictos homines contentur aliqualis vel calumnia quod firment directum in posse mei vel baiuli mei et habent inde iusticiam.

Quod est actum ·X· kalendas iulii anno Domini ·M·CC· secundo.

Sig+mum Raimundi de Monte Catano, qui hoc laudo et firmo et testes firmare rogo.

Sig+num Guillelmi Raimundi de Monte Catano, qui hoc laudo et concedo.

Sig+num Raimundi Baiuli. Sig+num Guillelmi de Bello Monte, militis.

Sig+num Petri Moragues sig+num Guillelmi de Morlanis, rei sunt testes.

Arnaldus de Turribus, scripsit et hoc (signe) fecit.

430

1202, agost, 19

Guillem de Pontils i la seva muller Saurina, per ells i els seus successors, de bona fe i sense engany, venen per un bou, valorat en quaranta sous, al monestir de Santes Creus, la part del delme que els correspon de l'honor de Bernat Company que té en penyora Ramon de Cazma, i la seva honor, que va des del riu Despets fins a la granja monacal de Fontscaldetes, per tal que la posseeixin lliurement i per sempre.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2769, núm. 10. Original.

Sit notum cunctis, quod ego Guillelmus de Pontils et ego Saurina, eius uxor, nos ambo simul, per nos et per omnes successores nostros, bono animo et spontanea voluntate bonaque fide et sine dolo, pro salute animarum nostrarum et parentum nostrorum, damus et vendimus sine ullo retentu, domino Deo et beate Marie et tibi Bernardo, abbati monasterii de Sanctis Crucibus et fratribus eiusdem, presentibus et futuris, scilicet, totam partem nostram decimi, quam habemus et habere debemus in illo honore Bernardi Compagni, quam Raimundus de Cazma tenet in pignore,

et totum illum honorem nostrum, quem habemus in rivo Despets et habere debemus usque ad grangiam vestram de Fontibus Calidis, ut illum habeatis et teneatis, expletetis et possideatis et libere et quiete, secure et potenter, sine aliqua contradiccione hominis vel femine, sicut melius dici vel intelligi potest, ad profectum predicti monasterii de Sanctis Crucibus omnium tempore, cum omnibus terminis et affrontacionibus et pertinenciis suis, que ei pertinent vel pertinere debent, cum ingressibus et egressibus suis, ad omnes voluntates ipsis faciendas.¹ Et erimus vobis nos et nostri fideles garentes de predicto honore contra omnes homines vel feminas. Et est sciendum quod propter hanc donacionem et vendicionem, quam vobis facimus, dedistis nobis de bonis monasterii vestri, unum bovem bonum precio ·XL· solidos.

Actum est hoc ·XIII^o· kalendas septembris anno Domini ·M^o·CC^o·II^o·.

Sig+num Guillelmi de Pontils, sig+num Saurine, uxoris eius, nos ambo simul, qui hoc laudamus et firmamus testesque firmare rogamus.

Sig+num Arnaldii Sancii. Sig+num Berengarii Sancii. Sig+num Petri Bondia. Sig+num Berengarii Compagni.

Sig+num Guillelmi de Limoges, qui hoc scripsit die et anno quo supra, cum litteris suprapositis in ·VIII^a· linea.

1. *Interlineat: ad omnes voluntates ipsis faciendas.*

431

1202, setembre, 24

El rei Pere el Catòlic dóna, a perpetuïtat, cinc trossos de terra del seu domini de Tàrrega, a Guillem Granell i als seus descendents perquè el posseïxi en franc i lliure alou. L'eximeix de l'obligació de satisfer-li cap cens, ni d'estar sotmès a cap mal ús.

[A]: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2769, núm. 11. Trasllat (*Hoc est translatum fideliter factum*) fet per fra Guillem de Jovals, el dia 21 de desembre de 1254 (*Sig(signe)num fratris Guillelmi de Jovals, qui hoc scripsit anno Domini ·M^o·CC^o·L^o·III^o·, decimo kalendas ianuarii*).

C: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2769, núm. 12. Trasllat coetani de l'anterior (*Hoc est translatum fideliter factum*) fet per fra Guillem de Jovals el dia 21 de desembre de 1254 (*Sig(signe)num fratris Guillelmi de Jovals, qui hoc scripsit anno Domini ·M^o·CC^o·L^o·III^o·, decimo kalendas ianuarii*).

D: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2769, núm. 14. Trasllat (*Hoc est translatum bene et fideliter sumptum a quodam alio translato cuius tenor de verbo ad verbum nichil addito nichilque remoto sequitur et est talis. Hoc est translatum fideliter factum*) del trasllat anterior de 1254 (*Sig(signe)num fratris Guillermi de Jovals, qui hoc scripsist anno Domini ·M^o·CCLIII^o, decimo kalendas ianuarii*) fet per fra Joan Salvador, monjo del monestir de Santes Creus, el 4 de setembre de 1480 (*Sig(signe)num fratris Iohannis Salvatore, monachi monasterii Sanctarum Crucum, regia auctoritate in vim privilegii eidem monasterii concessi in eodem monasterio notarii publici, qui huiusmodi translatum a preinserto translato carte predictae sumptum cum eodem translato correxit scripsitque et clausit mandate reverendi domini abbatis predicti monasterii vive vocis oraculo sibi facto quarta die mensis septembris anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo*). Aquest trasllat ve legitimat per la signatura de dos notaris: Francesc Bertomeu, notari de Vilafranca del Penedès, i Vidal Bertomeu (*Sig(signe)num Ffrancisci Bartholomei, notari publici Villefranche Penitensis, auctoritate serenissime domini Regis, per totam terram et dominacionem suam, testis. Sig(signe)num mei Vitalis Bartholomei, publici apostolica regiaeque auctoritatibus notarii, testis*).

Manifestum sit cunctis quod ego Petrus, Dei gratia, rex Aragonum, chomes Barchinone, dono tibi Gui<l>lelmo¹ Grane² et tuis, perpetualiter, ·v.³ trocia terre in termino de Tarrega, in mea dominicatura, cum ingressibus et egressibus suis et expletis per tuum alodium franchum et quietem, ad tuas voluntates faciendas, nunc et per omnia, de quibus inde nullum facias census vel usaticum mihi et meis, ita ut melius sanius dici potest tue utilitati.

Datum Cervarie ·VIII^o. kalendas octobris, per manu Iohannis de Bix, domini regi notarii et mandato eius scripta a Petro, scriptore, sub anno Domini ·M^o·CC^o·II^o.

Signum (signe) Petri, regis Aragonum, comitis Barchinonensis.

Sig+num Petri de Tarrega. Sig+num Berengarii de Rubione, maior domus. Sig+num Petri Balbi. Sig+num Stephani de Marimundo. Sig+num Guillelmi⁴ Durfortis. Sig+num Berengarii Narbone episcopi. Sig+num Petrus, Ausonensis sacrista.

Ego Petrus, scriptor, hoc scripsi die et anno quibus supra et hoc sig(signe)num feci.

1. C i D: Guillermo. 2. C i D: Granell. 3. C i D: quinque. 4. C i D: Guillermi.

1202, novembre, 13

Pere de Guardialada ven per setanta sous barcelonesos a l'abat Bernat d'Àger i al monestir de Santes Creus, íntegrament, l'honor de l'Espluga de Francolí, que ha heretat del seu avi i per lliure

donació del noble Ramon de Cervera i de la seva esposa Ponceta, perquè els monjos la posseeixin en lliure i franc alou. L'abat Bernat el rep com a confrare de la comunitat per tal que participi dels béns espirituals com un membre més del cenobi, i li promet rebre'l com a monjo de Santes Creus quan vulgui entrar al monestir.

[A]: Original perdut.

B: Trasllat de fra Berenguer dez Canós. Perdut.

C: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2769, núm. 15. Trasllat del dia 20 de setembre de 1236 (*Hoc est translatum fideliter factum anno Domini .M.CC.XXX^o.VI^o, .XII^o. kalendas octobris*) fet per Arnau de Segura, diaca (*Ego Arnaldus de Secura, diachonus, hoc translatum fideliter translatavi et hoc (signe) feci*), d'un altre trasllat fet per fra Berenguer dez Canós (*frater Berengarius Dezcanos, presbiter et monachus, hoc translatavit et hoc sig(signe)num fecit cum raso et emendato in .XI^a. linea, per totum, die et anno prefixis*). Bernat Marcial, diaca, i Pere de Plausi, prevere, actuen com a testimonis (*Ego Bernardus Marcialis, diachonus, me pro teste subscribo et hoc (signe) feci. Petrus de Plausi, presbiter me pro teste subscribo et hoc (signe) feci*).

Manifestum sit cunctis presentibus et futuris quod ego P<etrus> de Guardia Lata,¹ capellanus, pro salute anime mee et pro salute anime fratris mei Berengarii, olim defuncti, et omnium parentum meorum, bona fide et sine ullo malo ingenio, dono et offero et irrecuperabiliter trado domino Deo et Beate Marie de Sanctis Crucibus et Bernardo, eiusdem loci abbati, et omnibus fratribus ibidem Deo servientibus, presentibus et futuris, scilicet, totum illum meum honorem integriter, cum omnibus terminis et pertinenciis suis, sicut melius illum habeo et habere debeo ad Spe[luncham] de Francholino, et in omnibus terminis eius. Advenit mihi predictus honor per vocem parentum meorum et per liberam donacionem R<aimundi> de Cervaria et uxoris sue Poncete, sicut resonat in carta, quam inde fecere avo meo A<rnaldo> de Guardia Lata et coniugi sue Guillelme, vel per alias quascumque voces vel raciones. Hunc autem predictum honorem sic dono et trado vobis ut illam habeatis et teneatis et possideatis secure et potenter. Et de meo iure et dominio et potestate in vestrum ius et dominium et potestatem illum trado et mito ad omnes vestras voluntates faciendas in perpetuum, sicut de vestro proprio francho alodio sicut melius dici vel intelligi potest sine malo ingenio ad utilitatem predici monasterii de Sanctis Crucibus. Et promito et convenio Deo et vobis iam dictis fratribus bona fide et [sine] dolo, supradicto honore fidelem guarentiam semper portare contra omnes homines et feminas, secundum meum posse et totum [atendere] et servare, sicut superius scriptum est et [quicumque]

contra hanc donacionem veniam ego vel aliquis homo vel femina [arte] consilio meo. Et est sciendum quod propter hanc oblacionem seu donacionem, quod vobis facio, dedistis mihi karitatem de bonis monasterii vestro ·LXX· solidos Barchinonensis. Et ego frater B<ernardus>, dictus abbas de Sanctis Crucibus, una cum voluntate et assensu fratrum nostrorum, recepimus te P<etrum> de Guardia per confratrem et participem omnium bonorum spiritualium domus nostre in vita et in morte et quando volueritis habitum nostre religionis summere recipiemus te secundum formam ordinis nostri.

Actum est hoc idus novembris anno Domini ·M^o·CC^o·II^o·.

Sig+num Petri de Guardia, qui hoc laudo et firmo testesque firmare rogo.

Sig+num Guillelmi Burdi. Sig+num R<aimundi> Infesta. Sig+num P<etri> de Aquilone. Sig+num Guillelmi de Sedabets, nepotis de P<etri> de Guardia, capellani, qui hanc supradictam donacionem laudo et firmo.

Sig+num A<rnaldi>, monachi de Sanctis Crucibus, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. Sembla esborrat posteriorment: Lata.

433

1202, desembre, 5

Pere Bondeu i la seva muller Pucululla venen la terra que tenen al terme del castell de Selmella, a la partida del riu Despets, a l'abat Bernat d'Àger i al monestir de Santes Creus per quinze sous barcelonesos. La venda té caràcter alodial amb la cessió de tots els drets, a excepció de la quarta part del delme que pertany a Guillem de Selmella.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2769, núm. 16. Original.

Cit.: Fort, El senyoriu...

Manifestum sit cunctis quod ego Petrus Bonusdies et uxor mea Puculula, vendimus et donamus monasterio Sancte Marie Sanctarum Crucum et cum hac presenti scriptura tradimus tibi Bernardo, abbati, et omnibus successoribus et confratribus tuis perpetuo totam illam terram nostram integre, quam habemus et tenemus in termino ipsius castri de Ulmela, in loco qui vocatur Riu Despeds, ac occasu et a meridie et a circio in terra de vobis emptoribus. Sicut qui vocatur Riu Despeds. Et affrontat ab oriente in ipso torrente de riu Despeds,

ab occasu et a meridie et a circio in terra de vobis emptoribus. Sic includitur et continetur a suis quatuor affrontacionibus cum exitibus et ingressibus suis sic in perpetuum eam donamus et vendimus vobis et tradimus sine omni dolo in vestrum dominium et potestatem et ecclesie vestre, cum hac presenti scriptura, ad omnem vestram vestrorumque voluntatem ibi et inde faciendam sicuti de vestro proprio hac libero alodio sine obstaculo alicuius viventis persone, omnibus nostris vocibus et racionibus et successorum nostrorum in perpetuum extinctis. Et si aliquo iure scripto vel non scripto sive aliqua exceptione in futurum huic contractui obviare poterimus illi iuri omnino renunciamus. Et propter hanc vendicionem fatemur numerando accepisse a te Bernardo, abbate, et a tuis sociis de bonis vestri monasterii ·xv· solidos Barchinonensis. Siquis hoc rumpere voluerit non possit, set sola presumptione in duplo componat, salva tamen quarta parte decime Guillemi de Ulmela.

Actum est hoc honas decembris anno ab Incarnatione Domini ·M^o.C^o.II^o.

Sig+num Petri Bonidiei, sig+num uxoris sue Puculule, qui hoc laudant et firmant firmareque rogant.

Sig+num Guillelmi de Pontils, sig+num Guillelmi de Ulmela, sig+num uxoris eius Berengarie, sig+num Berengarii Compaing, sig+num Arnaldi Sancii, sig+num Berengarii Sancii, qui huius rei testes fuerunt.

(signe) Raimundi, monachi et levite, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

434

1202, desembre, 26

Esponsalici que atorga Guillem de Conill a la seva esposa Ermessenda el dia de les noces. Li fa donació de l'honor —la propietat, més la meitat de tot el dret i jurisdicció— de la Celada, situada al terme de Mediona, a la Torre de Puigmoltó, i de tot el que pugui adquirir en el futur en aquest lloc, perquè la posseeixi com a dona principal i potent durant tota la seva vida i perquè una vegada morta reverteixi als fills del matrimoni. I en el cas de morir sense fills procreats del matrimoni, l'honor i els drets retornarien als seus parents més pròxims, als quals ara ja els hi deixa de paraula i per testament. Guillem de Conill també atorga el dot a la seva esposa Ermessenda. Li fa donació de la dècima part de tots els béns mobles i immobles que posseeix i

dels que pugui arribar a adquirir. Imposa la pena que qui vulgui contrariar aquesta donació pagui una lliura d'or i mana que aquest acte sigui ferm per sempre.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2769, núm. 17. Original.

Sit notum cunctis quod ego Guillelmus de Cunies, dono tibi Ermessendi, mee sponse, per tuum sponsalicium ad diem nuptiarum omne qui modo habeo et habere debeo in termino de Midiona, apud Turrim de Podiomolto, scilicet, honorem et avere et medietatem tocuis mei directi honoris de ipsa Celada et omne qui in antea, Deo largiente, ubique locorum adquisiero. Quod iam dictum superius scriptum tu, vel homo per te, habeas, teneas, possideas et expletes secure et potenter omnibus diebus vite tue, et post obitum tuum hoc iam dictum sponsalicium revertatur infantibus ex me in te procreatis. Quod si infantes ex me in te procreati superstites non fuerint, post obitum tis, iam dicte Ermessendis, hoc prephatum sponsalicium revertatur mihi vel meis propinquis vel cui dimisero verbis aut testamento. Et si aliquis homo vel femina voluerit trahere ex tuo posse in vita tua, hoc prelibatum sponsalicium, non habeat licitum nec valeat facere donec tibi vel tuis amicis prius per te dedisset ·M· solidos bone monete Barchinone curribile, set tamen habeas tu in hoc sponsalicio ad obitum tuum ·ccc· solidos denariorum ad tuam voluntatem faciendam. Siquis hoc fregerit in duplo componat et in antea hoc maneat firmum.

Actum est hoc ·VII· kalendas ianuarii anno ·M·CCII· Dei Incarnationis.

Sig+num Guillelmi de Cunies qui hoc laudo et firmo testesque firmare rogo.

Sig+num Petri de Cunies, sig+num Berengarii, fratrum eius, sig+num Berengarii de Galiza, sig+num Berengarii Sancti Iohannis, huius rei testium.

Conditor omnium Deus, cum in mu<n>di initio cunctum creasset ex nichilo, ex osse viri dormientis formam fecit mulieris, ex uno duos faciens, duos unum esse debere monstrare ipso testante. Relinquet homo patrem suum et matrem et adherabit uxori sue et erunt duo in carne una. Quapropter, in Dei nomine, ego Guillelmus, amore creandorum filiorum, elegi mihi sponsam assumere nomine Ermessendem et facio ei dotem vel donacionem decime partis mee omnium rerum mearum mobilium et immobilium, que in presenti habeo vel in antea, Deo largiente, ubique locorum adquisiero. Si quis contra hanc dotem venerit pro inrumpendum nil ei valeat, set

pro sola presumptium libram ·I· auri cocti componat, et in semper hec dotis scriptura firma permaneat.

Actum est hoc ·VII· kalendas ianuarii anno ·M·CCII· Dei Incarnationis.

Sig+num Guillemi de Cunies, qui hoc laudo et firmo.

Sig+num Berengarii de Galiza. Sig+num Berengarii Sancti Iohannis.

435

1203, febrer, 17

Maria, el seu marit Bernat de Miramon i els seus fills Guillem, casat amb Genera, i Bernat venen, per tretze sous barcelonesos, a l'abat Bernat d'Àger i al monestir de Santes Creus, dues sorts de terra al terme del castell de Selmella, a la partida del riu Despets, perquè la posseïxin en alou, amb tots els drets, a excepció de la quarta part del delme, que Guillem de Selmella reté per a ell mateix, senyor natural dels esposos Maria i Bernat de Miramon.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2769, núm. 18. Original.

Sit notum cunctis quod ego Maria, uxor Bernardi de Miramon, et ego Bernardus de Miramon, vir eius, et ego Guillelmus et ego Bernardus, filii eorum et ego Generia, nurus eorum et uxor predicti Guillelmi, filii eorum, nos omnes simul per nos et per omnes nostros, bona fide et sine dolo, cum consilio et assensu et voluntate dominorum nostrorum Guillelmi de Olmella et Guillelmi de Pontils, vendimus et donamus, sine omni retentu, in perpetuum, domino Deo et beate Marie et tibi Bernardo, abbati monasterii de Sanctis Crucibus, et fratribus eiusdem loci, presentibus atque futuris, scilicet, duas sortes terre, que sunt in termino castri de Olmella, in loco vocitato Rivo Despets, sicut eas melius habemus et habere debemus aliquo iure vel ratione. Et affrontat una sors, que superior est, ab oriente in predicto rivo Despets et de occidente in alodio de Sanctis et de circio et de aquilone in honore de Sanctis Crucibus; secunda sorts affrontat ab oriente in predicto rivo Despets, ab occidente in alodio Petri de Rivo Polli, de circio in alodio Bernardi Companni, de aquilone in alodio de na Vallessa. Quantum iste affrontaciones abiunt et termini claudunt, sic damus vobis predictis fratribus de Sanctis Crucibus, predictas sortes terre libere et quiete, cum ingressibus et egressibus suis et cum omnibus terminis et pertinenciis eius, que ei pertinent vel pertinere debent ad omnes

voluntates vestras in perpetuum faciendas, sicut de vestro proprio et libero alodio, sicut melius dici vel intelligi potest ad vestrum profectum et salvamentum. Et promittimus et convenimus Deo et vobis hoc totum, sicut hic scriptum est, attendere et servare bona fide et sine omni malo ingenio. Et contra hanc vendicionem non veniemus, nec homo vel femina¹ arte vel consilio nostro, set semper fideles garentes de predicto honore contra omnes homines vel feminas erimus vobis. Et est manifestum, quod propter hunc predictum honorem dedistis nobis de bonis monasterii vestri ·XIII· solidos Barchinonensis, de quibus sumus bene paccati ad nostram voluntatem.

Actum est hoc ·XIII· kalendas marcii anno Domini ·M^o·CC^o·II^o·.

Sig+num Marie, sig+num Bernardi de Miramon, vir eius, sig+num Guillelmi, filii eorum, sig+num Bernardi, filii erorum, sig+num Ianuarie, nurus eorum et uxor Guillelmi, filii eorum, nos omnes simul, qui hoc laudamus et firmamus testesque firmare rogamus.

Sig+num Guillelmi de Olmella, qui hoc laudo et firmo, salva quarta parte mea decimi. Sig+num Guillelmi de Pontils. Sig+num Arnaldi Sancii. Sig+num Bernardi Companni. Sig+num Petri Bondia.

Sig+num Guillelmi de Lemovicis, qui hoc scripsit die et anno quo supra, cum litteris rasis et emendatis in ·VIII^a· linea.

1. *Interlineat: femina.*

436

1203, febrer. Barcelona

El rei Pere el Catòlic concedeix, a perpetuïtat, a l'abat Bernat d'Àger i al monestir de Santes Creus tres mitgeres i mitja de blat i d'ordi censuals, les que Ramon d'Anglesola donava al rei de cens per les tres sorts de terra que tenia del monarca a Puigconill, al terme de Tàrrega.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2770, núm. 1. Original.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2770, núm. 2. Trasllat de 29 de desembre de 1210 (*Hoc est translatum fideliter factum ·IIII· kalendas ianuarii anno Domini ·M·CC·X·*) fet per fra Arnau de Sant Hilari (*Frater Arnaldus de Sancto Ylario, hoc translatum fideliter scripsit cum literis rasis et emendatis in ·VIII^a· linea et hoc (signe) fecit*).

C: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2770, núm. 3. Trasllat de 8 d'abril de 1235 (*Hoc est translatum fideliter*

factum ·VI· idus aprilis anno Domini ·M·CC·XXXV·) fet per fra Berenguer dez Canós (Frater Berengarius Dezcanos, hoc scripsit et hoc sig(signe)num fecit die et anno prefixis).

Manifestum sit omnibus quod ego Petrus, Dei gratia, rex Aragone et comes Barchinone, dono, laudo et concedo atque offero Deo et Beate Marie de Sanctis Crucibus et tibi Bernardo, abbati, et conventui eiusdem loci, ob remedium anime mee et parentum meorum, illas tres migerias et mediam frumenti et ordeï censuales, quas Raimundus de Anglerola dabat et faciebat mihi et meis, pro censu de illis tribus sortibus terre, quas tenebat per me apud Tarregam, in loco vocato Podio Cunil, quam censum totum integriter et dominium totius prefati honoris, sicut melius habeo et habere debeo, dono et concedo predicto monasterio in perpetuum. Et ut melius dici vel intelligi potest de meo iure et dominio in suum trado dominium et potestatem in perpetuum ad omnem suam voluntatem inde faciendam, per proprium et franchum alodium, sine meo meorumque retentum.

Datum apud Barchinonam mense februaryi anno Domini ·M^o·CC^o·II^o·.

Sig(signe)num Petri, regis Aragone et comitis Barchinone, qui hoc laudo et firmo firmarique rogo.

Signum (signe) Bernardini. Signum (signe) Iohannis de Berix, domini regi notarii.

Sig+num Guillelmi de Corrone, domini regis notarii, qui hoc scripsit mandato eius, mense et anno quo supra.

437

1203, abril, 1

Ermessén, amb el consentiment del seu marit Paratge, ven la vinya que té al terme de Montalbà a Guillem d'Oliveres per dos-cents sous barcelonesos.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2770, núm. 4. Original.

Notificetur cunctis quod Ermesenda cum voluntate viri mei Paratge, pro nobis et nostris, venditores sumus tibi Guillelmo de Oliveres et tuis et tue progeniei in perpetuum, videlicet, ·I^a· vinea cum terra in qua est fundata, quod habemus in termino Montis Albi, contiguam tenere ipsum, a secunda Petrum de Riber, a tercia Bernardum de Balagaro, a quarta Vidiano. Sicut affrontatur et

terminatur predictam vineam cum terra in qua est fundata, sic vendimus tibi et tuis, cum ingressibus et egressibus et cum omnibus melioramentibus, quibus ibi facere poteritis, sive cum omnibus iuribus ibi continentibus, francha et libera, absque omni nostro nostrorumque retentu et servitute, sicut melius dici vel intelligi potest tuo tuorumque proficuo per precium ·CC·XX solidos Barchinonensis, unde a te bene paccati sumus. Et si amplius valet ab hoc preciu totum tibi et tuis in donatione damus et a nostro nostrorumque iure et dominio eicimus et in tuum ius ac potestate tradimus tue voluntati, deinde guirentes et defensores esse convenimus contra omnem personam perhenniter. Ego prefata Ermesenda renuncio omnem consuetudinem legis nove ac veteri et omnem auxilium legum et decretorum, quod contra prescripta vendicione nec meis valere non possit, et iuro cum meis propriis manibus per Deum et super sancta quatuor Evangelia, quod deinceps contra ista vendicione non veniam per voces exovario neque per ullas voces et si fecero nichilus valoris mihi fuisset et faciam tenere et habere in pace perhenniter.

Actum est hoc kalendas aprilis ab Incarnatione Domini ·M·CC·III.

Sig+num Ermesende, sig+num Paratge, sig+num Petri, sig+num Orondini, filios nostros, nos qui hoc fecimus scribere testibusque firmare rogavimus.

Sig+num Guillelmi de Rocheta. Sig+num Stefani de Cahorz.

Guillelmus de Malgrad qui hoc scripsit mandato G<uillelmi> de Tarraga et (signe) fecit.

438

1203, maig, 10

Bernat, clergue de Vilafranca, dóna a l'abat Bernat d'Àger i al monestir de Santes Creus, de la renda de la casa que té a la ciutat de Lleida, trenta sous barcelonesos que s'hauran d'emprar per la pitaça de la comunitat el dia del Sant Sopar. De la quantitat restant de la renda en podrà gaudir durant tota la vida, però quan mori revertirà, íntegrament, a Santes Creus per a la manutenció dels monjos.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2770, núm. 5. Original.

Omnibus audientibus et videntibus sit semper manifestum quod ego Bernardus, clericus de Villafranca, bono animo et volun-

tate, et eo ut Deus sit misericors anime mee et parentum meorum, dono, laudo et omni tempore concedo domino Deo et venerabili domui Sanctarum Crucum, tale, scilicet, donum, quod de illis meis exitibus, quas habeo cum predicta domo in civitate Ylerdensi, semper dentur et constituentur ·xxx· solidos Barchinonensium, omni conventui, predicte domus, annuatim in cena Domini pro pietantia. Aliud vero quod residuum fuerit illarum mearum exituum, detur et tradatur mihi omnibus diebus vite mee, ad diem vero obitus mei illud residuum predictarum exituum, detur omni tempore annuatim in pietantia predictae domus conventui. Et decetero non possim meam mutare voluntatem, set omni tempore firmum permaneat. Et conventus predictus teneantur de precare Deum pro me.¹

Actum est hoc ·vi· idus madii anno Domini ·M·CC·III·.

Sig+num B<ernardi>, clerici de Villafranca. Sig+num Berengarii, presbiteri, testis. Sig+num Ferrarii, presbiteri.

Sig+num Bernardi, abbatis de Sanctis Crucibus. Sig+num Petri, subprioris.

Sig+num Arnaldi, operarii.

Iacobus, levita, qui hoc scripsit precepto B<ernardi>, clerici de Villafranca, die et anno quo su(*signe*)pra.

1. Et conventus predictus teneantur de precare Deum pro me, al document és a continuació de la datació. Hem cregut convenient posar-ho abans.

439

1203, maig, 31

Ramon Alamany, per ell i els seus successors, de bona fe i sense engany, concedeix, a perpetuïtat, a Santa Maria de Santes Creus, al seu abat Bernat d'Àger i als monjos del monestir, l'honor de Queralt, pròxima a la granja de Fontscaldetes. Per aquesta donació rep seixanta sous i un pollí dels béns del monestir.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2770, núm. 6. Original.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2770, núm. 8. Original.

C: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2770, núm. 7. Trasllat 1225 fet per fra Arnau (*sig(signe)num frater Arnaldi qui hoc translatum scripsit [±2] anno Domini ·M^o·CC^o·XXV*). Conservació deficient, gairebé no es pot llegir.

D: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2770, núm. 9. Trasllat d'1 de maig de 1232 (*Hoc est translatum fideliter factum kalendas mai anno Domini ·M·CC·XXXII·*) fet per fra Berenguer dez Canós

(Frater Berengarius Dezcanos, presbiter et monachus, hoc translatum scripsit et hoc sig(num)um fecit die et anno prefixi).

Cit. FORT, El senyoriu...

Sit notum cunctis quod ego Raimundus Alamanni per me et per omnes successores meos, bona fide et sine dolo, laudo et concedo, solvo et diffinio, sine ullo retentu in perpetuum, domino Deo et Beate Marie de Sanctis Crucibus et tibi Bernardo, abbati, et fratribus eiusdem loci, presentibus atque futuris, scilicet, totum illum honorem qui est ab illo Alto Chero, in quo crux est sculpta, qui est in illa sponna de rivo Despets, usque in aquam de rivo Despets, et sicut ascendit per rivum Despets usque ad laboraciones vestras, que se tenent cum via Captivaria, et de sursum per planum a predicto Alto Chero, sicut transit in directo per illas combas de Armentera et vadit ad viam publicam, que vadit a predicto monasterio de Sanctis Crucibus, versus grangiam vestram de Fontibus Calidis usque ad predictam Captivariam viam. Hoc autem totum promitto et convenio Deo et vobis iam dictis fratribus attendere et servare sine omni malo ingenio, sicut superius scriptum est, sicut melius dici vel intelligi potest ad vestrum salvamentum. Et ero vobis semper fidelis gares, protector et defensor contra omnes homines vel feminas de predicto honore, ut illum vobis faciam vobis habere et tenere et expletare libere et quiete, sicut pace, sicut vestrum proprium alodium. Et es sciendum quod propter hanc difinicionem et absolutionem dedistis mihi de bonis monasterii ·LX· solidos et unum rocinum.

Actum est hoc ·II^o. kalendas iunii anno Domini ·M^o.CC^o.III^o.

Sig+num Raimundi Alamanni, qui hoc laudo et firmo testesque firmare rogo. Sig+num Berengarie, matris eius. Sig+num Guillelmi de Cervilione. Sig+num Arnaldi de Meralliis.¹ Sig+num A<rnalli> de Saus, cellerarii. Sig+num fratris Guillelmi de Biterris. Sig+num fratris Poncii de Sauc.

Sig+num Guillelmi de Lemovicis, qui hoc scripsit die et anno quo supra, cum litteris rasis et emendatis in penultima linea.

1. B: Miralliis, D: Miralis.

440

1203, agost, 30

Saurina de Claramunt, muller de Ramon de Guàrdia, dóna i ven el mas de Corts a Santes Creus per cent sous de diner. Ramon de Castellar l'havia donat a Santes Creus i havia pertangut a Ramon de Castellar el Vell. A més, juntament amb aquesta venda lliura la parellada de les Vinyes Planes a l'abat Bernat d'Àger.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2770, núm. 10. Original.

Sit notum cunctis quod ego domina Saurina de Claromonte et vir meus, Ramundus de G<u>ardia, nos in simul, bono animo atque bona voluntate, laudamus et concedimus domino Deo, sancte Marie¹ et ad cenobium Sanctis Crucibus et ad conventum et ad suis habitantibus, usque in perpetum, illum mansum de Cortes, cum suis pertinenciis et suis iacenciis, quod Ramundus de Castelar dimisit et concedit pro sua anima ad iam dictum cenobium et sicut Ramundus de Castelar, vetus, et sue proenie tenebat et habebat et possidebat per nos. Et adhuc laudamus et concedimus ad iam dictum cenobium ipsam parielatam de Vineas Planas per qualicumque rationem potuero habere. Sicut laudamus et concedimus vobis iam dictum mansum, in tali condicione ut nos nec proenie nostre non faciamus nec inquiramus ne ademimus nullam rem a grate ne a forza in iam dicto manso ne in suis pertinenciis et de nostro iure in vestro libero ad vestrum proprium alodium et francum et liberum ad omnes vestras voluntates faciendas. Et ego domina Saurina et vir meus R<aimundus> de G<u>ardia per ipsum laudamentum ut facimus, accepimus ·c· solidos de dicto cenobio Sanctis Crucibus cum nostriis propriis manibus. Siquis homo vel femina qui voluerit disrumpere in duplo componat et postera firmum permaneat semper in tempore.

Actum est ·III· kalendas setembris anno ·M·CC·III· ab Incarnatione Domini.

Sig+num Saurine de Claromonte. Sig+num Ramundi de G<u>ardia. Sig+num Berengarii Buschet, baiulus. Sig+num G<u>illelmi de Falcs. Sig+num A<rnaldi> de Vide. Sig+num Poncii de Petri. Sig+num P<ere> de Petri.

Petri, presbiteri de Catreprino, qui hoc scripsit die et anno (signe) quod supra cum literis suprapositis in linea ·III·.

1. *Interlineat: Sancte Marie.*

441

1203, octubre, 19

Guillem de Pere Bord fa donació del seu cos i de la seva ànima al monestir de Santes Creus. Deixa manat que a partir d'aquest moment ningú tingui llicència per donar el seu cos a cap orde menor ni major conventual, ni mudar el seu desig de lliurar-se a Santes Creus. Per aquest motiu lliura a l'abat la meitat de tots els seus béns mobles i una peça de terra que té al terme de l'Esplugu de Francolí, anomenada el Prat. L'abat Bernat d'Àger, el prior Ramon i el subprior Arnau prometen rebre'l com a germà de la comunitat, i el dia de la seva mort sebollir-lo al cementiri del cenobi.

[A]: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2770, núm. 13. Trasllat (*Hoc est translatum quod ab originali suo per alfabetum diviso fideliter est translatum*) fet per Berenguer Dezcanós el [...] de 1230 (*Frater Berengarius Dezcanos, presbiter et monachus, hoc translatum scripsit et hoc signum [± 8] anno Domini ·M^o·CC^o·XXX^o*). Atacat pels fongs, presenta dificultats de lectura en algunes zones.

Notum sit cunctis quod ego Guillelmus Petri Bord, bono animo et spontanea voluntate, dono et offero corpus et animam meam domino Deo et beate Marie et venerabili domui de Sanctis Crucibus in vita et in morte, ita quod deinceps non habeam licenciam dandi neque mutandi meipsum ad ullum alium ordinem minoris neque maioris religionis nisi predicte domui. Et propter anime mee salutem et omnium parentum meorum dono dicte domui post obitum meum medietatem omnium mearum rerum mobilium ubicumque sint et quandam peciam terre quam habeo in termino Spelunce de Francholi, que dicitur Pratum. Et habet affrontaciones ex una parte in dominicatura G<uillelmi> Montis Pavonis et ex alia in fonte et ex aliis duabus sicut aque vergunt. Et filii neque filie legitimi neque naturales a me procreati vel procreandi neque aliqua persona dicta donacionem modo neque in posterum aliquo iure nec aliqua ratione diminuere nec infringere possit set firma et stabilis semper permaneat. Et ego B<ernardus>, abbas de Sanctis Crucibus, et ego R<aimundus>, prior, et ego A<rnaldus>, subprior, recipimus te Guillelmum iamdictum in confratrem et participem et habitum fratris quandocumque volueris secundum formam nostri ordinis tibi dabimus [±4] vestra te pervenerit, si cum eius expensis corpus tuum ad monasteri nostrum defferri non poterit, nos cum [± 8] de Francholi usque ad domum nostram defferri faciemus et in cimiterio nostro sepeliemus.

Quod est actum ·XIII· kalendas novembris anno Domini ·M^o·CC^o·III^o·.

Sig+num B<ernardi>, abbatis de Sanctis Crucibus. (Signe) fratris Raimundi, prioris. (Signe) Arnaldi, subprioris.

Sig+num Guillelmi Petri Bord, qui hoc laudo et firmo testesque firmare rogo.

Sig+num B<ernardi> de Cappraria, sig+num Petri de Aquilone de Capra, isti sunt testes huius rei visores et auditores.

Bertrandus, qui hoc scripsit, cum literis suprapositis in ·v^a· linea et hoc (signe) fecit die et anno quo supra.

442

1203, octubre, 27

Guillem, vescomte de Cardona, per ell i pels seus successors, per la salvació de la seva ànima i de la dels seus pares, dóna a Bernat d'Àger, com a abat de Santa Maria de Santes Creus, el delme de totes les possessions de Ramon Joan, situades a Montblanc.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2770, núm. 11. Original.

Notum sit scire presentibus quod ego Guillelmus, Dei gratia, vicecomes de Cardona, per me et per omnes meos successores et pro salute anime mee et omnium parentum meorum dono et offero et modo in presenti trado Deo et Beate Marie de Santis Crucibus et eidem monasterio in perpetuum et in manu Bernardi, abbatis, scilicet, omnem decimam tocuis possessionis Raimundi Iohannis, quam modo habet vel habere debet in castro de Montis Albi et infra terminos eis, et omne ius, quod in ipso Raimundo Iohanne et successoribus suis, in cunctis rebus,¹ habeo vel habere debeo qualicumque ratione, preter directum firmare si querimonia facta fecerit racionabiliter de eis. Tali autem pacto hanc donacionem facio predicto monasterio et fratribus eiusdem loci, tam presentibus quam futuris ut ipsi firmiter habeant et possideant predictam decimam, cum omni alio iure, sicut superius continetur, potenter et quiete per liberum alaudium ad omnes voluntates suas omni tempore ibi et inde faciendas, sicut melius dici et intelligi potest ad voluntatem predicti monasterii sine contradictione mei meorumque. Siquis hoc infringere voluerit non valeat set in duplo componat.

Actum est hoc ·VI· kalendas novembris anno ab Incarnatione Domini ·M^o·CC^o·III^o·.

Sig+num Guillelmi de Cardona, vicecomitis, qui hoc laudo et firmo. Sig+num Raimundi Fulconis, fillii eius. Sig+num Arnalli Baiuli. Sig+num Berengarii de Villa Francha. Sig+num Guillelmi de Monte Pavone. Sig+num Guillelmi de Castro(?) Solito. Sig+num Berengarii de Villa Francha, iunioris.

Petrus, presbiter, notarius publicus domini Guillelmo, vicecomite Cardone, qui hoc scripsi cum literis suprapositis in ·VIII^a. linea tali signo firma (signe) vit.

1. *Interlineat: in cunctis rebus.*

443

1204, febrer, 4

Berenguer Bertran i la seva esposa Bonastre, juntament amb els seus fills, Berenguer i Arnau, disposen que mentre visqui Berenguer Bertran donin al monestir de Santes Creus dotze diners anuals de cens de la renda de la casa que tenen a Montblanc, propera a l'església de Santa Maria, en reconeixement de la tinença, i que després de la seva mort, lliurin, a perpetuitat, cinc sous anuals de cens al cenobi. Per si de cas es vengués la casa estableixen a favor de Santes Creus el dret de fadiga en trenta dies perquè els monjos la puguin adquirir pel mateix preu que el comprador.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2770, núm. 12. Original.

In Dei nomine. Sit notum cunctis quod ego Berengarius Bertrandus et ego Bonastre, uxor eius, et ego Berengarius et ego Arnaldus, filii amborum, nos omnes simul per nos et per omnes successores nostros, bona fide et sine dolo, bono animo et spontanea voluntate, pro remedio animarum nostrarum, donamus et offerimus, laudamus et concedimus domino Deo et Beate Marie de Santis Crucibus et tibi Bernardo, abbati, et fratribus eiusdem loci presentibus atque futuris, ut habeatis super domum meam que est apud Monte Album, iuxta ecclesiam Sante Marie ·v· solidos ad obitum meum, et post obitum meum et de inceptis quinque solidos anuatim pro censu et quamdiu vixero ·xii· denarios pro recognitione et tenedone annuatim. Affrontat in via que transit inter domum predictam et ecclesiam Sancte Marie. Hoc autem totum sicut superius scriptum est promittimus et convenimus Deo et vobis iam dictis fratribus attendere et servare plenarie et integriter omni

tempore, salvis directis dominorum meorum, et esse fideles garentes de predicto censu contra omnes homines vel feminas semper, ut illum faciamus vobis habere et tenere libere et quiete sine ulla contradictione in pace, et non valeamus, predictam domum, vendere aud donare vel alio modo alicui persone alienare, nisi prius in vobis¹ iam dictis fratribus per .xxx^a. dies fuerimus fadigati et tunc per tantum quantum alius ibi dare voluerit, per omnibus hominibus predictam domum habere possitis si volueritis. Terminus persolvendi predictum censum anuatim erit in festo Sancti Micahelis.

Actum est hoc .ii^o. nonas februarii anno Domini .M^o.CC^o.III^o.

Sig+num Berengarii Bertrandi, sig+num Bonastre, uxoris eius, sig+num Berengarii, filii eorum, sig+num Arnaldi, filii amborum, nos omnes pariter, qui hoc simul laudamus et firmamus testesque firmare rogamus.

Sig+num Petri de Aquilone de Capra. Sig+num Petri Mironis de Capra. Sig+num Bernardi de Villafranca.

Sig+num Guillelmi de Lemovicis, qui hoc scripsit die et anno quo supra, cum litteris suprapositis in .vi^a. et in .x^a. linea.

1. *Interlineat*: in vobis.

444

1204, juny, 2

Testament de Bernat, clergue de Vilafranca. Deixa a Santes Creus seixanta sous.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2770, núm. 14. Original.

In Dei nomine. Ego Bernardus, clericus de Villafranca, habens infirmitatem, facio meum testamentum, propter timorem mortis, in meo pleno sensu et memoria, in quo meos eligo manumissores dominum, scilicet, abbatem Sanctarum Crucum, dominum prepositum ecclesie Terrachonensis, Raimundum de Castro Veteri et Raimundum de Podio, nepotem meum, quos rogo ut, si mors mihi contigerit antequam aliud faciam testamentum, ipsi sint distributores omnium rerum mearum, mobilium et immobilium, ut in hoc testamento invenerint ordinatum. Primo dimitto corpus meum ad sepeliendum monasterio Sanctarum Crucum, cum illis .M. solidos, quos olim acomodavi dicte domui et sui conventui¹ in quodam empcione Ylerde, quam cum eis feci et cum meis eximentis mihi pertinentibus illius empcionis, scilicet, .LX. solidos, quos mihi debent

ex mea parte empcionis, dari qui ita, scilicet, sint divisi annuatim in Cena Domini omni tempore dentur conventui dicte domus Sanctarum Crucum pro pietate ·xxx· solidos et alios ·xxx· solidos annuatim in festo Pentecostes. Et post obitum meum, istos ·xxx· solidos Pentecostes, quos modo constituo, sint omni tempore mutati ad illum die obitus mei et sint dati pro pietate et convivio dicto conventui annuatim semper pro illo die. Itemque dimito predicte domui Sanctarum Crucum omnes meas oves, quas habeo ad Anchoses et ·cc· solidos, quos mihi debet prepositus Terrachonensis et unam maiorem foveam plenam ordeï que tunc ibi fuerit in meo hospicio et mulum et enselamentum, cum Abdelano, qui sit liber cum ·xx· mazmutinis, quas tribuat dicte domui, et unum tapitum, scilicet, maiorem et unum lectum completum de meliori copertorio, quod tunc fuerit in meo hospicio, et de chocera et chapciali et lanciolibus. Adhuc dimito predicte domui omne meum staticum in quo habito, quod est intus ianuam maiorem et cellarium cum solario, quod est superius, et meum mansum de Vallemolli, cum omnibus suis pertinentiis, ut melius habeo, teneo et habere debeo, voce emptionis² mee, salva donacione hospitalis Villefrance. Et accipio ·lx· solidos, de quibus necessaria fiant mee sepulture facta, quod staticum prefatum et mansum de Vallemolli teneat et habeat R<aimundus> de Podio, nepos meus, pro predicta domo Sanctarum Crucum omnibus diebus tantummodo vite sue, de quibus ille vivens faciat censum dicte domui ·ii· mazmutinas annuatim in festo Sanctorum Omnium, pro tenedone istius honoris; post obitum autem eius dictum staticum et mansus prefatus solvatur et liberetur dicte domui Sanctarum Crucum statim sine impedimento aliquo et retencione aliqua alicuius persone. Dimito hospitali de Villafranca illos ·v· solidos censuales ·R<aimundi> de Colle, quos mihi debet dare, et illos ·v· solidos censuales Poncii Vituli, et quandam butigam, quam teneo pro domino rege, iuxta butigam R<aimundi> Reger, et illum honorem predicti mansi de Vallemolli, qui est super viam que exiit de Vallemolli et tendit ad Sanctam Dignam, et ·ii· lectos completos et unam ollam coderis. Dimito operi Sancte Marie de Villafranca ·l· quartarias ordeï et vinum tantummodo illius tone, que est ad anglum cellarii prefati, et dimito eidem ecclesie illam empcionem, quam feci a baiulo regis et castellanis Villefrance, que est iuxta ortum predicte ecclesie et illam empcionem, quam feci a Petro de Torrentibus et quodam nepote suo et omnes libros meos in quocumque loco³ sint. Dimito Sancto Michaeli Olerdule ·l· quartarias ordeï ad faciendum unum librum de legenda. Dimito

B<ernardo> de Villafranca, nepoti meo, meum mansum de Charivem cum omnibus suis pertinentiis et meas domos, que sunt intus in Villafranca ad capud platee, a profundo abissi usque ad celum. Dimito Petro de Villafranca, fratri meo, istum sarracenum, qui vocatur Almazor. Dimito domino episcopo, qui venturus est in ecclesiam Barchinonensem, .L. solidos de illis .c. solidos, quos debet mihi archidiaconus Barchinonensis et dimito dicto archidiacono alios .L. solidos. Dimito .v. pauperibus viduis, .xx.v. quartarias ordeï comuniter pro elemosina. Dimito Ferrario, clerico, .xx. quartarias ordeï et alias .xx. quartarias Berengario, clerico, et meas vestes comuniter, preter meam chapam blavam, quam dimito Iacobo, cum .x. quartarias ordeï, et Berengario Pilicer,⁴ alias .x. quartarias ordeï, quod ordium recipiat familia mea de illa fovea, que est ante scribaniam; et si illud ordium non sufficeret acciperent defectum de annona, que est intus ianuam maiorem. Omnia alia mobilia et immobilia que habeo in meo hospicio, vasa, scilicet, vini et ordium et omnes alias res, dimito totum Raimundo, nepoti meo, cum statico, quod est extra ianuam maiorem, quod habeat per alodium franchum, a profundo abissi ad celum, ad omnes suas voluntates faciendas, ut melius ego habeo et habere debeo, et sarracenam meam, nomine Maimonam, salvis donacionibus superius iam scriptis. Adhuc dimito predicto Berengario, clerico, illum censum, quem mihi debet dare pro illo soldo terre quod ei olim constitui iuxta soldum terre, quod tenet Poncius Vituli per me. Si vero forte Bernardus de Villafranca, nepos meus, non redierit vel obierit de illo itinere, in quo est illam donacionem, quam ei facio, dimito Guillelmo, fratri suo. Mando et volo quod R<aimundus> de Podio persolvat .xxx.v. solidos, quos debeo.

Actum est hoc .iiii. nonas iunii anno Domini .M.CC.III.

Sig+num B<ernardi>, clerici de Villafranca, qui hoc testamentum facio et firmo. Sig+num Raimundi de Podio. Sig+num Ferrarii, presbiteri. Sig+num Bernardi, abbatis de Sanctis Crucibus. (Signe) Fratris Raimundi, prioris. Sig+num Petri, sacriste de Sanctis Crucibus. Ego Raimundus, Terrachone prepositus (signe). .SSS. Guillelmi, operaris de Sanctis Crucibus. S(signe) Arnaldi, levite. Signum Arnaldi, scholaris (signe). Sig(signe)num Guillelmi, castellani.

Iacobus, levita, qui hoc scripsit mandato dicti B<ernardi>, clerici, de Villafranca, cum literis rasis emendatis in xi^a. linea in duobus locis et in xx^a.iii. et in <xx>.iiii. et superscriptis in xviii^a. die et anno quo (signe) supra.

1. Sobreposat conventui després d'una raspadura al pergami. 2. Sobreposat emptionis sobre el raspat del pergami. 3. Interlineat: loco. 4. Sobreposat Pelicer sobre una raspadura.

445

1204, juny, 23

Bernat de Lavit, la seva esposa, Ermessenda, i el fill d'aquesta, Arnau de Tamarit, per la salvació de la seva ànima i de la dels seus avantpassats, de comú acord, lliuren definitivament la part del delme que els pertany de la granja monacal de Montornés a l'abat Bernat d'Àger i al monestir de Santes Creus.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2770, núm. 15. Original. En mal estat de conservació. Tinta esvanida, la qual cosa dificulta la lectura.

Noverit cunctore posteritas quod ego Bertrandus de Çavit et uxor mea Ermesendis et ego Arnaldus de Tamarit, filius dicte Ermesendis, nos in simul per nos et per omnes nostros, propter animarum nostrarum salutem et omnium parentum nostrorum, relinquimus et absolvimus perhenni solutione, domino Deo et beate Marie et venerabili monasterio de Sanctis Crucibus et vobis domino Bernardo, abbati eiusdem loci, et omnibus successoribus vestris et fratribus dicti monasterii, presentibus atque futuris, quicquid usque in presentem diem accepistis et quicquid per hunc presentem annum et per sequentem alium accepturi estis nostre partis decimarum grangie vestre de Montornes, scilicet, illius pignoris Guillelmi de Monte Olivo, tali, videlicet, pacto quod vos vel fratres vestri dum dictam partem nostram illius decimationis tenueritis nobis vel nostris vel cui voluerimus in hoc presenti anno et in sequenti alio, mediam cartariam ordeï et mediam tritici pro recognitione detis. Expletis vero supradictis duobus annis quicquid ad nos pertinet super decimas dicte grangie vestre sine aliquo contradicto ut nostrum recipiamus. Et nos neque aliqua persona sub nostri neque nostrorum nomine contra prefatam difinicionem aliquo iure vel ratione venire possimus ullo in tempore. Et hoc promitimus in fide et legalitate nostra dolo omni et enganno remoto, nec valeat de cetero definicio pre taxata a persona aliqua aliquo modo infringi vel corrupti, set semper maneat stabile et firma. Propter hanc vero diffinicionem et solutionem profitemur, nos accepisse de bonis monasterii de Sanctis Crucibus triginta solidos Barchinonensis.

Quod est actum ·VIII^o· kalendas iulii anno Domini ·M^o·CC^o·III^o·

Sig+num Bertrandi de Çavit, sig+num Ermesendis, uxoris eius, sig+num Arnaldi de Tamarit, filii Ermesendis, nos in simul qui hoc laudamus et firmamus testesque firmare rogamus.

Frater Bertrandus, monachus, qui hoc scripsit et hoc (signe) fecit, die et anno quo supra.

446

1204, desembre, 13

Ramon de Montcada ven a l'abat i monestir de Santes Creus un censal de mil sous de preu i cinquanta-un sous de pensió sobre els rèdits de vuit peces de vinya a la Palomera, al terme de Lleida.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2770, núm. 16. Original.

Sit notum cunctis hominibus quod ego Raimundus de Monte Catano per me et per omnes successores meos dono, vendo et concedo domino Deo et monasterio Sanctarum Crucum et vobis Bernardo, abbati, eiusdem monasterio et omnibus fratribus presentibus et futuris ibidem de servientibus quinquaginta unum solidum et demidium qui mihi exeunt et exire debent censuales de octo peciis vinearum quas habeo in territorio Ylerde ad Palombariam. Dono inquam vendo et penitus concedo vobis supradictis et omni conventui vestro per mille solidos Barchinonensis quos omnes de vobis habui et recepi et vere paccatus sum de omnibus ad meam voluntatem, et ideo renuncio exceptum non numerate peccunie et omni excepcioni doli. Primam autem peciam tenet Petrus Garcia et facit tresdecim solidos et demidium de censu, et affrontat de duabus partibus in vinea Petri Morages et de tercia in vinea Raimundi Eservia, de quarta vero parte in carraria que vadit ad ortum de vobis conpratoribus. Secundam vero peciam tenet Andreas Texidor et facit quinque solidos de censu, et affrontat de duabus partibus in vinea Ramonil de Agremont et de aliis duabus partibus in carraria. Tercia quoque petiam tenet Petrus de Tamarit et facit quatuor solidos de censu et affrontat in brazallo qui est comunis mihi et Iordano Carnicer, et in vinea de Domingo Calvet et in vinea Arnaldi Morato, et in vinea Bernardi de Offegat. Et Domingo Calvet tenet quarta petiam et facit tres solidos et dimidium de censu et affrontat in viena de Domingo Calvet et in vinea Petri de Tamarit et un brazal et in carraria et in vinea Arnaldi Morato. Et Bernardus de Offegat tenet quinta petiam et facit quinque solidos

et dimidium de censu, et affrontat de una parte in clamore, de alia in carraria et de tercia in vinea Bernardi Vaca, de quarta vero parte in vinea Petri de Tamarit. Et P<etrus> Aragones tenet sextam petiam et facit octo solidos et tres denarios de censu et affrontat de una parte in vinea Bernardi Vaca, de alia in vinea Arnaldi de Gauders, de tercia in vinea Petri de Roda, de quarta vero parte in vinea Petri de Tamarit. Et Arnaldus de Gaudirs tenet septima petiam et facit octo solidos minus tres denarios de censu et affrontat de una parte in vinea Petri Aragones, de secunda in vinea Bernardi Vaca et de tercia in vinea Petri de Roda, de quarta vero parte in brazal de Centelles. Et octava petiam tenet Bernardus de Roffea et facit quatuor solidos de censu, et affrontat de una parte in brazal et de alia in vinea Bernardi Vaca, et de tercia in vinea de na Tapiador, de quarta vero parte in tozallo. Sciendum tamen est quod hii prenominati proceres et eorum successores faciunt et facere debent predictum censum de predictis octo peciis annuatim omni tempore in festo Natalis Domini, melioris monete curribile in Ylerda pani et vino, set Andreas Textor facit quinque solidos de censu in festivitate Sancte Marie Augusti. Totum suprascriptum censum et ius et senioraticum et districtum quod habeo vel habere debeo quo cumque modo in predictis octo peciis vinearum sicut apud dictis affrontationibus concluduntur et terminantur et in terris in quibus fundate sunt, sic dono et vendo cum presenti hac carta vobis supradictis fratribus Sanctarum Crucum et omni conventui vestro tam presenti quam futuro integre et sene ulla diminucione, atque concedo per iamdictos mille solidos Barchinonensis cum ingressibus et exitibus et melioramentis et pertinentiis. Et cum hac presenti carta totum predictum censum omneque ius et senioraticum et districtum quod in omnibus predictis octo peciis vinearum et in terris in quibus fundate sunt habeo vel habere debeo de iure meo et dominio extraho et eicio ac de mea potestate et in vestrum ius et dominium et potestatem mito et trado sine aliquo retentu meo et meorum, ut habeatis, teneatis, possideatis et expletetis in vestro proprio dominio franco et libero de omnibus hominibus et feminabus per donare et per vendere et per alienare et ad omnes vestras vestrorumque voluntates perpetuo faciendas de abisso usque in celum sicut melius dici vel excogitari potest ad comodum vestrum et salvamentum et vestrorum. Et ego et mei successores erimus vobis et successoribus vestris perpetuo guarentes legales et defenssores de omni predicta vendicione contra omnes homines et feminas. Et si predicta vendicio aliquid plus de iamdicto precio valet modo vel in antea valetbit, totum

illud quicquid sit ex mera liberalitate vobis et vestris perhenniter dono et concedo omni iure voluntate. Et si qua persona contra predictam donacionem et vendicionem venerit, laudo in presenti atque concedo vobis et vestris ut habeatis quicquid inde vobis minuunt vel fallierit in illis quindecim morabetinos de operatoriiis de Alfandac Tortose, quos modo in pacca accipitis propter laxam quam pater meus vobis fecit in testamento suo. Et ego et mei successores erimus inde vobis et vestris guarentes legales et defensores contra omnes personas.

Quod est factum idus decembris anno Domini millesimo duccentesimo quarto.

Sig+num Raimundi de Monte Catano, qui hoc gratis laudo et firmo et testesque firmare rogo.

Sig+num Raimundi Batlle, qui hoc laudo et firmo et siquid iuris vel rationis in predicta vendicione habeo vel habere debeo ulla ratione penitus absolvo et remitto supradicto monasterio Sanctarum Crucum et fratribus eiusdem per cuncta secula. Sig+num Bernardi Garner. Sig+num Iachme de Vallssegem. Sig+num Poncii de Zavit. Sig+num Petri Morages, qui ex omni hoc scripto sunt testes.

Sig+num Raimundi Iterii qui hoc cum supraaditto et dimidium in ·xii^a. linea scripsit quo supra.

447

1205, gener, 26

Bernat Hug i la seva muller Adelaida venen a perpetuïtat les cases construïdes a la vila de Montblanc a Pere Franc. Les tenen per Ramon Joan i la seva muller Guillema per dos-cents sous i vuit diners. S'estableix el dret de fadiga en deu dies.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2770, núm. 17. Original.

Notificetur conctis quod ego Bertrandus Ugonum et coniux mea Alaiz, pro nobis et pro nostris, venditoris sumus vobis Petro Franch et vestre posteritati in perpetuum vel cui dare aut dimitere volueritis, videlicet, quendas domos nostras structas et instructas, quod habemus in villa de Montis Albi, quas tenemus per Raimundum Iohannem et coniugi eius Guillelme. Dicimus quod affrontat sotal cum solarío, a prima parte, Iohannis de Rocafort, a secunda Guillelmi de Portella, a duobus partibus in viis. Cortallum cum domo, quod se tenet cooperta, est contiguam Stefanum Borsser, a secunda

parte in via, a terciã parte Iohannem Mercer, a quarta Raimundum Iohannem, sicut afrontantur, predictam staticam, structa et instructa, sic vendimus vobis et vestris, cum ingressibus et egressibus et cum iuribus ibi continentibus et cum melioramentibus, qui ibi facere poteritis, de terra usque in celum, per precium ·cc· solidos Barchinonensis, de quibus a vobis bene paccati sumus. Et si amplius valent ab hoc precio totum in donatione habeatis. Verumtamen in tali pacto vendimus vobis et vestris quod faciatis tributum annuatim festo Sancti Michaelis Septembris Raimundo Iohanni et coniux eius Guillelme ·ii· solidos Barchinonensis et ·viii· denarios, et eorum progeniei in perpetuum et non eligatis alios seniores nisi tantum eos et suis. Item de vendicione et pignore fatigam ·x· dierum in eos et suis exigatis. Et si noluerint retinere faciatis vestram voluntatem vestris consimilibus tamen, salvo iure et dominio eis eorumque a nostro nostrorumque posse et dominio eicimus et in vestrum posse mitimus vestre voluntati ut scribitur. Deinde guirentes et auctores esse convenimus contra omnem personam perhenniter. Item ego Alaiz renuncio eodem consuetudinem legis nove ac veteri, quod deinceps mihi naturaliter nequeat et iuro meis propriis manibus per Deum et super sancti quatuor Evangelia, quod deinceps contra ista vendicione non veniam ullas voces, set semper tenere et custodire faciam in perpetuum.

Actum est hoc ·vii· kalendas februarii ab Incarnatione Domini ·M·CC·III·.

Sig+num Bertrandi Ugoni, sig+num Alais, sig+num Guillelmi, filii nostri, sig+num Raimundi Iohanni, sig+num Guillelmi, nos qui hoc fecimus scribere testibusque firmare rogavimus.

Sig+num Guillelmi Ugoni. Sig+num Guillelmi de Bellapertxi.

Guillelmus de Malgrad, qui hoc scripsit mandato G<uillelmi> de Tarrega et ·SSS· fecit.

1205, gener, 26

Convinença signada entre Pere de la Sala i Guillema, filla del difunt Estrader, juntament amb el seu marit, Guillem Guasc, i llurs fills Ramon i Nina, sobre l'honor de la Palomera i altres béns que foren d'Estrader. Guillema i els seus donen a Pere de la Sala, íntegrament, les dues parts de les cases que li van vendre pel preu de cent morabatins. Renuncien a tot dret, a excepció del dret i la possessió de la tercera part.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2770, núm. 18. Original. Carta partida per ABC.

Notum sit cunctis quod ego Petrus de Sasala et ego Guillelma, filia Straderii, qui fuit, et Guillelmus Gasch, maritus meus, et Raimundus et Nina, filii nostri, facimus tale pactum et consorcium inter nos, quod in simul demandemus ipsum honorem de Palomeria, qui condam fuit datum Straderio, et omnia alia bona que fuerunt Straderii et de omne hoc quod de ipso honore et de aliis bonis, qui fuerunt de Straderio, acquirere potuerimus aliquo modo. Ego Guillelma, predicta, et Guillelmus Gasch, maritus meus, et Raimundus et Nina, infantes nostri, sine vi et absque dolo et sine metu, donamus et concedimus vobis Petro de Sasala et vestris duas partes integriter ad omnes vestras voluntates perpetuo faciendas sine aliquo vinculo vel retinimento nostro vel nostrorum et per centum morabetinos, quos omnes de vobis habuimus et recepimus pro predicta donacione et pro diffinicionem domorum, quam vobis fecimus, renunciantes excepcioni non numerate pecunie et excepcioni doli et beneficio dividende accionis, et nos habeamus inde terciam partem ad omnes nostras voluntates perpetuo faciendas et nos et nostri quisque in solidum erimus vobis et vestris inde guirentes de vestris duabus partibus contra omnes personas, excepto potestate terre sine omni vestro inganno. Et convenimus vobis et vestris per stipulacionem, quod non diximus vel fecimus, dicemus vel faciemus quod minus dicta omnia suo robore remaneant et quod contra predictis rebus aliquo iure vel racione seu consuetudine vel occasione veniemus nos vel aliqua persona arte nostra vel ingenio. Set de predicta adquissicione levemus primitus missiones et expensas a nobis inde factas et in predicto honore et in bonis que fuerunt de Straderio requirendis, damus et tradimus vobis locum et accionem nostram ut nobiscum et sine nobis illud demandare possitis ad maiorem, autem, securitatem. Ego Guillelma predicta filia Straterii, qui fuit, et ego Guillelmus, maritus eius, et ego Raimundus et ego Nina, illorum filii nostris, propriis manibus super sanctam Crucem Domini et super quatuor Evangeliam, iuramus vobis, Petro de Sasala, et vestris omnia supradicta et singula firmiter tenere et observare, quod in aliquo de predictis rebus contra non veniamus et quod in aliquo vos non decipiamus nostro sciente renunciantes omni iuri et auxilio legis consuetudinibus et decretorum. Sic Deus nos adiuvet et he Sancta .iiii. Evangelia.

Quod est actum .vii. kalendas februarii anno Domini .M.CC. quarto.

Sig+num Petri de Sasala, sig+num Guillelme, filie Straderii, qui fuit, sig+num Guillelmi Gasch, mariti eius, sig+num Raimundi, sig+num Nine, illorum filii, qui hoc firmamus et concedimus.

Sig+num Guillelmi Porcheti, sig+num Raimundi de Cerviano, sig+num Stephani de Saredorta, sig+num Iohannis de Garricis, testes.

Raimundus Dominici, qui hanc cartam scripsit et hoc (signe) fecit.

449

1205, febrer, 2

Mulet d'Aguiló i la seva dona Guillema concedeixen a la seva filla Ermessenda, per raó d'esponsalici, i per herència, i al seu marit, Guillem de la Torre, per aixovar, tot el dret que tenen del molí que posseeixen a l'estret de la Riba. També els lliuren un hort al terme de Montblanc que confronta amb la propietat de Guerau Cullerer, la via que va a Vallbona, amb Ramon de Soret i amb les cases de Bonafós. A més els atorguen les cases de Montblanc, properes al celler de la reina, els drets d'un camp, a l'altra banda del riu Anguera, i quatre-cents sous de Barcelona. En el cas de morir Ermessenda sense descendència tot ha de retornar als donants, excepte dos-cents sous per fer millores que seran del marit, Guillem de la Torre.

[A]: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2770, núm. 19. Trasllat (*Hoc est translatum fideliter translatum*) fet per Ramon, prevere, el 8 de novembre de 1205 ((Signe) *Raimundi, presbiteri, qui hoc translatum fideliter translatauit anno Domini .M^o.CC^o.V. .VI. idus novembris, cum literis suprapositis in linea .XII. ubi dicitur signum Guilleume*).

Notificetur cunctis quod ego Mulet de Aquilone et coniux mea Guillema, damus tibi filia nostra Ermessendi propter nupciarum, per partem et hereditatem tuam et viro tuo Guillelmo de Turre, pro exovar, videlicet, omne ius vestrum quod habemus in illud molendinum quod habemus ad estret de la Riba, scilicet, medietatem, salvo iure seniorum cum insula que ibi est et tendit usque ad pexeram de Munt Miran. Item damus vobis unum ortum in termino Montis Albi, iuxta Geraldum Culerer, a secunda in via, qui tendit apud Vallem Bonam, a tertia Raimundum de Soret, a quarta in domibus de Bonafos. Adhuc damus domos, que habemus in villam Montis Albi, iuxta cellarium domine Regine, a secunda Berengaria de Bor-

dello, qui iam fuit, a tertia parte in via. Item damus vobis nostros directos, quod habemus in unum campum ultra flumine Angerie, videlicet, medietatem iuxta Petrum de Bordello, a secunda Bartolomeum de Goda, a tertia parte in serra, sicut aque vergunt. Et insuper damus vobis ·cccc· solidos Barchinone. Hoc totum damus vobis et vestris, cum ingressibus et cum egressibus et cum iuribus ibi continentibus et cum melioramentibus, que ibi facere poteritis, domos ex abisso usque in celum, franchum et liberum [preter] molendinum, ita quod totum teneatis et possideatis ambo dum vixeritis et post vos habeant filios, qui inter ambobus fuerint creati procreatique. Set si forte ex ea que absit filia nostra obierit filiis deficientibus viri sui, predictam donacionem statim revertatur nobis donatoribus vel proximis nostris, nisi tantum ·cc· solidos, quos habuisset virum eius sue voluntati et melioramentis, que tunc ibi fuissent suam parte<m>.

Actum est hoc ·iiii· nonas februarii ab Incarnatione Domini ·M·CC·III·.

Sig+num Muleti, sig+num Guillelme,¹ nos qui hoc fecimus scribere testibusque firmare rogavimus.

Sig+num Raimundi Iohanni. Sig+num Bernardi de Rocheta. Sig+num Berengarii Faber. Sig+num Bernardi, filii eorum. Sig+num Guillelmi, filii eorum.

Guillelmus de Malgrad, qui hoc scripsi mandato B. de Tarrega, <hoc> ·SSS· fecit.

1. *Interlineat*: Guillelme.

450

1205, maig, 24

Guillem de Castellar i els seus fills Guillem i Bernat donen, renunciant a tots els drets, a Déu, a santa Maria i al monestir de Santes Creus —en remissió de la seva ànima i de la dels seus pares— el mas de Corts que Bertran de Castellar va oferir al cenobi santescreuenc, segons consta al seu testament, en fer lliurament del seu cos als monjos perquè el sebolleixin a Santes Creus. Al mateix temps els fan donació de la quadra de Vinyes Planes, al terme d'Orpí.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2771, núm. 1. Original. En pèssimes condicions de conservació. Falta un tros de pergami a la part superior de la carta que assenyalen mitjançant [...] en no poder llegir-ne el contingut.

Sit notum cunctis quod ego Guillelmus de Castelar et filii mei G<uillelmus> et B<ernardus>, nos in simul, bono animo atque bona voluntate, donamus et laudamus et assignamus Deo, sancte Marie et ad cenobium Sanctis Crucibus et habitantibus eiusdem loci, quos modo sunt ne in arcam erunt, pro remissione animarum nostrarum vel parentum nostrorum, illum mansum de Certeres, quod Bertrandus de Castelar habet [...] dimissit cum suo corpore et pro sua anima ad iam dictum cenobium Sanctis Crucibus in suo testamento, cum habitantibus de illo manso, cum suis tene<d>onibus et cum suis afrontacionibus et lignis et pascuis et aquis et cum omnibus rebus, quos ad illum mansum pertinent vel pertinere debent omnibus locis. Item donamus et laudamus et assignamus ad iam dictum cenobium Sanctis Crucibus et suis habitantibus quemdam quadram terre que est vocatur Vineas Planas, cum vineis et cum arboribus quod in ea sunt et in antea erunt et sicut Petrus Raunes, qui est condam, tenuit et habuit eum quadrum et sibi proienie sue et censos hodie tenent et habent in iam dictis locis, exceptus ut vos retinemus in Vineas Planas illam quadram terre cum vineis que P<etrus> Puchu<lu>le tenet per nos. Sicut est terminata nec fixurata in illo loco terminatur illam quadram¹ autem ab oriente in quadra terre de P<etri> Puchulule, a meridie in camino vetus, ab occ]iduo in alodio de Poncio de Cubeles, a parte vero circii in terram de manso de Certeres. Quantum infra has afrontaciones includent et isti termini ambiunt, sic damus et laudamus ad iamdictum cenobium, sicut nos ibi habemus et tenemus [...] assensu [...] teneret et habueret et de nostro iure in vestro liberamus ad vestrum proprium alodium franchum et liberum. Sicut melius dici et intelligi potest ad vestrorumque utilitate omnique quatinus necum nostrii non inqueramus non aclamemus nullam rem ad iure ne forza in iam dictis per nullum tempus locis est emere hoc in chomitatu Barchinone infra terminum katri de Orpi. Et iam dictis locis et nos donatores accepimus de cenobio Sanctis Crucibus cum nostras proprias manus ·i· equus de precio ·c· solidos denariorum. Siquis homo vel femina qui hoc voluerit dirumpere in duplo componat et postea firmum permaneat omnique tempore.

Actum est hoc ·ix· kalendas iunii anno ·M·CC·V· ab Incarnatione Domini.

Sig+gnum Guillelmi de Castelar, sig+num G<uillelmi> filius eius, sig+num Berengarii, filius eius, nos qui hoc laudamus et firmamus.

Sig+num Poncii de Orpi. Sig+num P<etri> de Orpi. Sig+num Bernardi Buschet, baiulus de R<aimundi> de Guardia. Sig+num Petri Bracel.

Petrus, presbiteri de Orpi, qui hoc scripsit die et anno (signe) quo supra cum literas suprapositas in linea ·XIII· et damnatis ·XIII^a·.

1. *Interlineat: illam quadram.*

451

1205, juny, 12

Pere de Vilafranca dóna a Bernat d'Àger, abat de Santes Creus, el dret i el domini del mas de Vilafranca i del mas de Vallmoll i de tots els béns mobles i immobles que el seu avi, Bernat de Vilafranca, va lliurar al monestir de Santes Creus perquè els monjos els posseïxin, per sempre més, en lliure i franc alou amb la condició que hi puguin establir un home lliure de pagament de la quèstia sense submissió a usatge ni servitud. Per aquesta renúncia rep dels béns del cenobi santescreuenc la quantitat de vint masmudines, les quals confessa haver rebut.

- A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2771, núm. 2. Original.
- B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2771, núm. 3. Trasllat de 30 de maig de 1239 fet per fra Berenguer dez Canós (*Frater Berengarius Dezcanos hoc translatum scripsit et hoc sig(signe)num fecit ·III· kalensas iunii anno Domini ·M·CC·XXX·IX·*). Estat de conservació dolent.
- C: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2771, núm. 4. Trasllat de 16 de juny de 1239 (*Hoc est translatum fideliter translaturum ·XVI· kalendas iulii anno Domini ·M·CC·XXX·IX^o·, cuius series sic ordinatur*) fet per fra Guillem Riquer (*(signe) fratris Guillelmi Richerii qui hoc fideliter translaturavit*).

Cit.: FORT, *El senyoriu...*

Ad cunctorum noticiam perveniat quod ego Petrus de Villafrancha, ob remedium anime mee et parentum meorum, per me et per omnes successores meos, difinio et evacuo domino Deo et Beate Marie de Sanctis Crucibus et Bernardo, abbati, atque omnibus fratribus ibi Deo servientibus, presentibus et futuris, omne ius meum et dominium quod habeo vel habere debeo voce castllanie vel consanguinitatis sive alio qualibet loci^l in ipsis domibus et mansso de Villafranca et in ipso mansso de Vallemolle sive etiam in omnibus rebus mobilibus vel immobilibus, que Bernardus de Villafrancha, avunculus meus, dedit vel in suo testamento monasterio Sanctarum

Crucum dimisit, tali autem videlicet pacto hanc difinicionem facio a predicto monasterio ut habeat, teneat et possideat omni predicta omni tempore per liberum alodium ad omnes voluntates sitas ibi et inde faciendas. Insuper concedo predicto monasterio et fratribus eiusdem vero constituatur unum hominem in prefatis domibus, qui sit liber et solutus ab omni questia, usatico et servitute ex mea meorumque parte, alii autem homines si habitaverint ibi sequantur vicinam consuetudinem. Pro hac vero difinicione accipio de bonis monasterii ·XX· mazmutinas quas fateor accepisse. Verumtamen hominem quem ibi institueritis aliunde eum abducatis non sit de habitantibus huius ville.

Actum est hoc ·II· idus iunii anno Dominice Incarnationis ·M^o·CC^o· quinto.

S+ Petri de Villafranca.

Sig+num Raimundi de Podio. Sig+num Arnaldi, sacerdotis. Sig+num Raimundi, sacerdotis.

Petrus, presbiter, qui hoc rogatus scripto die et anno prefixis cum literis suprapositis in ·v^a· linea ·SSS·

1. Interlineat: sive alio qualibet loci.

452

1205, agost, 19

Bernat Granell i el seu germà Vidal Granell s'avenen a concòrdia i fan la pau amb l'abat Bernat d'Àger, de Santes Creus, oblidant totes les disputes que fins al moment del pacte han sostingut. Per aquesta avinença i concòrdia els germans Granell reben una vaca de dos anys del monestir.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2771, núm. 5. Original. En pèssimes condicions de conservació gairebé il·legible. Atacat pels fongs.

Manifestum sit quod omnibus hominibus audientibus hoc quod ego Bernardus Granel et frater meus Vitalis Granel venimus ad finem et concordiam cum Bernardo, abbate de Sanctis Crucibus de omnibus querimoniis quas de illo et de domo sua et de fratribus suis aliquo modo habebamus. Et pro hac difinicione et concordia recognocimus nos achcepise de bonis monasterii unam vacham duorum annorum.

Achtum est hoc ·XIII· kalendas septembris anno Domini ·M^o·CC^o·v^o·.

Sig+num Bernardi Graneli, sig+num Vitali Granele, nos qui firmavimus firmareque rogamus.

Sig+num Geraldi. Sig+num Bernardi Tamarit. Sig+num Poncii de Fontis Frigide. Isti sunt testes.

Gillelmus, subprior, scripsit die et anno (signe) prefixato.

453

1205, octubre, 24

Ermessén, amb el consentiment del seu marit Guillem de la Torre, ven, a perpetuïtat, a l'abat de Santes Creus, Bernat d'Àger, en presència de fra Ramon de Rifar, prior, i de Pere de Banc, cellerer major, un pati de terra a la vila de Montblanc, amb les cases construïdes i les que s'hi puguin arribar a bastir, que donen un cens de trenta-un sous de Barcelona, amb tots els drets, domini directe, dret de fadiga i firma de dret, per tres-cents sous barcelonesos.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2771, núm. 6. Original.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2771, núm. 7. Original.

Notum sit cunctis¹ quod ego Ermesendis, voluntate mariti² mei Guillelmi de Turre, quisque nostrum pro toto, per nos et per omnes nostros vendimus in perpetuum domino Deo et domui de Sanctis Crucibus et domno Bernardo, eiusdem loci abbati, et fratri Raimundo,³ priori, et fratri Petro de Banco,⁴ cellerario maiori, et fratribus presentibus et futuris, ibidem Deo servientibus, unam plateam terre in villa Montis Albi, cum domibus ibi factis et non factis et cum dominio, quem ibi habemus et habere debemus et cum fatica et cum firmamento directi et cum ·xxi· solidos Barchinonem censualibus, quos ibi habemus⁵ per ·ccc· solidos Barchinonem, de quibus profitemur a vobis bene esse⁶ paccatos et nil ex eis in debito vobis remansit. Afrontat prenominatus locus de una parte in Geraldo Culerario,⁷ de alia⁸ in via que pergit ad Vallem Bonam,⁹ de tercia in¹⁰ Raimundo¹¹ de Soree, de quarta in domibus de na Bonafos.¹² Sicut ab his afrontacionibus, predictus locus, includitur et terminatur, sic vendimus vobis predictis et vestris successoribus, predictum locum,¹³ cum omnibus iuribus, que sibi pertinent vel aliquo modo pertinere¹⁴ debent, scilicet,¹⁵ cum censu et cum dominio et fatica, cum ingressibus et egressibus suis et cum omnibus melioramentis,

que ibi facere potueritis de abisso usque in celum, francum et liberum et absque omni nostro nostrorumque retentu et servitute, sicut melius dici vel utilius¹⁶ intelligi potest proficuo Domini et successorum domus. Et si plus valet hoc precio vobis et successoribus vestris donacione damus et a nostro nostrorumque iure et dominio eicimus et in vestro posse et iure et dominio mitimus¹⁷ et tradimus vestre voluntati et vestrorum successorum in perpetuum. Ego namque Ermesendis renuncio omi consuetudini, legis nove ac veteris et consuetudini terrarum et omni auxilio decretorum, quod deinceps nullo modo mihi valent, set iuro¹⁸ per Deum et super sancta quatuor¹⁹ Evangelia ita semper tenere et observare ut scribitur. Et quisque nostrum pro toto convenimus inde vobis et vestris successoribus esse guirentes contra omnem personam perhenniter.

Quod est actum ·VIII· kalendas novembris anno Domini ·M·CC·V·.²⁰

Sig+num Ermesendis, sig+num Guillelmi de Turre, viri eius, sig+num Muleti,²¹ sig+num Guillelme, uxoris eius, sig+num Bernardi, sig+num Guillelmi,²² filiorum eorum, nos in simul qui hoc concedimus et hanc vendicionem laudamus et simul cum venditoribus scribere fecimus testibusque firmari.

Sig+num Raimund²³ Iohannis. Sig+num Petri Stephani. Sig+num Bernardi de Rocheta. Sig+num Ferrarii de Angularia. Sig+num Berengarii, filii Muleti.²⁴

Arnaldus, presbiter, scripsit mandato B. de Tarrega, cum literis rasis et emendatis ubi dicitur Guillelmi et hoc + fecit cum literis suprapositis ubi dicitur iuro et concedimus.²⁵

1. B: Notificetur cunctis. 2. B: viri. 3. B: R. 4. B: Bancho. 5. B segueix: ita hoc totum vendimus vobis. 6. B: esse bene. 7. B: Cullerario. 8. B: de secunda. 9. B: valli que vocatur Vallis Bona. 10. B omet: in. 11. B: R. 12. B: Nabonaffos. 13. B omet: predictum locum. 14. B: pertinere aliquo modo. 15. B: videlicet. 16. B omet: utilius. 17. B: mittimus. 18. Interlineat: iuro. 19. B: ·III·or. 20. B: quinto. 21. B segueix: patris Ermesendis. 22. B segueix: sig+num Berengarii, filiorum Muleti et uxoris eius. 23. B: R. 24. B omet Sig+num Berengarii, filii Muleti, i el posa com hem dit a continuació de Sig+num Guillelmi. 25. B: Berengarius des Cirera hoc scripsit et (signe) impossit.

1206, gener, 18

Ramon Joan i la seva esposa Guillema arrenden, a perpetuitat, una casa que tenen a Montblanc a Joan Mester i a la seva muller Ferrera, amb la condició que els hauran de pagar un cens anual

de cinc sous barcelonesos el dia de Nadal. El dret de fadiga resta fixat en deu dies.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2771, núm. 8. Original. Carta partida per ABC. Presenta deficiències de conservació que no impedeixen una lectura correcta.

Notum sit cunctis quod ego Raimundus Iohannes et coniux mea Guillelma, quisque nostrum pro toto, per nos et per omnes nostros damus atque in perpetuum concedimus vobis Iohanni Mesterio et uxori vestre Ferraria et omne progeniei vestre et vestris, in perpetuum, unam domum in villa de Montis Albi, que affrontat a duobus partibus in nobis datoribus, a tertia in via que tendit ad mansum de Albarige, de quarta in palerio de nobis datoribus. Sicut ab his affrontationibus includitur, sic damus vobis predictis et vestris in perpetuum, cum ingressibus et egressibus et cum omnibus melioramentis, que ibi facere potueritis et cum omnibus iuribus ibi continentibus de abisso usque in celum, sicut melius dici vel utilius intelligi potest ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas, tali condicione quod vos et vestris successores detis nobis et heredibus nostris annuatim in perpetuum ad festum Natalis Domini ·v· solidos Barchinonem censuales. Et inde alium dominum non eligatis nisi nos et nostros de vendicione et pignore, faticam ·x· dierum nobis exigatis liceant nobis comuni precio habere, quod si retinere noluerimus faciatis inde vestram voluntatem vestris consimilibus, salvo tamen censu et iure et dominio nostro nostrorumque in perpetuum. Et in simul guirentes inde vobis et vestris esse convenimus contra omnem personam perhenniter. Tamen quisque nostrum convenimus vobis predictis et vestris quod absque pecunia et mercede firmemus semper inde vobis et vestris cartam de vendicione et pignore istius donacionis.

Quod est actum ·xv· kalendas februarii anno Domini ·M·CC·v·.

Sig+num Raimundi Iohannis, Sig+num Guillelme, coniugis eius, nos qui fecimus scribere testiumque firmari.

Sig+num Bernardi Deusde. Sig+num Bernardi Tornerii. Sig+num Guillelmi de Sancto Poncio.

Arnaldus, presbiter, scripsit mandato B. de Tarrega et hoc + fecit.

455

1206, març, 30

Ramon Joan i la seva esposa Guillema arrenden la casa que tenen a Montblanc a Pere de Santa Maria i la seva muller Conrada per sis sous de cens anual.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2771, núm. 9. Original. Carta partida per ABC.

Notum sit cunctis quod ego Raimundus Iohannes et coniux mea Guilleuma, per nos et per omnes nostros, damus atque, in perpetuum, concedimus vobis Petro de Sancta Maria et coniugi vestre Conrarte et omni proguinie vestre et vestris, unum solum terre, in quo domos faciatis, in villa de Montis Albi. Afrontat de tribus partibus in nobis datoribus, de quarta in vobis receptoribus, sicut ab his afrontacionibus includitur, sic damus vobis et vestris, cum ingressibus et egressibus et cum omnibus melioramentis, que ibi facere potueritis, et cum omnibus iuribus ibi continentibus dictum solum terre, in quo domos faciatis de abisso usque in celum, sicut melius dici vel utilius intelligi potest, vestro et vestrorumque proficuo ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas, tali condicione, quod vos et vestri successores detis nobis et heredibus nostris annuatim in perpetuum ·vi· solidos Barchinone censuales ad festum Sancti Michaelis septembris. Et inde alium dominum non eligatis, nisi nos et rostros de vendicione et pignore, faticam ·x· dierum vobis exigatis liceant nobis comutii precio habere, quod si retinere noluerimus vestre inde faciatis voluntatem vestris consimilibus, salvo tamen dicto censu et iure et dominio nostro nostrorumque in perpetuum. Et in simul guirentes inde vobis et vestris esse convenimus contra omnem personam perhenniter. Tamen quod vos prefati receptores recipiatis illas aquas de domo Petri Franch ad aval, scilicet, de domibus quas mansonerii nostri pro nobis ad censum tenent.

Quod est actum ·iii· kalendas aprilis anno Domini ·M·CC·vi·.

Sig+num Raimundi Iohannis, sig+num Guilleume, coniugis eius, nos qui hoc fecimus scribere testibusque firmari.

Sig+num Raimundi David. Sig+num Petri de Furnis. Sig+num Iohannis de Oloto.

Arnaldus, presbiter, scripsit mandato B. de Tarrega et hoc + fecit.

456

1206, juny, 17

Ramon de Montcada, atès que ha d'acompanyar el rei en l'expedició militar a Provença, fa testament en presència de l'abat de Santes Creus, Bernat d'Àger, del prior Ramon de Rifar, del cellerer fra Pere i de Berenguer de Cervera i Arnau de Malla. Nomena marmessors Guillem de Cervera, el seu germà Guillem Ramon i Guillem d'Anglesola, als quals prega que disposin dels seus béns talment com ho ordena en la seva darrera voluntat. Vol ser enterrat a Santes Creus, per la qual cosa fa donació de l'honor de la Palomera de Lleida als monjos, honor que hauran de redimir per la quantitat de mil sous. També deixa al monestir deu càntirs d'oli de l'honor de Benifallet que cultiva el sarraí Agen.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2771, núm. 10. Original.

Quia nullus in carne positus potest evadere viam universe carnis. Idcirco ego, Raimundus de Montecatano, pergens in expedicione Provincie cum domino rege, facio meum testamentum in presencia domini B<ernardi>, abbatis de Sanctis Crucibus, et fratris R<aimundi>, prioris, et fratris P<etri>. cellerarii, et Berengarii de Cervaria et Arnalli de Mealla. Eligens manumissores meos Guillelmum de Cervaria et Guillelmum Raimundi, fratrem meum, et Guillelmum de Anglerola, quos rogo ut, si mors mihi contigerit ante quanto aliud testamentum, faciam ipsi distribuant res meas sicut hoc invenerint ordinatum. In primis dimitto corporis meum ad sepeliendum monasterio de Sanctis Crucibus, cum omni honore de Palomaria, integriter, qui est iuxta Ylerdam, circa aqua que convertit versus Sicorem, et redimant illum honorem de mille solidis tantum. Dimitto etiam eidem monasterio ·x· cantares olei in toto honore cuiusdam nomine Agen, sarraceni, in Benifalet, ut habeant et possideant omni tempore ad faciendam suam voluntatem. Si autem aliquis mor, dicto monasterio hoc impedire voluerit, sive etiam ratione pignoris impediri contigerit, habeant et accipiant fratres monasterii super omnes reditus meos de Tortose, donec in pace habeant et possideant in supradicto honore dictos ·x· cantaros olei. Dimitto domui Milicie equum meum et arma, et si non habuero equum, ·c· morabetinos. Dimitto Domui Hospitale ·c· morabetinos. Dimitto monasterio Populeti ·l· morabetinos. Dimitto uxori me Gaubors totum suum sponsaliciam, sicut continetur in sua carta. Dimitto filio meo totum meum honorem integriter, ita tamen quod

frater meus Guillelmus Raimundi habeat et teneat et possideat et expletet illum per ·xvi· annos et persolvat de delmis nostris cum consilio G<uillelmi> de Cervaria et G<uillelmi> de Anglerola, et nullus homo vel femina possit extorquere illum [honorem] ab eius dominio infra ·xxi· annos, postea vero habeat illum in[te]g[ri]ter filius meus. Excipio tamen ab hoc vinculo dictum honorem de Palomaria et ·x· cantaros olei, que dimitto monasterio de Sanctis Crucibus per proprium et liberum alodium. Dimitto filie mee decem milia solidorum cum quibus maritetur.

Actum est hoc ·xv· kalendas iulii anno Domini ·M^o·CC·VI·.

Sig+num Raimundi de Monte Chatano, qui hoc laudo et firmo et testes firmare rogo.

Sig+num Bernardi, abbatis.¹

Sig+gnum [],² sig+num Guillelmi de Cervaria, sig+num Guillelmi Raimundi, sig+num Guillelmi de Anglerola, qui hoc laudamus et firmamus et manumissores sumus.

·SSS· Petri, cellerarii maioris, testes huius rei.

Sig+num Berengarii de Cervaria, qui hoc vidi et audivi et testis sum. Sig+num Arnalli de Mealla, qui hoc vidi et audivi et testis sum.

Signum (signe) fratris Raimundi, prioris, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. *La signatura de Bernardi, abbatis, en lletra feta per una mà diferent.* 2. *En blanc.*

1206, juliol, 12

Pere de Vilafranca i la seva esposa Guillema, amb els seus fills i filles, per la salvació de la seva ànima i de la dels seus pares, de bona fe i sense cap engany, donen a Bernat d'Àger com a abat de Santa Maria del monestir de Santes Creus, una mitgera de blat bo del mas que Berenguer Cortel té per ells, situat a Paret Delgada, parròquia de Centelles, al Camp de Tarragona. Si de blat no se'n cultivava s'havia de substituir la mitgera per tres quarteres d'ordi, segons mesura de Tarragona.

[A]: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2771, núm. 11. Trasllat.

Notum sit cunctis quod ego Petrus de Villafranca et coniux mea Guillelma, cum filiis et filiabus nostris, pro salute animarum

nostrarum et omnium parentum nostrorum, bona fide, sine omni dolo, damus et offerimus domino Deo et beate Marie monasterii de Sanctis Crucibus, in manu Bernardi, abbatis, et omnium fratrum eius, unam migeriam frumenti boni et optimi in illo manso, quem Berengarii Curtilius tenet per nos, qui vocatur Pareds Delgades, in territorio Terrachonensi, in parrochia de Sent Seles. Hanc donacionem facimus per nos et per omnes successores nostros omni tempore, tam in vita quam in morte. Et si forte ibi tritice non fuerit, aliquo casu mandamus et firmiter stabilimus ut per illam migeriam tritici, accipiant in predicto manso ·III· quarterias boni ordeï, recipientis absque aliqua contradictione, ad mensuram Terrachone omni tempore. Quisquis hoc fregere voluerit nil valeat.

Actum est hoc ·III· idus iulii anno Domini millesimo ·cc^o.vi^o.

Sig+num Petri de Villa Francha, sig+num Guillelme, coniugis eius, nos qui hoc firmamus et concedimus et firmare rogamus.

Sig+num Guillelmi de Villa Franca. Sig+num Raimundi. Sig+num Petri, iunioris de Villa Francha. Sig+num Bernardi de Villa Francha. Sig+num Ferrarii, presbiteri.

·SSS· Guillelmi, operari, qui hoc translatum fideliter scripsit cum litteris dampnatis in ·XI· linea, die et anno quo supra.

458

1206, agost, 11

Ramon Joan i la seva muller Guillema, per ells i per tots els seus descendents, venen i traspassen, a perpetuïtat, a Bernat d'Àger, abat de Santes Creus, al prior Ramon de Rifà, a Pere Bancs, cellerer major, i a tots els monjos, que són al cenobi per servir Déu, cinquanta sous censals, pel preu de dos-cents cinquanta sous barcelonesos, amb els quals es consideren ben pagats. Aquests cinquanta sous de cens els hauran de percebre de la següent manera, vint-i-set sous i quatre diners, d'unes cases que tenen a Montblanc i que afronten, d'una banda, amb l'hort de Marta de Termenés i, de l'altra, amb els venedors, i vint-i-dos sous i vuit diners d'unes altres cases que també tenen a Montblanc i que limiten amb els venedors, amb Pere Ramon de Puig i amb el camí que va al mas d'Albaric.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2771, núm. 12. Original.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2771, núm. 13. Trasllat de data 2 de novembre de 1232 (*Hoc est*

tanslatum fideliter translaturum anno Domini ·M^oCC^oXXX^o·II^o, ·III^o nonas novembris) fet per fra Guillem Riquer (·SSS· fratris Guillelmi Richerii qui hoc fideliter translaturum cum litteris sasis in ·VII^o· linea). Estat de conservació dolent. Mossegat a la part lateral dreita i atacat pels fongs.

Sit notum cunctis quod ego, Raimundus Iohannes, et coniux mea Guillelma, quisque nostrum pro toto, per nos et per omnes nostros, vendimus atque in perpetuum tradimus vobis Bernardo, abbati de Santis Crucibus, et Raimundo de Rifa, priori, et Petro de Banchs, cellerario maiori, et omni conventui eiusdem domus presenti et futuro et fratribus ibidem Deo sirvientibus, videlicet, ·L· solidos Barchinone censuales per ·DCC· L· solidos Barchinone, de quibus profitemur a vobis numerando bene esse paccatos, et nil in debito ex eis vobis remansit. Quos predictos quinquaginta solidos censuales habemus in villa de Montis Albi, sic eos vobis et vestris in perpetuum vendimus, cum omni dominio et cum omnibus rebus et iuribus predicto censui pertinentibus et cum omni honore prefati census, sicut olim constituimus et stabilivimus et nunc est. Et una pars predicti census, scilicet, ·XX·VII· solidos et ·III· denarios sunt in domibus illis, que sunt circha domos nostras, que domus, quibus prefatum census exit, affrontant de una parte in orto Marte de Termenes, de duabus partibus in nobis venditoribus, de quarta parte in domibus Arnalli de Bovila et Raimundi de Bovila. Et alia pars predicti census, scilicet, ·XX·II· solidos et ·VIII· denarios, sunt in illis domibus que sunt, similiter, circha domos nostras, que domus affrontant de duabus partibus in nobis venditoribus, de tercia parte in Petro Raimundo de Podio, de quarta parte in via que tendit apud mansum de Albaricis. Et hee omnes predictae domus, de quibus prenomiatum tributum annuatim debetis accipere, affrontant in staischa de nobis venditoribus. Et ita completur numerus quinquaginta solidorum censualium, sicut ab his afrontationibus predictae domus, de quibus censum prefatum exit, includuntur, sic vendimus vobis et vestris predictum censum franche et libere per vestrum proprium alaudium, sicut melius dici vel utiliter intelligi potest, ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas. Et si plus valent hoc precio vobis et vestris in donatione damus libera et gratuita voluntate in perpetuum non abolenda. Et a nostro nostrorumque iure et dominio eicimus et abstrahimus et tamen vestro iure et dominio tradimus, cum hac presenti carta, sine omni nostro nostrorumque retentu et servitute prehenniter. Etiam nos et nostri quisque nostrum pro toto convenimus inde vobis et vestris esse quirentes et deffensores contra omnem personam perpetualiter.

Quod est actum ·III· idus augusti anno Dominice Incarnationis ·M·CC·VI·.

Sig+num Raimundi Iohannis, sig+num Guillelme coniugis eius, nos qui hoc fecimus scribere testibusque firmari.

Sig+num Berengarii de Villa Francha.¹ [...]·² Sig+num Guillelmi de Kastello Fulito. Sig+num Arnalli de Basela.

Arnaldus, presbiter Montis Albi, notarius hoc + fecit.

Petrus, levita, hoc scripsit mando B. de Tarrega, die et anno quo su (signe) pra.

1. B segueix: iunioris qui hanc vendicione laudo et firmo ac firmum concedo in perpetuum simul cum venditoribus. 2. B segueix: Non est indignum Berengarium ponere signum (signe).

459

1206, octubre, 21

Testament de Pere de les Planes. Designa marmessors Pere de Rocacorba, Bernat de Contijoc i Pere Teixidor, als quals encomana la distribució dels seus béns, d'acord amb la darrera voluntat continguda en el seu testament. Deixa el cinquè de la seva honor que toca al riu Despets a Santes Creus perquè sigui enterrat en aquest monestir, salvant el dret que pertany al senyor. Nomena hereu el seu fill Arnau i li deixa tots els béns mobles i immobles que té al terme del castell de Querol, al lloc del Pont d'Armentera. Li encomana que pagui tots els deutes i que abans de sis anys, si no ho pot fer abans, per raó de la part de l'herència que els correspon, pagui cent sous barcelonesos als seus germans Guillem, Pere i Joan. Si Arnau mor sense fills legítims qui ha d'heretar és el germà que el segueix, i així successivament de l'un a l'altre, si es dóna el mateix cas.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2771, núm. 14. Original.

Quoniam nullus in carne positus mortis periculum evadere potest. Idcirco Petrus de zez Planas, mundum relinquens cum vanitatibus eius et secundum habitum cisterciensis ordinis assummens sanus et claris in meo pleno sensu et memoria, facio testamentum meum, et eligo manumissores meos, videlicet, Petrum de Rocha Corba et Bernardum de Contijoc et Petrum Textorem, ut ipsi distribuant res meas, sicut in hoc testamento mandavero sine illorum dampno. In primis dimitto corpus et animam meam domino Deo et beate Marie et venerabili monasterio de Sanctis Crucibus cum

quinto, quem habeo in quodam honorem, qui est ad rivos Despets, salvo tamen iure domini. Et dimito Arnaldo, filio meo omnia mobilia et immobilia utricumque ea habeo vel aliqua ratione habere debeo in¹ termino castris de Kerol, in loco qui dicitur Pons Armenarie et in omnibus aliis locis, tali tamen pacto ut, dictus filius meus, omnia debita mea solvat utricumque ea debat, etiam det usque ad sex annos sive prius si facere poterit filio meo Guillelmo ·c· solidos et Petro ·c· solidos et Iohanni ·c· solidos Barchinone pro portione hereditatis eorum. Et si minus venerit Arnaldi, filii mei, sine infante legitimi coniugii, redeat hereditas eius Guillelmo, filio meo, et sic vadat de uno in alium. Et si de omnibus minus sine legitima prole [redeat] proximis.

Quod est actum ·xii^o. kalendas novembris anno Domini ·m^o.cc^o.vi^o.

Sig+num Petri de zas Planas, qui hoc testamentum iu[ssi] scribere testesque firmari.

Sig+num Petri de Rocha Corba. Sig+num B<ernardi> de Contijoc. Sig+num Petri Textoris. Isti sunt manumissores.

Sig+num Arnaldi, filii Petri de zas Planas, sig+num G<uillelmi>, filii eiusdem, sig+num P<etri>, filii eiusdem, sig+num Iohannis, filii eiusdem, nos in simul, qui hoc laudamus.

Sig+num P<etri Vidal. Sig+num Iohannis Amat. Isti sunt testes. Frater Raimundus scripsit et hoc (signe) fecit.

1. Segueix ratllat: castro.

460

1206, novembre, 8

Ramon de Montcada ven, a perpetuitat, tot el dret, domini i fadiga de les vinyes —i la terra on estan plantades— que posseeix a la Palomera de Lleida, a Bernat d'Àger, abat de Santes Creus, per quatre mil sis-cents cinquanta sous jaquesos. Aquestes vinyes les tenen en tinença Guillem Andreu, Berenguer de Sanatija, Bernat de Comigia i Pere Moragues, a més de quinze sous jaquesos de cens més el domini i el dret de fadiga sobre la vinya i la terra que per ell té Bartomeu a la Palomera, i a més, també, de deu sous jaquesos de cens amb el domini i el dret de fadiga sobre la vinya que té en tinença per ell Pere de Roda, a la mateixa partida del terme de Lleida.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2771, núm. 15. Original. Presenta dificultat de lectura perquè la tinta està esvanida.

Notum sit cunctis hominibus quod ego, Raimundus de Montechatano, per me et per omnes meos, perpetuo vendo et firmiter concedo vobis Bernardo, Deia gratia, abbati de Sanctis Crucibus et omni conventui eiusdem monasterii, presenti et futuro, et vestris et cui vel quibus volueritis, totum illud ius et dominium et fadigam et rationem quacumque habeo et habere debeo in omnibus illis vineis et terris in quibus sunt fundate, quas in Palomeria Ylerde pro me tenent Guillelmus Andreas et Berengarius de Sanaugia et Bernardus de Comigia et Petrus Morages et triginta et quinque solidos Iaquenses censuales et ius et dominium, quod habeo in vinea et terra, quam Bartolomea in iam dicta Palomera pro me tenet, que tota vinea post quantum ipsius Bartolomee vobis et vestris reverti debet, sicut ad me post mortem eiusdem Bartolomee reversura erat. Et etiam decem solidos Iaquenses censuales et ius et dominium et fadigam, quam habeo in omni illa vinea et terra quam pro me tenet Petrus de Roda et sui in Palomeria iam dicta. Que omnia iam dicta et singula mihi meisque quocumque modo in iam dictis locis et singulis pertinentia vendo in quam vobis iam dictis et vestris ratione iuris proprietatis et possessionis et in perpetuum, cum hac presenti carta trado, videlicet, per quatuor milia et sexcentos quinquaginta solidos Iaquenses bonorum, quos a vobis habui et accepit unde bene vestre paccatus sum. Renuncians excepcioni non numerate peccunie et omni iuri et racioni, quod in iam dictis rebus et singulis mihi competat vel competere potest aliquo modo. Affrontant autem iam dicta vinea Guillelmi Andree in braçale domini regis et in vinea Aimerici Galdine et in toçale Bernardi de Offegad et in vinea Berengarii de Sanaugia. Et vinea iam dicta Berengarii de Sanaugia affrontat in braçale domini regis et in vinea Guillelmi Andree et in troçale Bernardi de Offegad et in vineis Petri Morages et Bernardi de Comigia. Et iam dicta vinea Bernardi de Comigia affrontat in br[açale domini] regis et in vinea Berengarii de Sa[nau]gia et in vinea Petri Morages et in vinea Raimundi Scribe. Et vinea iam dicta Petri Morages affrontat in vinea Bernardi de Offegad et in vinea de na Tapiador et in orto et vinea vestra et in vinea Bernardi de Comigia. Et alia vinea Petri de Morages affrontat in vinea Raimundi Cardona et in braçale domini regis et in vinea de Ramonill Acrimontis et in carraria iam dicti orti. Et vinea Bartolomee iam dicta affrontat in vinea Ramonill Acrimontis et in braçale domini

regis et in vinea Raimundi Scribe et in vestro orto et in carraria ipsius orti. Et vinea Petri de Roda affrontat in braçale de la Clamor et in Columbario Veteri et in braçale et in vinea Petri de Tamarid et in vinea que fuit Arnaldi de Galders. Et sic hee omnes affrontaciones includunt et ambiunt vendo vobis iam dictis et vestris totum quicquid habeo et habere debeo quocumque modo et racione in omnibus iam dictis rebus et singulis per iam dictos quatuor milia et sexcentos quinquaginta¹ solidos Iaquenses, ut ea iam dicta et singula que in omnibus iam dictis locis et singulis mihi pertinent vel pertinere debent, habeatis, possideatis et expletetis ad vestrum proprium alodium, franchum et liberum et ad omnes vestras vestrorumque voluntates ibi et idem faciendas in perpetuum, sicut melius dici vel intelligi potest, pro vobis vel pro vestris vestro bono vestrorumque. Que iam dicta et singula mihi meisque in iam dictis locis et singulis quocumque modo pertinencia si plus valent, quam prescriptum precium illud plus quantumcumque sit, mera liberalitate vobis iam dictis et vestris dono firmiter et concedo omni vestre voluntati inde faciende in perpetuum. Itemque dono et trado perpetuo domino Deo et omni conventui de Sanctis Crucibus, presenti et futuro, pro salute anime mee et parentum meorum quicquid habeo et habere debeo in omnibus aliis locis tocius iam dicte Palomere, que est in termino Ylerde, quocumque modo vel racione, que dici vel excogitari possit ad vestrum proprium alodium, franchum et liberum et ad omnes vestras vestrorumque voluntates inde faciendas in perpetuum, retenta inde tantummodo mihi et meis illa turri de la Palomera, cum omnibus domibus sibi contiguas, que totalis Palomera affrontat in honore Gardenii et in columbario veteri et in braçale de la Clamor, qui discurrit et dividit inter vineas Petri de Tamarid et Iordani Carnificis et tendit usque ad vineam Petri de Potareig et in braçale domini regis. Et convenio vobis et vestris per stipulacionem quod ullo unquam in tempore contra iam dictam vendicionem et donacionem non veniam neque venire faciam aliquo modo, set omnia iam dicta et singula michi meisque quocumque modo in iam dictis locis et singulis infra prescriptas affrontaciones pertinencia faciam vobis iam dictis et vestris habere et possidere perpetuo. Et ego et mei inde vobis et vestris et cui iusseritis legales guirentes et defensores erimus contra omnes personas sine ullo vestro vestrorumque enganno.

Quod est actum ·v· idus novembris anno Domini ·M·CC· sexto.

Sig+num Raimundi de Montechatano, qui hoc firmo et concedo firmarique rogo.

Sig+num Bernardi de Savassona, militis, sig+num Raimundi Baiuli, sig+num Bernardi Oromir, sig+num Bernardi de Acrimonte, iunioris, sig+num Petri Morages, testes Raimundi de Monchada.

Sig+num Stephani Soria, maioris, sig+num Arsendis, uxoris mee, sig+num Stephani de Soria, filii nostri, qui hanc vendicionem firmamus et concedimus et auctoritatem nostram interponimus.

Sig+num Bernardi de Savassona, sig+num Raimundi, baiuli, sig+num Bernardi de Acrimonte, iunioris, testes Stephani de Soria, maioris.

Sig+num Guillelmi Arnaldi, presbiteri Sancti Iohannis et obrerii, sig+num Petri Correger, nepotis, F<errarii> Correger, testes Arsendis, iam dicte.

Sig+num Petri de Lilled, sig+num Bernardi Catala, iunioris, testes Stephani de Soria, iunioris.

Sig+num na Galborgs, uxoris Raimundi de Monchada, iamdicti, que hoc firmo firmarique rogo et auctoritatem meam in hac vendicione et donacione interpono. Sig+num Petri [\pm 4]² domine Galborgs, scribo.

Sig+num Iordani de Maalo, militis, sig+num Guillelmi Cogala, sig+num Richard Angles, testes domine Galborgs.

Petrus de Gissona scripsit et hoc (signe) fecit, cum literis superpositis in ·xiii^a. linea, ubi dicitur quinquaginta.

1. *Interlineat: quinquaginta.* 2. *Incomprehensible, però sembla que hi diu: Petri de Bilar, qui pro teste.*

461

1207, febrer, 28

Pere de la Sala ven a fra Bernat d'Àger, abat de Santes Creus, a perpetuitat, les dues parts, amb tot el seu dret, de l'honor de la Palomera, al terme de Lleida, que era d'Estrader i que té per donació de Guillema, filla d'Estrader, del seu marit, Guillem Guasch, i de llurs fills Ramon i Nina, pel preu de seixanta-set morabatins lupins d'or.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2771, núm. 16. Original.

Notum sit cunctis hominibus quod ego, Petrus de Çasala, per me et per meos, pro anime mee salute, dono et vendo firmiter et, cum hac presenti carta, irrevocabiliter trado perpetuo vobis fratri Bernardo, Dei gratia, abbati de Sanctis Crucibus et omnibus aliis fratribus et conventui de Sanctis Crucibus, presenti et futuro, et

vestris et cui vel quibus volueritis, omnes illas meas duas partes et omne ius meum et accione, quam habeo et habere debeo racione et dono Guillelme, filie Straderii, olim defuncti, et Guillelmi Gasch, mariti eius, et Raimundi et Nine, infantum eorum, et quocumque alio modo ac racione in omni illo honore de Palomera, qui est infra terminos Ylerde. Qui honor quondam fuit datum Straderio, iam dicto, quas meas duas partes, iam dictas, et ius meum et racionem huius, iam dicti honoris, vobis, inquam, iam dictis et vestris vendo et dono, ut iam dictum est, per sexaginta et septem morabetinos lupinos boni auri rectique pensi, quos omnes a vobis habui et accepi unde bene vestre paccatus sum mee voluntati, renunciens excepcioni non numerate peccunie et excepcioni doli et omni alio auxilio, in hac autem condicione quod, vos iam dicti fratres et vestri et quicumque volueritis, habeatis, possideatis et expletetis ipsas, iam dictas, duas partes meas et ius meum et racionem, iam dicti honoris, ad omnes vestras vestrorumque voluntates inde faciendas cuicumque volueritis in perpetuum, sine vinculo et inquietudine et retentu meo et meorum. Set ego nec mei non teneamur vobis iam dictis fratribus neque vestris de his, iam dictis, rebus neque de singulis contra aliquas personas ullam garentiam facere, nisi tantummodo de nobis et de nostris unquam ulla racione. Set est sciendum quod trado vobis in fidelitate illam meam cartam originalem tocius doni et difinicionis, quam, iam dicti, successores Straderii iam dictarum rerum et etiam aliarum fecere quam cartam, vos, iam dicti, fratres et vestri michi meisque et cui voluerimus demonstreretis perpetuo quociens nobis fuerit necesse.

Quod est actum ·II· kalendas marcii, anno Domini ·M·CC· sexto.

Sig+num Petri de Çasala, qui hoc firmo et concedo [testes] firmarique rogo.

Sig+num Ysarni de Tolosa. Sig+num Arnaldi de Valsegur. Sig+num Stephani de Zaredorta. Sig+num Bernardi Garner. Sig+num Poncii de Zavid, testes.

Petrus de Guissona scripsit et hoc (signe) fecit.

462

1207, abril, 18

Ramon Joan i la seva esposa Guillema arrenden, per un cens de quatre sous anuals, que hauran de fer efectius per Sant Miquel del mes de setembre, a Andreu Sabater i a la seva muller Arsenda, una

casa a la vila de Montblanc. Els arrendadors reben dotze diners dels arrendataris per dret d'entrada i d'establiment i es reserven el dret de passar l'aigua des del seu corral fins al carrer.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2771, núm. 17. Original. Carta partida per ABC.

Notum sit cunctis quod ego Raimundus Iohannes et coniux mea Guillelma, quisque nostrum pro toto per nos et per omnes nostros, damus vobis Andree Czabaterio et coniugi vestre Arsendi et omni progeniei vestre et vestris, unam domum in villa Montis Albi. Que domus affrontat de duabus partibus in nobis datoribus, de tertia in via, de quarta in Iohanne Mercerio. Sicut ab his afron-tacionibus includitur sic damus eam vobis et vestris cum ingressibus et egressibus et cum omnibus milioramentis, que ibi facere potueritis, et cum omnibus iuribus sibi continentibus de abisso usque in celum, sicut melius dici vel intelligi potest, ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas vestro vestrorumque proficuo, tali condicione quod vos et vestri faciatis inde nobis et heredibus nostris annuatim in perpetuum in festo sancti Michaelis septembris ·IIII· solidos Barchinonensis censuales. Et inde alium dominum non eligatis nisi nos et nostros. De vendicione et pignore, faticam ·x· dierum nobis exigatis liceat nobis comuni precio habere quod si retinere voluerimus vestram inde voluntate vestri consimilibus faciatis, salvo tamen predico censu et iure et dominio nostro nostrorumque in perpetuum. Et nos et nostri quisque nostrum pro toto guirentes inde vobis et vestris esse convenimus contra omnem personam perhenniter. Et recipimus a vobis pro introrum ·XII· denarios quorum vestri bene paccati simus. Preterea nos datos possimus transire aquam nostri cortalli per domum vestram per albelonem ad viam.

Quod est actum ·XIII· kalendas madii anno Domini ·M·CC·VII·.

Sig+num Raimundi Iohannis, sig+num Guillelme, coniugis eius, nos qui hoc fecimus scribere testibusque firmari.

Sig+num Siurano. Sig+num Berengarii de Girunda, czabaterio.

Arnaldus, presbiter, scripsit, mandato B. de Tarrega et hoc + fecit.

463

1207, abril, 30

Guillem de Roqueta i el seu germà venen a Guillem d'Oliveres, a la seva mare Estefania i a tots els seus descendents, tot el dret que tenen, ja sigui per herència paterna o materna o per una altra raó, del forn vell i del forn nou de Montblanc, o d'altres que podran tenir en el futur en aquesta vila, pel preu de quatre-cents disset sous barcelonesos.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2771, núm. 18. Original.

Notum sit cunctis quod ego Guillelmus de Rocheta et Bernardus, frater meus, quisque nostrum pro toto, per nos et per omnes nostros, vendimus vobis Guillelmo de Oliveres et Stephanie, matri vestre, et omni progeniei vestre et vestris omnem partem nostram et omniam iura, que habemus vel habere debemus, paterna voce ac materna vel aliqua racione, in furno veteri et in furno novo, et in aliis furnis, qui fuerint facti et constructi in villa Montis Albi, nominatim in furno veteri quartonem et in furno novo octavam partem et in aliis furnis, qui constructi erunt, octavam partem, per ·cccc·xvii· solidos Barchinonensis, de quibus profitemur a vobis bene esse paccatos. Et furnus vetus afrontat de duabus partibus in viis, de tertia in Berengario, coltelerio, de quarta in Ugueta. Et furnus novus afrontat de duabus partibus in viis, de tertia Arnaldo de Cosconosa, de quarta in Florencia. Sicut ab his afrontacionibus includuntur, sic vendimus vobis et vestris omnem partem nostram et omnia iura que habemus vel habere, debemus paterna voce ac materna vel aliquo modo vel racione, in predictis furnis ville Montis Albi, et in aliis furnis, qui in hac villa erunt constructi, cum ingressibus et egressibus et cum omnibus melioramentis, que ibi facere potueritis, et cum omnibus iuribus sibi continentibus de abisso usque in celum, sicut melius dici vel intelligi potest ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas vestro vestrorumque proficuo, salvo iure et censu et dominio dominorum Montis Albi. Et si hec predicta iura plus valent hoc precio, totum vobis et vestris in donacione damus. Et a nostro nostrorumque iure et dominio eicimus et in vestrum tradimus sine omni nostro nostrorumque retentu et servitute omni tempore. Et nos et nostri quisque nostrum pro toto convenimus inde vobis et vestris esse guirentes et defensores contra omnem personam perhenniter, salvo tamen iure et dominio dominorum Montis Albi.

*Quod est actum ·II· kalendas madii anno Domini ·M·CC·VII·.
Sig+num Guillelmi de Rocheta, sig+num Bernardi, fratris eius,
sig+num Guillelme, sig+num Ermesendis, sororum eorum, nos qui
hoc fecimus scribere testibusque firmari.*

*Sig+num Ferrarii Clarena. Sig+num Poncii de Turre. Sig+num
Pocululli.*

*Arnaldus, presbiter, scripsit, mandato [B. de] Tarrega et hoc
+ fecit.*

1. Esborrat.

464

1207, maig, 5

*Ramon Joan i la seva muller Guillema s'avenen i es comprometen,
davant l'abat de Santes Creus, Bernat d'Àger, del prior Ramon
i del cellerer major Pere de Bancs, a pagar íntegrament per la
propvinent festa de Sant Miquel de setembre els cinquanta sous
censals que van vendre al monestir mitjançant carta de censal.*

*A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María.
Carpeta 2772, núm. 1. Original.*

*Notum sit cunctis quod ego Raimundus Iohannes et coniux
mea Guillelma, quisque nostrum pro toto, per nos et per nostros
convenimus vobis Bernardo, abbati de Sanctis Crucibus, et Raimundo,
prioris, et Petro de Banchs, cellerario maiori, et conventui predicti
loci, presenti et futuro, quod illos ·L· solidos Barchinonensis cen-
suales, quos vobis vendimus in alia vestra carta, vobis complere
convenimus et assignare plenarie, sine omni diminucione, predicti
census usque ad festum Sancti Michaelis septembris primum
venturum, infra his afrontacionibus sicut in carta vestre emptionis
continetur. Quod nisi fecimus modo in presenti quisque nostrum
pro toto abligamus omnes res nostras quas habemus in cunctis locis,
ita quod, si aliquod dampnum vel gravamem pro predictis num-
mis censualibus inde feceritis incontinenti, vobis et vestris restituere
convenimus et dictos nummos censuales complere hoc predicto
censu completo ac integro. Hec presens pagina corrumpatur et
decetero nil vobis valeat.*

Quod est actum ·III· nonas madii anno Domini ·M·CC·VII·.

*Sig+num Raimundi Iohannis, sig+num Guillelme, coniugis
eius, nos qui hoc fecimus scribere testibusque firmari.*

*Sig+num Arnaldi de Basela. Sig+num Arnaldi de Berulla.
Sig+num Pascalis de Segarra.*

Arnaldus, presbiter, scripsit, mandato B. de Tarrega et hoc + fecit.

465

1207, maig, 5

Pasqual de Segarra i el seu fill Bertomeu venen, per set-cents sous barcelonesos, a Bernat d'Àger, abat de Santes Creus, tres obradors amb sis taules que tenen a la vila de Montblanc, prop de la carnisseria, és a dir, hi ha tres taules a la mateixa carnisseria i tres més a la merceria o mercat de l'esmentada població.

- A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2772, núm. 2. Original.
- B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2772, núm. 3. Trasllet fet el 21 de febrer de 1258 (*Hoc est translatum fideliter factum ·ix· kalendas marcii anno Domini ·M^o·cc^o·L^o· septimo*) i subscrit per fra Guillem de Tarragona i fra Arnau de Santa Coloma (*Ego frater G. de Terrachona, me subscribo (signe). Sig+num fratris A. de Sancta Columbam me pro teste subscribo*).

Notum sit cunctis quod ego Paschalis de Segarra et filius meus Bartolomeus, quisque nostrum pro toto, per nos et per omnes nostros, vendimus, domino Deo et Bernardo, abbati de Sanctis Crucibus et omni conventui eiusdem loci, presenti et futuro, tria operatoria, cum sex tabulis, in villa de Montis Albi, iuxta carniceriam, scilicet, tres tabule sunt in carniceria et alie tres tabule sunt in merceria, et etiam si plures tabule possunt ibi fieri per ·DCC· solidos Barchinonensis, de quibus profitemur a vobis bene esse pccatos. Ideoque renunciamus omni excepcioni non numerate pecunie et omni excepcioni doli et omni auxilio legum. Que operatoria predicta, cum predictis sex tabulis, afrontant de una parte in via que transit per medium carnicerie, de alia in via que transit ante domos Iohannis dez Mor et Bernardi de Turre Rubea, de tercia in domibus Petri de Exiverto et Petri de Tobis, de quarta in domibus que fuerunt de Comabela et Benedicti, carnificis. Sicut ab his afrontacionibus predicta operatoria, cum predicis sex tabulis includuntur et terminantur, sic vendimus vobis et vestris cum ingressibus et egressibus et cum omnibus melioramentis, que ibi facere potueritis, et cum omnibus iuribus sibi continentibus et cum omnibus in se existentibus et cum omnibus suis pertinenciis de abisso usque in celum, franche et libere, sicut melius dici vel intelligi potest, ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas vestro

vestrorumque proficuo. Et si hec suprascripta plus valent hoc precio prescripto, totum vobis et vestris in donacione damus ob remedium animarum nostrarum et a nostro nostrorumque iure et dominio eicimus et in vestrum tradimus sine omni nostro nostrorumque retentu et servitute. Et nos et nostri quisque nostrum pro toto convenimus inde vobis et vestris esse guirentes et legales defensores contra omnem personam perhenniter.

Quod est actum ·III· nonas maii anno Domini ·M·CC·VII·.

Sig+num Paschalis de Segarra, sig+num Bartolomei, sig+num Avinentis, filiorum eius, nos qui hoc fecimus scribere testibusque firmari.

Sig+num Arnaldi de Soree, qui hoc laudo et concedo.

Sig+num Arnaldi de Basela. Sig+num Raimundi Iohannis.

Sig+num Petri de Termenes. Sig+num Iacobi de Angularia.

Sig+num Bernardi de Iulach, qui hoc laudo et concedo.

Et ego, Avinent, dicta, dono atque in perpetuum concedo vobis emptoribus omnes [voces]¹ et raciones et demandas quas in prefatis domibus ha beo vel habere debeo.²

Arnaldus, presbiter, scripsit mandato B. de Tarrega et hoc + fecit.

1. De difícil lectura, ens inclinem per voces. B: voces. 2. Tot el paràgraf escrit posteriorment, amb lletra més petita i amb la tinta esvanida.

466

1207, maig, 5

Ramon Joan i la seva muller Guillema venen, a l'abat de Santes Creus, Bernat d'Àger, al prior Ramon de Rifà i al cellerer major, Pere de Bancs, un censal de cinquanta sous barcelonesos pel preu de set-cents sous, i a més tot el dret i el domini de les cases de Montblanc. Pel mateix preu hi afegeixen una altra casa que afronta amb els venedors, amb Maria de Termenes, amb Pere Ramon Despuig i amb la dels monjos de Santes Creus.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2772, núm. 4. Original.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2772, núm. 5. Traslát (*Hoc est translátum fideliter translátatum talis sic bene sequitur*) fet el 15 de novembre de 1220 (*Actum est translátum [et factum ·XVIII· kalendas decembris anno ·M^oCC^o·XX*) per Arnau Pellicer, levita (*Ego Arnaldus Pelliparii, levita, qui hoc translátavi et hoc (signe) fécit*). Estat de conservació dolent. Gairebé és impossible llegir-lo perquè la tinta està excessivament esvanida.

Notum sit cunctis quod ego Raimundus Iohannes et coniux mea Guillelma, quisque nostrum pro toto, per nos et per omnes nostros vendimus domino Deo et Bernardo, abbati de Sanctis Crucibus, et Raimundo de Rifa, priori, et Petro de Banchs, cellerario maior, et omni conventui domus Sanctis Crucibus, presenti et futuro, ibidem Deo servientibus, ·L· solidos Barchinonensis censuales et omne ius et dominium, que habemus vel habere debemus, super illas domos, quas censui dedimus hominibus Montis Albi in villa per ·DCC· solidos Barchinonensis, de quibus profitemur a vobis bene esse paccatos et numerando eos a vobis recipimus. Que domus afrontant de una parte in nobis venditoribus, de alia in Maria de Termenes, de tercia in Petro Raimundo de Podio, de quarta in vobis emptoribus. Et iterim addicimus vobis, huic vendicioni censum, unius domus que concluditur in numero predictorum nummorum censualium. Que domus affrontat de una parte in via que mirat in predictis domibus, de alia in vobis emptoribus, de aliis duabus partibus in nobis venditoribus, sicut ab his afrontacionibus omnes predictae domus includuntur et terminantur, sic vendimus vobis et vestris predictos quinquaginta solidos Barchinonensis censuales et omne ius et dominium quod in predictis domibus habemus vel habere debemus, cum ingressibus et egressibus et cum omnibus melioramentis, que ibi facere potueritis, et cum omnibus iuribus sibi continentibus, de abisso usque in celum, franche et libere, sicut melius dici vel intelligi potest ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas vestro vestrorumque proficuo. Et si plus valent predicti nummi censuales et dominium hoc precio, totum vobis et vestris in donacione damus. Et a nostro et nostrorumque iure et dominio eicimus et in vestrum tradimus sine omni nostro nostrorumque retentu et servitute in perpetuum. Et nos et nostri quisque nostrum pro toto convenimus inde vobis et vestris esse guirentes et defensores contra omnem personam perhenniter.

Quod est actum ·III· nonas madii anno Domini ·M·CC·VII·.

Sig+num Raimundi Iohannis, sig+num Guillelme, coniugis eius, nos qui hoc fecimus scribere testibusque firmari.

Sig+num Arnaldi de Basela. Sig+num Arnaldi de Borulla. Sig+num Paschalis de Segarra.

Arnaldus, presbiter, scripsit mandato B. de Tarrega, cum litteris rasis et emendatis in ·III^a· linea et VII· et hoc + fecit.

467

1207, maig, 16

Berenguer de Plegamans i el seu fill Bernat fan la pau i signen concòrdia amb el monestir de Santes Creus per totes les querelles i per tots els plets que sostenien amb els monjos en la causa de Tarragona. Per aquesta convinença Berenguer de Plegamans i el seu fill reben del monestir un bou de dos anys.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2772, núm. 6. Original. El pergamí està mutilat a la part esquerra de la carta.

Sit notum cunctis quod ego, Berengarius de Plicamanibus et filius meus Bernardus absolvimus monasterium Sanctarum Crucum et omnes monachos ipsius monasterii, ex toto in perpetuum, per nos et per omnes nostros, ab omnibus querelis et clamoribus et petitionibus et demandas, quas habebamus vel habere poteramus aliquo iure vel aliqua racione [demon]stratio¹ contra predictum monasterium, ita quod numquam decetero possimus inde predictum monasterium in causam Terrachone, aliquo modo set de hoc toto nobis perpetuum imponimus silencium. Pro hac autem absolucione et diffinicione accepimus a predicto monasterio unum boum duorum annorum quem iam recepimus et tenemus.

Actum est hoc ·xvii· kalendas iunii anno ·M^o.cc^o.vi^o. Dominice Incarnationis.

Sig+num Berengarii de Plicamanibus, sig+num Bernardi, filii mei qui hoc firmamus et firmari a testibus rogamus.

Sig+num Guillelmi Ginech. Sig+num Petri de Beguitano, iunioris. Sig+num Bernardi de Galam.

Ego Bernardus Gibert, hoc scripsi mandato Petri de Tarrachona, Terrachone notarii, die et anno prefixo.

468

1207, juny, 1

Pere Espígol dóna i lliura a Déu, a santa Maria i al monestir de Santes Creus, en mans de l'abat Bernat d'Àger, quatre-cents sous barcelonesos de l'honor del Velosell. Per aquesta donació l'abat el rep com a familiar del monestir perquè participi dels béns espirituals de la comunitat i li promet, quan ell vulgui entrar al monestir com a monjo, acceptar-lo.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2772, núm. 7. Original. Carta partida per ABC. Tinta esvanida.

Notum sit cunctis quod ego, Petrus Spigol, per me et pro remedio anime mee et parentum meorum et omnium fidelium defunctorum, concedo et dono Deo et sancte Marie et monasterio Sanctarum Crucum et in manibus Bernardi, abbatis, ·cccc· solidos Barchinone, bone monete, super totum illum honorem, quem habeo et teneo et habere debeo in termino del Velosel, ita ut fratres dicti monasterii accipiant dictum honorem et collocent cuicumque voluerint et expleta que vendant vel congregent et secundum valorem quem habuerint de feste sancti Michaelis setembris usque ad Omnium Sanctorum accipiant dictos ·cccc· solidos, tamen et tamdiu usque sint persoluti dicti ·cccc· solidos in pace ad bonam fidem. Et si forte frater meus voluerit reddimire suam terciam partem dicti honoris, ei sit soluta sua tertia pars in pace, et de residuo tenent potenter ipsas duas partes in supradicto tenero fratres dicti cenobii usque sint completi dicti ·cccc· solidos ad dictum monasterium ad bonam fidem. Et postquam fratres dicti monasterii habuerint receptos supradictos ·cccc· solidos ipse dictus honor sit assignatus et quietus remaneat cuicumque. Ego dictus Petrus voluero relinquere vel dare et si forte voluero intrare in dicto ordine in dicto monasterio de vita vel de morte faciant mihi secundum unum monachum et secundum formam ordinis et fratres dicti monasterii teneant et spletent dictum honorem, sicut ego dictus Petrus teneo et habeo et habere debeo et mihi evenit de patre et matre et per compram et per alias voces, cum affrontacionibus et pertinenciis integre cum omnibus expletis sicut mihi evenit et evenire debet et teneant et habeant sicut dictum est. Et ego, dictus Bernardus, abbas gratia Dei, cum consilio et voluntate tocius conventus nostri, damus et laudamus vobis dicto Petro fraternitatem et participationem in nostro monasterio quantocumque volueritis accipere in vita vel in morte secundum formam nostri ordinis.

Actum est hoc kalendas iunii anno Domini ·M·CC·VII·.

Sig+num Petri Spigol, qui hoc scripsit et firmari iussit.

Sig+num Bernardi, abbatis de Sanctis Crucibus.

Sig+num R<aimundi> de Monte Accutti. Sig+num fratris Deodatus. Sig+num fratris Petri Bernardi. Sig+num fratris Petri Doss. Sig+num fratris Gerad. ·SSS· Petri, cellerarii maioris. Sig+num B. de Pilia. Sig+num B. Granel. Sig+num. A. de Sala. Testes.

Petrus, presbiter, que hoc¹ scripsit die et anno quo (signe) supra.

1. Segueix esborrat: iussi.

469

1207, juny, 15

Ramon Joan i la seva muller Guillema estableixen a cens a favor de Guillem de Pontils i de la seva dona Grana un pati de terra situat a la vila de Montblanc perquè hi construeixin unes cases. El cens, estipulat en tres sous barcelonesos, haurà de ser satisfet pels arrendataris, i els seus descendents als arrendadors i als seus successors per Sant Miquel de setembre. Per firma de dret els arrendadors reben dos sous, amb els quals es consideren ben pagats. S'estipula el dret de fadiga en deu dies en el cas de venda o empenyorament.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2772, núm. 8. Original. Carta partida per ABC.

Notum sit cunctis quod ego Raimundus Iohannes et coniux mea Guillelma, quisque nostrum pro toto, per nos et per omnes nostros damus vobis Guillelmo de Pontils et coniugi vestre, Grane, et omni progeniei vestre et vestris, unum solum terre in villa Montis Albi, ubi domos faciatis. Quod solum afrontat de duabus partibus in viis, quas dedimus nostris domibus, de tertia in nobis datoribus, de quarta in Petro Raimundo de Podio. Sicut ab his afrontacionibus includitur, sic damus vobis et vestris dictum solum terre, ubi domos faciatis, cum ingressibus et egressibus et cum omnibus melioramentis, que ibi facere potueritis, et cum omnibus iuribus sibi continentibus de abisso usque in celum, sicut melius dici vel intelligi potest, ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas vestro vestrorumque proficuo. Sub tali condicione quod vos et vestri detis inde nobis et heredibus nostris annuatim in perpetuum in festo Sancti Michaelis septembris ·III· solidos Barchinonensis censuales. Et inde alium dominum non eligatis nisi nos et nostros. De vendicione et pignore faticam ·X· dierum nobis exigatis, liceat nobis comuni precio habere, quod si retinere noluerimus vestram inde voluntatem vestris consimilibus faciatis, salvo tamen predicto censu et iure et dominio nostro nostrorumque in perpetuum. Et nos et nostri quisque nostrum pro toto guirentes inde vobis et vestris esse convenimus contra omnem personam perhenniter. Et recipimus a vobis pro ingressu ·II· solidos, quorum vestri bene paccati sumus.

Quod est actum ·XVII· kalendas iulii anno Domini ·M·CC·VII·.

Sig+num Raimundi Iohannis, sig+num Guillelme, coniugis eius, nos qui hoc fecimus scribere testibusque firmari.

Sig+num Petri Feltrerii. Sig+num Carbonelli de Cardona.

Arnaldus, presbiter, scripsit mandato B. de Tarrega et hoc + fecit.

470

1207, juny, 17

Ramon Joan i la seva muller Guillema estableixen a cens a favor de Pere Mercer i de la seva dona Guillema un pati de terra situat a la vila de Montblanc perquè hi construeixin unes cases. El cens, estipulat en vuit sous barcelonesos, haurà de ser satisfet pels arrendataris, i els seus descendents als arrendadors i als seus successors per Sant Miquel de setembre. S'estipula el dret de fadiga en deu dies en el cas de venda o d'empenyorament.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2772, núm. 9. Original. Carta partida per ABC.

Notum sit cunctis quod ego Raimundus Iohannes et coniux mea Guillelma, quisque nostrum pro toto, per nos et per omnes nostros, damus vobis Petro Mercerio, et coniugi vestre Guillelme, et omni progeniei vestre et vestris unum solum terre in villa Montis Albi, ubi domos faciatis. Quod solum terre affrontat de una parte in via, de alia in Petro Raimundo de Podio, de tercia in Bernardo de Sancto Genesio et in vobis receptoribus, de quarta in nobis datoribus et Iohanne Mercerio. Sicut ab his afrontacionibus includitur, sic damus vobis et vestris dictum solum terre ubi domos faciatis, cum ingressibus et egressibus et cum omnibus melioramentis, que ibi facere potueritis, et cum omnibus iuribus sibi continentibus, de abisso usque in celum, sicut melius dici vel intelligi potest, ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas vestro vestrorumque proficuo, sub tali condicione quod vos et vestri detis inde nobis et heredibus nostris annuatim in perpetuum in festo sancti Michaelis septembris ·VIII· solidos Barchinonensis censuales. Et inde alium dominum non eligatis nisi nos et nostros. De vendicione et pignore faticam ·X· dierum nobis exigatis, liceat nobis comuni precio habere, quod si retinere noluerimus vestram inde voluntatem vestris consimilibus faciatis, salvo tamen predicto censu et iure et dominio nostro nostrorumque in perpetuum. Et nos et nostri quisque nostrum pro toto convenimus inde vobis et vestris esse guirentes contra omnem personam perhenniter.

Quod est actum ·XVII· kalendas iulii anno Domini ·M·CC·VII·.

Sig+num Raimundi Iohannis, sig+num Guillelme, coniugis eius, nos qui hoc fecimus scribere testibusque firmari.

*Sig+num Petri Tornerii. Sig+num Petri Pucululli.
Arnaldus, presbiter, scripsit mandato B. de Tarrega et hoc +
fecit.*

471

1207, juny, 22

Arnau de Bouvilla ven la meitat de la seva estança, que té a la vila de Montblanc, a Bernat d'Àger per cent cinquanta sous barcelonesos.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2772, núm. 10. Original.

Notum sit cunctis quod ego, Arnaldus de Bouvilla, per me et per omnes meos, vendo vobis Bernardo, abbati de Sanctis Crucibus, et conventui eiusdem loci, presenti et futuro, totam meam partem illius statice, quam habeo cum fratre meo Raimundo de Bouvilla in villa de Montis Albi, scilicet, medietatem, quam dividimus, scilicet, ipse habeat suam medietatem et ego, predictus Arnaldus de Bo<u>villa, aliam medietatem, quam vobis vendo per ·C·L· solidos Barchinonensis, de quibus proficuor a vobis bene esse paccatum. Que medietas statice mea afrontat de una parte in via que tendit ad fontem, de alia in Petro de Savardu et Bernardo de Savardu, fratre eius, de tercia in domibus vestris de Sanctis Crucibus, de quarta in medietatem predictae statice mei fratris Raimundi de Bo<u>villa. Sicut ab his afrontacionibus includitur, sic vendo vobis predictis et vestris predictam medietatem statice, cum ingressibus et egressibus et cum omnibus melioramentis, que ibi facere potueritis, et cum omnibus iuribus sibi continentibus, de abisso usque in celum, francam et liberam, sicut melius dici vel intelligi potest ad omnes voluntates prefati monasterii et suorum habitantium omni tempore faciendas. Et si plus valet hoc precio, totum vobis et vestris in donacione dono. Et a meo meorumque iure et dominio eicio et in vestrum trado et mito sine omni meo meorumque retentu et servitute in perpetuum. Et ego et mei guirentes inde vobis et vestris esse convenimus contra omnem personam perhenniter.

Quod est actum ·X· kalendas iulii anno Domini ·M·CC·VII·.

Sig+num Arnaldi de Bouvilla, sig+num Raimundi de Bo<u>villa, fratris eius, nos qui hoc fecimus scribere testibusque firmari.

*Sig+num Raimundi Iohannis. Sig+num Petri de Orriols.
Sig+num Bernardi de Pratis.*

Arnaldus, presbiter, scripsit mandato B. de Tarrega et hoc + fecit.

472

1208, gener, 29

Establiment fet per Bernat d'Àger, abat de Santes Creus, amb el consell del prior Pere i de tot el convent, a favor de Bartomeu, fill de Pascasi de Segarra i dels seus descendents, de les cases que el monestir havia comprat al seu pare, Pascasi de Segarra, a Montblanc, mitjançant un cens de cinquanta sous barcelonesos anuals pagadors cada any per Sant Miquel de setembre. El dret de fadiga queda establert en trenta dies.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2772, núm. 11. Original. Carta partida per ABC.

Notum sit cunctis quod ego Bernardus, Dei gratia, abbas Sanctarum Crucum, et Petrus, prior, cum consilio et voluntate totius conventus dicte domus, per nos et per omnes successores domus Sanctarum Crucum, donamus tibi Bartholomeo, filio Paschasii de Segarra, et tuis tueque progeniei et posteritati, nunc in perpetuum, unas domos nostras, quas habemus in villa de Montis Albi, cum sex tabulis que ibi sunt, quas domus emimus a patre tuo Paschasio de Segarra. Dicte domus et tabule affrontant de una parte in via que ascendit ad ecclesiam Sancte Marie, de alia in via que ingreditur in macello, de tercia in domibus cumbe pulcra et Benedicti Carnificis, de quarta vero parte in domibus Petri de Tous et Exiverti. Sicut includuntur et terminantur affrontacionibus, sic tibi et tuis donamus, cum introitibus et exitibus suis et cum omnibus iuribus sibi continentibus, de abisso usque in celum, cum omnibus melioramentis que ibi facere poteris ad omnes tuas tuorumque voluntates inde semper faciendas, tali convencionem ut tu et tui dones inde nobis et successoribus dicte domus in primo venienti festo sancti Michaelis septembris quinquaginta solidos Barchinonensis curribilium pro censu dictarum domorum. Similiter deinde in unoquoque festo sancti Michaelis septembris facias nobis et successoribus dicte domus annuatim pro censu dictarum domorum quinquaginta solidos Barchinonensis curribilium. Et si vendere vel impignorare volueris primum in nobis et in nostris successoribus dicte domus faticam .xxx. dierum exhibeas, et si voluerimus retinere liceat nobis pro comuni precio habere, sin autem licitum habeas vendendi vel

inpinorandi cui volueris tuo consimili, salvo tamen iure et dominio nostri et nostrorum successorum. Et tu nec tui non heligas ibi alium dominum nisi nos et nostros.

Actum est hoc ·IIII· februarii anno Domini ·M·CC· septimo.

Sig+num Bernardi, abbati de Sanctis Crucibus, (signe) Petri, prioris, sig+num Guillelmi, celerarii medii, sig+num fratris Petri Ros, sig+num Iozelini, cellerarii minoris,¹ qui hoc iussimus sicribi et firmari.

Sig+num Arnaldi de Soreze. Sig+num Arnaldi de Basela. Sig+num Raimundi Iohannis. Sig+num Petri Mercer. Testes.

Guillelmus Mathei, diachonus, qui scripsit mandato B. de Tarrega et hoc² fecit.

1. Des de Sig+num Bernardi, abbati, fins a cellerarii minoris, amb lletra de diferent mà i més esvanida, fet que fa suposar que l'acte de la signatura fou posterior, pel que fa a aquest membre de la comunitat cistercenca del Gaià. Després, continuant qui hoc iussimus (...) fins al final del document amb lletra de la primera mà. 2. Segueix espai en blanc, reservat a la signatura.

473

1208, gener, 29

Convinença signada entre Pascasi de Segarra i l'abat de Santes Creus, Bernat d'Àger. Demana a l'abat que signi carta de venda, a favor del seu fill Bartomeu, de les cases situades a Montblanc, que ell va vendre al monestir —segons consta en la carta de venda a carta de gràcia— amb la condició que els monjos les vendrien al seu fill quan assolís la majoria d'edat. Del compliment del pacte que el seu fill les adquirirà, presenta com a fiador Arnau de Soreze que es compromet a pagar la quantitat de dos-cents sous de fiança si la transacció no es porta a terme. Pascasi de Segarra, a la vegada, promet retornar al fiador els dos-cents sous de fiança posat cas que el seu fill Bartomeu, quan fos major d'edat, no volgués comprar les cases al monestir de Santes Creus.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2772, núm. 12. Original.

Notum sit cunctis quod ego, Paschasius de Segarra, per me et per omnes meos, convenio vobis domino Bernardo, Dei gratia, abbati Sanctarum Crucum, et Petro, priori eiusdem domus, et omni conventui, quod faciam vobis firmare et concedere Bartholomeo, filio meo, illud instrumentum vendicionis, quod vobis olim feci de illis domibus, quas in villa Montis Albi habebam contiguas macelli,

sicut continetur in vestro instrumento vendicionis, scilicet, quando dictus Bartholomeus fuerit de etate. Et pro maiori securitate dono vobis fideiussorem Arnaldum de Soreze, qui dicta omnia vobis impleat et atendant. Ego, vero, Arnaldus de Soreze convenio vobis B<ernardo>, abbati, et P<etro>, priori, et omni conventui dicte domus ut faciam laudare et concedere et firmare dictum instrumentum vendicionis dicto Bartholomeo, filio Paschasis de Segarra, quomodo [fuerit]¹ de [etate].² Quod nisi [facero]³ vel facere nequivero, convenio vobis donare .cc. solidos Barchinonensis curribilium et postea sim eiectus de ista fidancia et deinde non [teneat]⁴ vobis in aliquo pro predicta fidancia. Iterum ego Paschasius de Segarra convenio vobis Arnaldo de Soreze et vestris custodire ab omni dampno et gravamine de ista supradicta fidancia. Et pro maiori securitate dono vobis returnum super illas meas domos, que sunt in platea Montis Albi, tali pacto quod, si dictus Bartholomeus noluerit firmare [dictum]⁵ instrumentum dictis dominis, quando fuerit de etate, habeatis super dictas domos⁶ de platea .cc. solidos Barchinonensis curribilium. Et nullus meorum possit eas abstrahere de vestro posse, donec primum donet⁷ vobis vestris .cc. solidos Barchinonensis curribilium.

Actum est hoc .iiii. kalendas februarii anno Domini .mcc. septimo.

Sig+num Paschasis de Segarra, sig+num Arnaldi de Soreze, qui hoc iussimus scribi et firmari.

Sig+num A<rnaldi> de Basela. Sig+num Petri Mercer. Sig+num R<aimundi> Iohannis. Testes.

Guillelmus Mathei, diachonus, hoc scripsit mandato B. de Tarrega, cum literis suprapositis in .xvii. linea ubi dicitur, domos et hoc (signe) fecit.

1. Tinta correguda. 2. Tinta correguda. 3. Tinta correguda. 4. Tinta correguda. 5. Tinta correguda. 6. Interlineat: domos. 7. Segueix vel entre # # que n'invaliden la lectura. potser vel s'hauria de posar entre vobis vestris.

1208, febrer, 24

Guillem Adalbert dóna a l'abat Bernat d'Àger i al monestir de Santes Creus dos honors situades al terme del castell d'Olèrdola, un a la parròquia de Sant Miquel d'Olèrdola, que va comprar a Ramon de Lavit, i l'altre a la parròquia de Santa Margarida, que va adquirir a Guillema de la Freixa.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2772, núm. 13. Original.

In Christe nomine. Pateat universis qualiter ego, Guillelmus Adalberti, Divini Amoris intuitu, propter anime mee remedium et omnium [parentum] meorum, bono animo ac spontanea voluntate, dono et offero Deo et beate Marie Virgini et venerabili monasterio de Sanctis Crucibus et vobis domino Bernardo, abbati, et vestris successoribus et fratribus eiusdem loci, presentibus atque futuris, omnem illum honorem, quem emi a Raimundo de Zavit et omnium illum honorem, quem emi a Guillelma de za Freixa. Est autem dictus honor in comitatu Barchinone in termino castris d<e> Ordole,¹ in parrochia Sancti Michaelis d<e> Ordole² et in parrochia Sancte Margarite. Quem honorem, per me et per omnes meos, perhe<n>ni et vera donacione, cum hac presenti carta dono et trado prefato monasterio, cum omnibus introitibus et exitibus et melioramentis et suis pertinentiis, cum heremo et populato, a celo usque in abissum, ad proprium alodium et franchum, sine aliquo retentu meo et meorum omnium et contradicto sicut melius et utilius dici vel intelligi potest, ad utilitatem dicti monasterii, ad omnes voluntates abbatis dicti loci et sucesorum omnium eius et fratrum presentium et fururorum. Et ab hac die in antea domini domus de Sanctis Crucibus omnes exitus et expleta suis quoslibet census, iura sive dominia, que, ego, in dicto honore habeo vel aliqua ratione habere debeo colligant, habeant, accipiant perhenni possessione libere et quiete, ad omnes voluntates eorum faciendas cum ipso omni honore in perpetuum.

Quod est actum ·VII· kalendas marcii, anno Domini ·M^o·CC·VII^o·.

Sig+num Guillelmi Adalberti, levite, qui hoc laudo et firmo testesque firmare rogo. Sig+no Arnaldi Adalberti, qui laudo et firmo.

Sig+num Geraldi Alamanni. Sig+num A<rnaldi> Mirales. Sig+num Guillelmi de Sancti Iusti. Sig+num G<uillelmi>de Monte Acuto. Isti sunt testes.

Frater Bertrandus, professione monachus, scripsit et hoc (signe) fecit.

1-2. Segurament vol dir Olerdole.

1208, febrer, 27

Bernat de Montjuïc, prevere, per la salvació de la seva ànima i de la dels confreres de l'altar de Sant Esteve, dóna al monestir de Santes Creus, al territori de Barcelona, dues vinyes que va comprar a Maria, difunta, filla de Pere Berenguer Troin. Atorga a l'abat Bernat d'Àger tot el dret i domini sobre les esmentades vinyes perquè els monjos les posseeixin en ple, franc i lliure alou, amb la condició que mentre el donant visqui gaudirà de les rendes que produeixin, quan mori passaran íntegrament al cenobi santescreuenc.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2772, núm. 14. Original.

Sit notum cunctis quod ego Bernardus de Montejudaico, presbiter, ob remedium anime mee et animarum omnium confratrum altaris Sancti Stephani,¹ dono et offero Deo et cenobio de Sanctis Crucibus, illas duas pecias vinearum cum terris quibus sunt fundate, quas per meam emptionem, quam feci de Maria, quondam, filia Petri Berengarii Troin et de viro suo Raimundo Guillelmi Corregerii, habeo in territorio Barchinone apud Bederridam, de quibus, scilicet, duabus peciis vinearum tenet unam per me Arnaldus Pugnera et aliam teneo ego in dominium meum. Terminatur autem pecia illa vinee quam tenet Arnaldus Pugnera, ab oriente in tenedone, quam Petrus de Curtius tenet per homines de Mazcheffa, a meridie in alodio ecclesie Sancte Eulalie de Provinciana, ab occiduo in vinea Pucululli Sabater, a circio in ipsa alia pecia vinee, quam in dominium teneo. Que, scilicet, ista de dominio terminatur ab oriente in tenedone, quam Petrus de Curtibus, iam dictus, tenet per homines de Mazcheffa, a meridie in ipsa vinea quartali, quam Arnaldus Pugnera tenet per me, et in vinea Pucululli Sabater, prenominati, ab occiduo in vineis, quas tenet Petrus de Alfercis, a circio in alodio Davich, iudei. Sicut prenomintas duas pecias vinearum, cum terris quibus sunt fundate et cum introitibus et exitibus earum, integriter dono et offero Deo et predicto cenobio de Sanctis Crucibus. Et de meo iure in ius et dominium eiusdem cenobii trado in manu Bernardi, abbatis eiusdem loci, ad quicquid ibi vel exinde abbas ipsius cenobii et monachi facere voluerit ad utilitatem iam dicti cenobii. Retento tamen quod ego prescriptus Bernardus, presbiter, teneam et habeam iam dictas duas pecias vinearum tantummodo in vita mea et ad ob[itum]² eum revertantur in ius et dominium

prefati cenobii sine ullo retentu. Siquis hoc fregerit supradicta in duplo componat et insuper maneat omni tempore firmum.

Actum est hoc ·III^o· kalendas marcii anno Domini ·M^o·CC^o·VII^o·.

Sig+<num> Bernardi de Monte Iudaici, presbiteri, qui hoc laudo et firmo.

Sig+num Petri de Fersis, presbiteri.

Sig+<num> Bernardi de Sancto Lauro.

Sig+num Richerii

Sig+num Petri de Corrone, scriptoris, qui hoc scripsit et cum litteris emendatis et suprapositis in linea prima, die et anno quo supra.

1. *Interlineat: Sancti Stephani.* 2. *Esborrada part de la paraula.*

476

1208, abril, 11

Ermengol, comte d'Urgell, enfranqueix totes les terres i propietats que el monestir de Santes Creus té i les que pugui tenir; d'ara en endavant, al seu comtat. Eximeix els monjos de pagar el portatge i cap mal ús. Els concedeix que tots els ramats puguin pasturar lliurement per les seves terres i els posa sota el seu guiatge i protecció, com també totes les cases monacals, i no permet que cap dels seus cavallers o terratinents els pugui foragitar.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2772, núm. 15. Original.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2772, núm. 16. Original.

C: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2772, núm. 17. Original.

In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego Ermengaudus, Dei gratia, comes Urgellensis, per me et per omnes meos successores, facio hanc cartam donacionis domino Deo et Sancte Marie de Sanctis Crucibus et tibi Bernardo, abbati eiusdem loci, et fratribus tuis ibidem Deo servientibus, tam presentibus quam futuris, libenti animo et spontanea voluntate, propter amorem Dei et sancte Marie et pro animabus patris et matris mee et omnium parentum meorum, dono, laudo et concedo vobis et vestris in perpetuum omnes honores vestros et possessiones, quas habetis aud¹ habituri estis vel possidetis in Illerda² et in suo termino, atque in comitatu meo vel in tota terra mea dono vel emptione seu beneficio alicuius hominis vel alio quocumque modo. Dono etiam

vobis ut numquam de vestris propriis rebus donetis portaticos vel ullos usus alios in tota terra mea. Concedo etiam vobis si aliquis miles vel pedonus nichil habens ad vos venint, et vobis recipere placuerit, si alicui unquam aliquid forafecerit pro hoc non respondeatis. Insuper recipio vos et domos vestras et ganatum vestrum et omnem rem vestram in mea emparancha et in meo guizatico et in mea defensione,³ sicut meam propriam causam. Siquis vero hoc meum donativum disrumpere vel anichilare voluerit sit maledictus sicut Iudas qui tradidit Christum, et insuper dampno illato monasterio Sanctarum Crucum restituto pro pena dabit nobis et successoribus nostris mille aureos. Hanc autem helemosine et franquitatis donacionem a nobis et successoribus nostris in perpetuum statuimus firmiter observandam.

Data autem carta ista in Monte Albo ·III· idus aprilis, in anno Dominice Incarnacionis ·M^o·CC^o· octavo.⁴

Sig+num Ermengaudi, comitis. Sig+num Alvire, comitisse Urgellis.

Sig+num R<aimundi> Alaman. Sig+num Berengarii de Cervaria. Sig+num Ferrarii Sancti Martini. Sig+num Ugonis de Terre Rubea. Sig+num Geraldi de Granana. Sig+num Guillelmi, archidiaconi de Ribellis.

[...]⁵

1. B i C: aut. 2. B i C: Ylerda. 3. B i C: deffensione. 4. B i C: ·VIII^o. 5. B i C: Guillelmus Mathei, diachonus, hoc scripsit mandato E<rmengaudi>, comitis, et A<lvire>, comitisse, et hoc (signe) fecit.

477

1208, abril, 11

Testament de Ramon de Rabinat. Nomena marmessors del seu testament Guerau de Montagut, fra Arnau de Rabinat, germà seu, fra Bernat de Vilanova i Bernat de Cabrera. Els prega que facin complir la seva darrera voluntat, tant en cas de mort com si entra com a monjo a la comunitat cistercenca de Santes Creus. Demana ser sebollit al monestir santescreuenc, per la qual cosa disposa que donin al cenobi tres-cents sous barcelonesos, en cas de morir seglar, de la seva honor de Sarianibalda, però si adopta l'hàbit monacal, disposa que lliurin a l'abat, com a dot, mil sous barcelonesos de les rendes de l'honor de Pontons.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2772, núm. 18. Original.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2772, núm. 19. *Trasllat fet per fra Jaume Despuig el 29 de novembre de 1261 (Ego frater Iacobus de Podio, hoc translatum fideliter translatavi ·iii· kalendas decembris et hoc (signe) fecit anno ·M·CC·LX· primo)*. Estat de conservació dolent que fa que sigui impossible llegir bona part de la carta. Cit. FORT, *El senyoriu...*

Quoniam nullus in carne positus mortis periculum evadere potest. Idcirco ego Raimundus de Rabinato, sanus, in meo pleno sensu et integra memoria, facio testamentum meum et eligo manumissores meos¹ Geraldum de Monte Acuto et fratrem Arnaldum de Rabinato, fratrem meum, et fratrem Bernardum de Vila Nova et Bernardum de Capraria, et do eis potestatem dandi et distribuendi omnia mea utricumque habeo vel aliqua ratione habere debeo, si habitum religionis assumpsero sive ab hoc seculo migravero, antequam aliud testamentum fecero sine omni illorum dampno. In primis dimitto corpus et animam meam domino Deo et beate Marie et venerabili monasterio de Sanctis Crucibus cum trescentis solidis Barchinonensis si in habitu seculari ab hac vita migravero, quos recipiant super honore meo de Sarianibalda, scilicet, de exitibus, quos exitus accipiat dictum monasterium in paccam. Si autem vivus habitum dicti monasterii assumpsero dimitto prephato monasterio mille solidos Barchinonensis, quos in exitibus totius² honoris mei de Pontos recipiant in pacam. Dimitto Sancto Petro dez Archels ·xx· solidos, que paccentur exituum dominicature mee de Palarols. Dimitto Sancte Marie de Rabinato ·x· solidos et paccentur de exitibus de Palarols. Dimitto Sancte Marie de Montis Serrati ·x· solidos, qui paccentur in manso Petri Morages de Odena. Dimitto Sancto Ieorgio, scutum et lanceam et capellum ferreum et trepes et ·v· solidos. Precipio et volo ut omnia debita mea utricumque ea debeo sive tunc debuero integriter solvantur. Dimitto Sibilie, coniugi mee, sponsalicium suum, sicut in carta sua continetur tum dum continentur, et absque marito stare voluerit. Dimitto Marchisie, filie mee, centum aureos pro parte et hereditate sua, quos recipiat in paccam super unam miliciam meam castris Odene, et filius meus Gombaldus facitur servicium, quo ad dictam miliciam faciendum pertinet usque quo dicta filia mea paccata sit ex illis ·c· morabetinorum et exitus dicte milicie recipiat dicta filia mea in paccam et non pro lucro. Dimitto Berengarie, filie mee, omnem honorem meum de Pontos, sicuti ego habeo vel aliqua ratione habere debeo pro sua parte et hereditate. Omnia alia mea ubicumque ea habeo vel aliqua ratione habere debeo, dimitto Gombaldo, filio meo, et mitto eum in posse et in custodia Raimundi Cervarie, domini mei, et rogo ipsum dominum

R<aimundum> de Cervaria, ut ipse testamentum, hoc sicut hic scriptum est, persequi faciat. Et hoc sciendum quod, si discesserit Berengaria, filia mea, sine infante legitimo redeat hereditas eius Gombaldo et si Gombaldus obierit sine infante legitimo redeat hereditas eius Berengarie, et si ambo obierint sine infante legitimo redeat castrum de Rabinat Bernardo, fratri meo, et feudum de Lundars et redeat hereditas de Pontos, cum manso de³ Monte Acuto, Poncio, fratri meo, et redeat milicia de Odena Petro, fratri meo, et redeat mansum Odene Petri Morages Guillelme, sorori mee, et filiis suis honor vero de Odena, et de Palarols redeat Arnalde, so<ro>ri mee, et filiis eius. Tamen hoc sit ita, si dicti infantes mei dicesserunt sine legitimo infante.

Quod es actum ·III· idus aprilis anno Domini ·M^o·CC^o·VIII^o.

Sig+num Raimundi de Rabinato, qui hoc laudo et firmo et firmare rogo.

Sig+num Guillelmi de Monte Acuto. Sig+num fratris A<rnaldi> de Rabinato. Sig+num Bernardi de Vila Nova. Sig+num Bernardi de Capraria. Isti sunt manumissores visores et auditores.

Frater Bertrandus, scripsit cum literis suprapositas in ·VI^a· linea et hoc (signe) fecit.

1. *Repetit: meos.* 2. *Interlineat: totius.* 3. *Segueix ratllat: per.*

478

1208, maig, 10

Ramon de Montcada reconeix deure a Bernat d'Àger, abat del monestir de Santes Creus, cinc-centes masmudines en moneda d'or.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2773, núm. 1. Original.

Notum sit omnibus hominibus quod ego, Raimundus de Montecatano, per me et per omnes meos successores, debeo vobis Bernardo, abbati de Sanctis Crucibus et omni conventui eiusdem loci, quingentas mazmudinas bonas iucifias boni auri iustique pensi, quas mihi Raimundus Baiulus a<c>comodavit, ex quibus ei instrumentum feci in persona Stephani de Soria quod continet ·ccc· mazmudinas et ducente mazmudine que continetur instrumento quod continet duo milia et ducentas viginti mazmudinas quod olim feci iam dicto Stephano de Soria, de quibus ·D· mazmudinas predictis mee voluntati paccatus fui, et ideo renuncio exceptioni non numerate pecunie et doli quas ei confiteor nunc debere. Quas prefatas

·D· mazmudinas laudo et concedo vobis Bernardo, abbati, et conventui eiusdem, ut iure nostri pignoris habeatis super omnibus exitibus meis et redditibus quas in Ylerda habeo vel habere debeo, gratis vel vi, sine aliquocumque modo, sicut melius et plenius continetur in instrumentis Stephani de Soria, predicti, absque ulla fraude et hec predicta omnia ac singula convenio vobis et vestris observare sub fide sacramenti, quod instrumentis iam dictis, feci, ita tamen quod vestram partionem que contigerit vobis in solutione accipiatis usque de ducentis marzmudinis sitis paccati pro vestra quarta parte iamdictarum exituum meorum. Alias vero ·ccc· mazmudinas istius debiti accipiatis in redbitibus meis Ylerde, postquam Setephanus de Soria, iam dictus, paccatus fuerit de mille et centum et viginti mazmudinas, quas ei in instrumento a me facto debere confiteor. Preterea ego Stephanus de Soria per me et per meos laudo et concedo omnia predicta et singula ut superius est scripta absque ullo ingenio. Insuper ego Stephanus de Soria, iam dictus, per me et per omnes meos absolvo et diffinio vobis Raimundo Baiulo et vestris in perpetuum de omnibus illis fidanciis in qua vos me misistis usque in hanc presentem diem, aliqua parte ita quod ab hac die in antea vos nec res vestre non teneamini me trahere ac deliberare de illis fidanciis in quibus me in hanc presentem diem missistis, set in perpetuum inde immunis sitis.

Quod est actum ·vi· idus maii, anno Domini ·M·CC· octavo.

Sig+num Raimundi de Monte Catano, sig+num Stepahni de Soria, qui hoc firmamus et concedimus.

Sig+num Guillelmi Raimundi de Montecatano, qui hoc prescriptum totum laudo, concedo, absque ullo ingenio monasterii iamdicti et fratrum eiusdem.

Sig+num Bernardi Vacce, maioris, sig+num Raimundi Scribe, sig+num Ermengaudi de Cardona, huius rei sunt testes.

Arnaldus de Curtibus, scripsit, cum litteris rasis et emendatis in ·xi^a· linea et hoc (signe) fecit.

479

1208, juny, 1

Testament d'Arnau d'Altarriba, cavaller, vassall de Ramon de Cervera.

[A]: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2773, núm. 2. Trasllat fet el 3 de juliol de 1210 (*Hoc est translatum bene et fideliter factum ·v· nonas iulij anno Domini ·M^o·CC^o·X^o·*) fet per Arnau,

escolà, amb el testimoni de Bernat de Juneda, capellà, i d'Arnau, sacerdot (Arnaldus Eschola, qui hoc translatum translatavi et hoc (signe) posuit; Bernardus de Iuneta, capellanus eiusdem loci, que hoc translatum firmo et hoc + pono. Arnaldus, sacerdos, que hoc translatum laudo et firmo et hoc signum crucis + pono).

Quoniam nullus in carne positus potest evadere morti. Idcirco ego, Arnaldus de Alta Ripa, miles, iacens in egritudine, timens pennas inferni et cupiens pervenire ad gaudia Paradisi, si Deo placet, propterea facio meum testamentum et dispositionem omnium mearum rerum, mobilium et immobilium, seu se movencium. Et totum hoc facio cum meo bono sensu ac plena memoria, in quo eligo manumissores meos, scilicet, Berengarium de Rubione, militem, et Petrum de Iuneta, militem, et Bernardum de Iuneta, ut, si mors mihi advenerit antequam aliud testamentum, faciam ut ipsi habeant licenciam ac potestatem dividendi atque distribuendi omnia mea bona sicut inferius, in hac presenti carta, declaravero. Et totum hoc quod, predicti manumissores mei fecerint de omnibus meis rebus momilibus¹ et immobilibus seu se movientibus, sit ita bonum et firmum ac stabilem in perpetuum, ac si egomet, predictus Arnaldus de Alta Ripa, miles, eram ibi presens, qui totum illud fecissem et concedissem. In primis accipio de meis bonis trescentos solidos iaquenses, quorum dimitto ducentos solidos, cum meo corpore et cum mea anima Deo et Sancte Marie domus Gardenii et cum meis ligneis armis, et de illis centum solidos, qui remanent, dimitto Sancte Marie Populeti ·xx· solidos et Sancte Marie Vallis Bone ·xx· solidos et Sancte Marie desz Pedregal ·xx· solidos et Sancti Georgii de Alfama ·x· solidos et Sancti Georgii de Alta Ripa ·x· solidos et illi ·xx· solidos, qui remanent, dividantur sicuti predictis manumissoribus meis melius videbitur. Item dimitto sorori mee, Berengarie, centum solidos et alie sorori mee, Agnes, centum solidos, quos ducentos solidos predicti manumissores mei persolvant predictis sororibus meis de fructibus honorum meorum. Omne alium meum avere et omnem meum honorem, quem habeo vel habere debeo aliquo iure vel racione vel voce, et totum ius quod habeo et habere debeo in castro de Alta Ripa et in suis terminis et alodiis, et quicquit habeo et habere debeo in castro de Viver et in suis terminis et pertinenciis, et omne quod habeo et habere debeo in castro de Montle et in suis terminis atque pertinenciis, et quicquit habeo et habere debeo in castro desz Mor et in suis terminis ac pertinenciis, et in Villa Grassa, et totum quicquit habeo et habere debeo in castro des za Corbela et in suis terminis atque pertinenciis, et ut breviter loquar. Omnem meum honorem et totum meum avere, quem habeo vel habere debeo

aliquo iure vel racione et iura omnia et dominia et senieraticum, et quicquid habeo et habere debeo in iam dictis locis et in omnibus aliis gratis vel vi ubicumque locorum sint vel fuerint, totum relinquo et dimitto filie mee Berengarie et filio meo vel filie mee qui vel que est in utero Sibilie, uxoris mee. Tali modo eis filiis meis omnia supradicta relinquo quod, si uxor mea Sibilia modo primo filium habuerit, ille filius totum supradictum honorem et avere habeat et filia mea iam dicta Berengaria habeat trescentos morabetinos unde sit coniugata, si virum acceperit. Si vero monasterium intraverit filia mea, iam dicta Berengaria, habeat centum morabetinos. Si vero Sibilia, uxor mea, modo primo filiam habuerit, una ex filiabus meis offeratur monasterio, et intret et detur monasterio cum centum morabetinis, et alia filia mea habeat totum supradictum honorem et avere. Et si forsitan quod absit uxor mea, Sibilia, ab ortivum fecerit, filia mea iam dicta Berengaria habeat totum supradictum honorem et avere. Item relinquo uxori mee, Sibilie, totum suum exovar et suum sponsalium et dimitto dictam uxorem meam dominam potentissimam de omni supradicto honore et avere omnibus diebus vite sue cum filiis et absque filiis et cum viro et absque viro et sine ullo vinculo alicuius persone. Item relinquo matri mee, singulis annis, .xxx. solidos, nomine vestium, qui sibi persolvatur singulis annis in festo sancti Michaelis, mensis septembris. Item obsecro et dimitto supradictam Sibiliam, uxorem meam, et filios et filias meas et totum meum honorem, ubicumque sit, in custodia et in amparancia et sub speciali defendement reverentissimi domini mei Raimundi de Cervera, et rogo humiliter eum, intuitu pietatis et amore Dei et in redempcione peccatorum suorum, quatenus propter dominum et propter amicitiam ut ipse gubernet et defe<n>dat predictam uxorem meam et supradictos filios vel filias meas et omnem alium meum honorem. Item rogo avunculos meos, videlicet, Petrum de Altet et Raimundum de Calders et consanguineum meum Raimundum de Conca Bela ut ipsi manuteneant et defendeant uxorem meam et filios vel filias meas preposse eorum. Item obsecro fratres meos, scilicet, Astanova et Petrum Arnallum ut ipsi diligant fraternaliter et defendeant et manuteneant bona fide uxorem meam Sibiliam et filios et filias meas et ad eos adiuvent.

Quod est actum kalendas iunii anno ab Incarnatione Domini .M^o.CC^o. octavo.

Sig+num Arnaldi de Alta Rippa, militis, qui totum hoc testamentum firmo et concedo et manumissores meos et testes firmare rogo.

Sig+num Berengarii de Robione. Sig+num Petri de Iuneta. Bernardus de Iuneta, que hoc firmo et hoc + pono. Nos tres manumissores predicti Arnaldi de Alta Rippa, qui hoc totum testamentum firmamus et recipimus abque omni dampno nostro.

Sig+num Guillelmi den Ramard, mercatoris, sig+num Ferrarii Pelegri. Sig+num Bernardi de Figaeco, sig+num Poncii de Aspa, qui huius testamenti sunt testes.

Arnaldus Ademarius de Tolosa hanc cartam huius testamenti scripsit et hoc sig+num fecit.

1. *mobilibus.*

480

1208, agost, 18

L'abat Pere de Poblet estableix en emfiteusi a Pere Prats un pati de terra de Vimbodí perquè s'hi construeixi una casa. L'arrendatari i els seus descendents hauran de satisfer a l'abadia de Poblet un cens anual de tres diners barcelonesos el dia de Nadal. L'abat es reserva el dret de fadiga en trenta dies. Per firma de dret el monestir rep de Pere Prats la quantitat de quatre sous, amb els quals l'abat es considera ben pagat.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa Maria. Carpeta 2773, núm. 3. Original.¹

Notificetur cunctis presentibus ac futuris quod ego Petrus, Dei gratia Populetensis abbas, cum consensu et voluntate tocius conventus eiusdem loci, damus et concedimus vobis Petro Pratz et vestre proieniei atque pos[teritati] in perpetuum unum solum terre ad faciendum domus in Avimbodi, sicut affrontat ab oriente, et ab oriente vadit usque in murum veterum, quem tens Petro Bovet,² et ab occidente et a circio in vias que inde transeunt, sicut fixuriatam abemus et a meridie in Arnaldo de Tapioles et sui. Hunc solum terre terminis istis inclusum damus vobis et vestris in perpetuum cum ingressibus et egressibus suis, ab abisso usque in celum, sub tali pacto eum damus vobis ut teneatis pro vobis et faciatis censum exinde vobis et vestris omni tempore ·III· denarios annuatim Natale Domini nobis et nostris successoribus. Et accepimus a vobis pro intrata istius doni et ut firmus sit vobis et ·III· solidos Barchinonensis. Ac si vendere nec inpignorare volueritis a ·xxx· diebus in nobis fatigatis. Et eum faciamus vobis et vestris tenere in pace omni tempore. Et easdem carerias et vias non deterioratis nec stringatis, set bene siant salvas et amplas iam dictas vias sicut abemus

terminatas. Hoc damus cum omni melioramento, quod ibi facere poteritis. Et de predictos ·III· solidos a vobis bene paccati sumus.

Actum est hoc ·XV· kalendas septembris anno Domini ·M·CC·VIII·.

Sig+num Petri, abbatis. Sig+num Bernardus, prioris. Sig+num A<rnaldi>, cellerarii maior. Sig+num G<uillelmi>, cellerarii medii. Sig+num B<ernardi> de Darocha. Sig+num Carbo. Sig+num Petri Bosen. Sig+num R<aimundi> Narbones.

Ego Deodatus hoc scripsit et hoc signum (signe) impressi, cum literis signatis cum tres punctos ut dicitur: ab oriente.

1. *El document pertany al monestir de Poblet.* 2. *Intercalat el paràgraf, et ab oriente vadit usque in murum veterum quem tens Petro Bovet, després de nobis fatigatis i abans de Et eum faciamus. Aquesta és la referència que fa l'escrivà: cum literis signatis cum tres punctos ut dicitur ab oriente.*

481

1208, agost, 19

Marquesa, vescomtessa de Cabrera, dóna a l'abat Bernat d'Àger i al monestir de Santes Creus tot el dret i tota la jurisdicció de l'honor que Guillem de Conill i la seva mare Eliarda, juntament amb la seva esposa Ermessén, van vendre a Berenguer de Gelida, i també a l'altra honor que Berenguer de Conill va donar al monestir. Ambdós honors són al terme del castell de Mediona.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2773, núm. 4. Original.

Cit.: FORT, *El senyoriu...*

Notum sit cunctis quo ego domina za Marchesa, Dei gratia, vicecomitissa Caprarie per me et per omnes successores meos, propter anime mee salutem omnium parentum meorum, dono et trado perficis donacionis absolvo in perpetuum omnem ius, dominium et senioraticum quod habeo vel aliqua ratione habeo et debeo in omni illo honore quem Guillelmus Scuniles et mater sua Elliards et uxor sua Armesen vendiderunt Berengario de Gelida et uxori sue Ermessendi et suis et omnem ius et dominium et potestatem quod habeo vel aliqua ratione habere debeo in omni illo honore quem Berengarius de Conies, miles, dedit monasterio de Sanctis Crucibus, domino Deo et beate Marie et venerabili monasterio Sanctarum Crucum et vobis domini Bernardo, abbati ipsius loci, et omnibus successoribus vestris integrum. Sunt autem dicti honores in comitatu Barchinone, in termino castris mei de Mediona, in loco vocitato

turem de Podio Molto. Dono igitur supradictos honores cum omnibus affrontationibus suis, pertinenciis sive appendenciis vobis domino Bernardo, abbati, et omnibus successoribus vestris franchos et liberos ad omnes vestras voluntates faciendas in perpetuum. Et cum hac presenti carta ius, dominium et omnem potestatem quod in dictis honoribus habeo vel aliqua ratione habere debeo de meo posse eicio sine omni retentu meo et meorum in iure perpetuo ad possidendum et in vestrum mito cum omni libertate et servitute remota, sicut melius et utilius potest dici et in intelligi ad profectum et uutilitatem dicti monasterii.

Quod est actum ·XIII· kalendas septembris anno Domini ·M^o·CC^o·VIII^o.

Sig+num Domine Marchesie, qui hoc laudo et firmo testesque firmare rogo.

Sig+num Magistri G. de za Marchesa. Sig+num G. de Monte Gai. Isti sunt testes.

Frater Bertrandus, scripsit, et hoc (signe) signum fecit.

482

1208, novembre, 21

Bernat d'Àger, abat de Santes Creus, ven per mil cinc-cents cinquanta sous un cens anual de cent vint sous a l'abat del monestir benedictí de la Portella. En percebrà cinquanta sobre les cases de Pasqual Segarra, cinquanta més sobre les rendes de l'honor de Ramon Joan i els dotze restants sobre la meitat de la renda de la casa d'Arnau de Benviula, a Montblanc.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2773, núm. 5. Original.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2773, núm. 6. Trasllat de 4 de maig de 1233 (*Sig+num fratris Arnaldi qui hoc fideliter translatauit ·III· nonas madii anno Domini M^o·CC^o·XXX^o·III^o*). Ben conservat.

Cit.: FORT, *El senyoriu...*

Manifestum sit omnibus hominibus quod ego Ber[n]ardus, abbas de Sanctis Crucibus, cum consilio et assensu tocius nostri conventus vendimus vobis domino abbati de Portella ·C·XII· solidos censuales, quos hominis in villa Montis Albi, ex quibus sunt ·L^a· super domibus Paschalis de Segarra et alii ·L^a· super honore R<aimundi> Iohannis et ·XII· super medietate unius st[at]i]ce Arnaldiⁱ de Benviula, quam habebat cum fratre suo. Hoc totum vobis vendimus integriter

sine aliquo retentu per ·M·D·L· solidos sicut continetur in instrumentis que vobis tradimus. Et de nostro iure in vestrum tradimus dominium² et potestatem ad omnes vestras voluntates faciendas, sicut melius dici vel intelligi potest.

Actum est hoc ·XI· kalendas decembris anno Domini ·M^o·CC^o·VIII^o.

Sig+num Bernardi, abbatis de Sanctis Crucibus. Sig+num Guillelmi, prioris. Sig+num Petri, sacriste. Sig+num fratris Raimundi de Monte Tornes. Sig+num (signe) fratris Raimundi de Riffano. Sig+num fratris Guillelmi, cellerarii medii.

Sig+num Burchete, monachi, qui hoc scripsit cum literis rasis et [res]cripsit in ·III^a. et VI^a,³ linea die et anno quo supra.

1. *Raspat.* 2. *Raspat.* 3. *B omet: et ·VI^a.*

483

1209, gener, 4

Guillem Adalbert, fill del difunt Bertran, per la salvació de la seva ànima, de la dels seus pares i de tots els fidels difunts, atorga a Bernat d'Àger, com a abat del monestir de Santes Creus, l'edifici que té a Vilafranca del Penedès, més dotze sous de renda dels arrendataris dels habitatges que hi ha en aquest edifici, set d'Arsenda de Cervelló, tres i mig de Ramon de Castellmós i un i mig de Ramon Gombau.

[A]: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2773, núm. 7. Trasllat de 10 de juny de 1224 (*Hoc est translatum fideliter factum ·III· idus iunii anno Domini ·M^o·CC^o·XX^o·III^o.*) fet per fra Arnau de Sant Hilari (*Frater Arnaldus de Sancto Ylario, hoc translatum fideliter scripsit et ut melius potuit translatavit cum literis dampnatis in ·VIII^a. linea et + fecit.*) Estat de conservació dolent. Tinta esvanida.

Manifestum sit cunctis quod ego Guillelmus Adalberti, filius Bertrandi, olim defuncti, per me et per omnes meos et [etiam] ob remedium anime mee et parentum meorum omnique fidelium defunctorum, do, concedo et offero domino Deo et venerabili monasterio Sanctarum Crucum et omni conventui sibi comisso presenti et futuro in perpetuum, omne illud meum staticum quod habeo, teneo et habere debeo, voce mei genitoris et empcionis [etiam] mee, in Penitensi, in villa que vocatur Villa Franca. Quod staticum terminatur a domibus Petri A<dal>berti usque ad domos Bernardi de Moya. Sicut terminatur prefixum staticum a terminis suis et affrontationibus, ita do, concedo et offero Deo et predicto monas-

terio et suis in perpetuum cum omnibus vini vasibus et cum omnibus aliis que sunt intus in statico ut erunt et cum solis ac suprapositis complemento ac ianuis et stillicidiis et cum curtallo stante [retro et etiam] cum omnibus suis pertinenciis a profundo abissi usque ad celum. Adhuc, etiam, do et offero predicto mo-nasterio et [suis] in perpetuum ·XII· solidos denariorum Barchinone censuales, qui singulis annis intus in Villa Francha a quibusdam hominibus debent mihi semper dari, scilicet, ab Arsende de Cervilione ·VII· solidos et de Raimundo de Castro Moz ·III· solidos et medium et de Raimundo Gombaldi ·XVIII· denarios pro illis domibus, quas pro me infra iam dictum meum staticum tenet. Omnia hec prefata absque aliquam diminucione cum dominio et potestate et cum ingressibus et egressibus suis et pertinenciis predicto monasterio et suis in perpetuum do et offero ob remedium anime mee et parentum meorum vivorum et mortuorum et omnium fidelium defunctorum, sicut ego melius hebeo et teneo et habere debeo ad omnes suas suorumque voluntates inde vel ibi nunc et perpetuum faciendas, absque omni mea meorumque retencione et vinculo et inquietacione.

Actum est hoc ·II· nonas ianuarii anno Domini ·M^o.CC^o.VIII^o.

Sig+num Guillelmi Adalberti, qui hoc laudo et firmo.

Sig+num Guillelmi de Colletentis, patris Bernardi de Villafranca in pignore. Sig+num Arnaldi A<dal>berti, eius fratris, qui hoc totum laudo et firmo. Sig+num Petri de Villa Franca. Sig+num Dalmacii de Canellis. Sig+num P<etri> Muleti, domini regis baiuli. Nos omnes domini qui hoc firmamus.

Sig+num G. Pelicer. Sig+num P<etri> Culerer. Sig+num Petri Bovis.

Iacobus, levita, qui ho scripsit precepto R<aimundi> de Podio, clerici de Villafrancha, die et anno quo supra.

484

1209, febrer

Ramon de Soreza i la seva esposa Maria venen el lloc de venda al mercat que tenen a la vila de Montblanc a Guillem d'Oliveres, a perpetuïtat, pel preu de vint-i-cinc sous barcelonesos.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2773, núm. 8. Original. Estat de conservació dolent. Dificultats de lectura.

Notum sit cunctis quod ego Raimundus de Soreze et uxor mea Maria, quisque nostrum in solidum, per nos et nostros, vendimus vobis Guillelmo de Olivariis et vestris, quibus volueritis, in perpetuum unam tabulam nostram quam habemus in vila Montis Albi per ·xx·v· solidos Barchinonensis curribilem, de quibus a vobis bene paccati sumus et si magis valet hoc precio totum vobis et vestris in propria donacione donamus. Dicta tabula affrontat de una parte in vobis emptore, de alia in nobis venditoribus, de alia in via. Sicut^l includitur et terminatur sic vendimus vobis et vestris, cum introitibus et exitibus suis et cum omnibus pertinenciis ibi presentibus, francham et liberam, cum omnibus melioramentis, que ibi facere poteritis. Et a nostro posse eicimus et in vestrum tradimus ad omnes vestras voluntates inde semper faciendas sine omni nostro nostrorum retentu, sicut melius dici vel intelligi potest vestro profectui. Et nos et nostri erimus inde guirentes contra omnes personas.

Actum est hoc mensem febroarii, anno Domini ·M·CC· octavo.

Sig+num Raimundi de Soreze, sig+num Marie, uxoris eius, qui hoc iussimus scribi et firmari.

Sig+num Iohannis de Iulag, mercer. Sig+num Iohannis de Sancto Iohanne. Testes.

Guillelmus Mathei, diachonus, hoc scripsit mandato B. de Tarrega et hoc (signe) fecit.

1. Sicut.

485

1209, febrer, 20

Guerau de Belianes i la seva muller Guillema arrenden en emfiteusí dos molins a Bartomeu Pellicer que haurà d'edificar a la riera de la quadra de Belianes, al lloc que vulgui —sempre dins la seva terra alodial— entre els molins del rei i la resclosa de Siurana. Per dret de firma l'arrendatari haurà d'abonar cent sous.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2773, núm. 9. Original. Estat de conservació dolent. Dificultats de lectura. Carta partida per ABC.

Notum sit cunctis quod ego Geraldus de Biliانا et uxor mea Guillelma, per nos ac nostros, damus et stabilimus tibi Bartolomeo Pilicer et tuis et etiam omni proieniei atque posteritati tue in perpetuum, duo molendina quod facias et hedifices in illo nostro alodio de quadra de Biliانا in riaría, in quo loco melius facere

volueris de molendinis domini regis usque ad resclosam Siurane, in nostro alodio. Que molendina hedificies ibi et habeas illa cum aquis et reguis et resclosis et glebariis et cum omnibus pertinentibus illis molendinis et cum ingresibus et egressibus suis in hunc, scilicet, modum, quod dicta molendina teneas bene preparata et semper mitatur ibi mulnarius ad voluntatem utriusque partis et dividamus et habeamus expleta<m> per medium sine missione nostra,¹ levata mulneria de comunis. Et qua hora volueritis ultra ista duo molendina liceat tibi et tuis plus molendina ibi hedificare, que habeas et teneas pro nobis in isto eodem modo superius comprehenso, hunquam vero ibi alios eligas dominos nisi nos et nostros, set habeas et teneas tu et tui illa molendina pro nobis et nostris. Et adhuc damus tibi et tuis in perpetuum unam domum, quam hedifices iuxta molendina sine dampno nostro, de qua nichil tribuas nobis vel nostris. Et retinemus ibi tantummodo aquam ad rigandum unum ortum nostrum proprium. Que omnia iam dicta convenimus tibi et tuis facere, tenere, habere et expletare in pace omni tempore tua propria adquisicione a profundo abissi usque ad celum ad omnia qui ibi vel inde facere volueris toto consimili, salvo iure nostro. Accipimus de te per introitum huius donacionis ·c· solidos denariorum Barchinone, de quibus bene sumus paccati in pace.

Actum est hoc ·x· kalendas marcii, anno Domini ·M·CC·VIII·.

Sig+num Geraldii de Biliana, sig+num Guillelme eius uxoris, qui hoc laudamus et firmamus.

Sig+num R<aimundi>. Sig+num Guillelmi. Sig+num Bernardi, fratrem eius, qui hoc firmamus. Sig+num Eimerici de Spinlis. Sig+num Berengarii de Spinlis.

Iacobus, levita, qui hoc scripsit precepto R<aimundi> de Podio, clerici de Villa Franca, cum literis suprapositis in ·vi· linea die et anno quo su ·SS· pra.

1. *Interlineat: sine missione nostra.*

1209, abril, 23

Bernat de Brugueres ven a Berenguer de Brugueres i a tots els seus descendents, a perpetuïtat l'honor, amb tots els drets que hi pugui tenir, que va heretar dels seus pares i que consta de dos masos, el de Puigfred, al terme de Castellet, i el de Gramera, al terme de Castellvell.

[A]: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2773, núm. 10. Trasllat (*Hoc est translatum cuiusdam instrumenti quod sub istis continetur ab is*) fet per Berenguer Banell el 25 de febrer de 1228 (*Ego Berengarius Banelli hoc translatum fideliter translatavi et cum originali comprobavi ·vi· kalendas marcii anno Domini ·M^o·CC^o·XX^o·VII^o·*). El trasllat està legalitzat i legitimat per la signatura de Pere de Bergada, capellà de Tarragona, per Ninot, capellà de Santa Tecla de Tarragona i per Pere Talladell, capellà de Pere Cavaller (*Ego Petrus de Bergedano, Terrachone ecclesie capellanus, subscribo et hoc signum impono* (signe); *ego Ninotus, ecclesie Sancte Teclae capellanus, subscribo; ego Petrus Taiadelli, Petri Cavallarii capellanus, subscribo*).

Cit.: FORT, *El senyoriu...*

Notum sit cunctis quod ego Bernardus de Brugeres, per me et meos, vendo et concedo tibi Berengario de Brugeres et tuis et toti omni proeniei atque posteritati tue in perpetuum totum honorem meum et omnia mea iura qua habeo, teneo et habere debeo, voce mei genitoris multisque aliis vocibus, in manso de Podio Frigido, qui est infra terminum de Castelleto et in manso Gramatici, qui est infra terminum Castri Veteris, extremi marche, sicut terminatur prefati duo mansi a terminis et affrontationibus suis, ita tibi et tuis perpetuo vendo et concedo totum honorem et omnia iura que ibi habeo et habere debeo aliquo quolibet modo terras, vineas, cultas et incultas, domos, arbores, census, usatica, ademprivia, forcias, toltas, homines, mulieres ibi stantes et staturos, cum aquis et introitibus et exitibus et etiam cum omnibus aliis que possint nominari inde vel ibi aliquo quolibet iure mihi pertinentibus. Que omnia prescripta cum illorum senioratico, dominio, iure et dominio traho et in tuum tuorumque ius et dominium trado et transffero ad habendum, tenendum omnique tempore possidendum et expletandum et ad omnes tuas tuorumque voluntates inde vel ibi nunc et in perpetuum faciendas secure et potenter in pace tua propria emptione et tuo proprio alodio francho absque aliqua mea meorumque retentione et inquietatione ut melius dici et intelligi potest ad tuum tuorumque salvamentum. Accipio de te pro precio huius venditionis placibili mille ducentos solidos denariorum Barchinone, valente marcha argenti ·XLIII· solidos, de quibus bene sum in pace paccatus, scilicet, ·DCCC· solidos, quos in presenti recipio et ·CCCC· solidos, unde honorem illum debes redimire, unde omni exceptoni non numerate pecunie omnique iuri et rationi legum et consuetudinum vel aliarum quarumlibet scripturarum et omni actioni que contra te et hanc venditione possem introducere penitus renuntio pro me et meis, promitens me esse auctorem et deffensorem huius venditionis omni tempore. Si vero forte hec venditio ultra hoc precium valet vel valebit

totum tibi et tuis in perpetuum dono et diffinio absque aliqua mea morumque retentione.

Actum est hoc ·IX· kalendas madii anno Domini ·M^o·CC^o·IX^o.

Sig+num Bernardi de Brugeres, qui hoc concedo et firmo firmarique rogo.

Sig+num Petri Muleti. Sig+num R<aimundi> de Guarnallo. Sig+num Bartolomei Pelicerii. Sig+num Petri Poncii. Qui mansi sunt infra comitatum Barchinone in Penitensi in termininos predictorum castrorum.

Sig+num Berengarii Revertarii, sig+num R<aimundi> Sarraceni, sig+num R<aimundi> de Fraxano, sig (signe) Guillelmi de Ocelle, testis.

Sig+num Bernardi, fratris eius, qui hoc laudo et firmo.

Iacobus, levita, qui hoc scripsit precepto R<aimundi> de Podio, clerici de Villa Francha, die et anno quo (signe) supra.

487

1209, juliol, 18

Guerau Alamany atorga a Bernat d'Àger, com a abat del monestir de Santa Maria de Santes Creus i al prior Guillem de Rifar, els horts i freginals del terme de Veciana, que Elisenda de Freixenet li havia donat.

- A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2773, núm. 11. Original.
- B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2773, núm. 12. Trasllet fet el 30 d'abril de 1233 (*Hoc est translatum fideliter translaturum ·II· kalendas maii, anno Domini ·M^o·CC^o·XXX^o·tercio, cuius series sic ordinatur*) fet per fra Pere de Pacs (*Sig+num fratris Petri de Pax, qui hoc translaturum fideliter translaturavit die et anno prefixo*).
- C: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2773, núm. 13. Trasllet fet el 3 de desembre de 1234 (*Hoc est translaturum fideliter factum ·III· nonas decembris, anno Domini ·M·CC·XXX·IIII·*) fet per fra Berenguer Dezcans (*Fratris Berengarius dez Canos, qui hoc translaturum scripsit et hoc (signe) fecit die et anno prefixis*).
- D: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2773, núm. 14. Trasllet fet el 28 d'abril de 1242 fet per fra Guillem Riquer (*·SSS· fratris Guillelmi Richerii, qui hoc translaturum ·IIII· kalendas maii anno Domini ·M·CC·XL· secundo fideliter translaturavit*).

In Dei nomine. Sit notum cunctis presentibus atque futuris quod ego Geraldus Alamandi, per me et per omnem posteritatem meam, absolvo et concedo et diffinio et in perpetuum dono Deo et beate Marie et monasterio de Sanctis Crucibus et vobis Bernardo,¹

abbati, et Guillelmo, eiusdem loci priori, et omnibus successoribus vestris et fratribus eiusdem loci habitatoribus, presentibus atque futuris, ipsos ortos et farragenale qui sunt in castro et in termino Viciane, cum omnibus arboribus et seminibus diversi generis ibi nunc existentibus vel nascituris. Quos ortos et farragenale Elixsendis de Frexaneto² donavit, absolvit et diffinivit et concessit nobis. T[ali vero] pacto facio predictam donationem, quod si predicti orti et farregenale sunt in dominicatura ipsius, libere et quiete et pacifice absolvo et diffinio nunc et in perpetuum remitto, et faciam tenere et havere et possidere et expletare. Set si predictos ortos³ et farregenale dicta Elixsendis habet vel tenet pro me ita concedo, absolvo et concedo, salvo censu atque iure meo.

Quod est actum ·xv· kalendas augusti anno Domini ·M^o·CC·VIII^o·.

Sig+num Geraldí Alamandi, qui hoc laudo et firmo testesque firmare rogo.

Sig+num Guillelmi de Cervilione. Sig+num Raimundi Alamandi. Sig+num Berengarii de Queralto.

Sig+num fratris Petri Ros, qui hoc iussione Geraldí Alamandi scripsit die et anno quo supra cum litteris rasis et emendatis in ·II· et ·III· et ·III^a· linea.

1. *Raspat*: vos Bernardo. 2. *Rectificat*: Frexaneto. 3. *Raspat i rectificat*: predictos ortos.

488

1209, agost, 25

Bertran de Canyelles renuncia a favor del monestir de Santes Creus tot el dret que té sobre les cases de Vilafranca que el difunt Pere Mulet havia donat als monjos, i en les quals ara hi habita la seva vídua Barcelona. Per aquesta donació de drets rep de l'abat Bernat d'Àger i del cellerer major, Arbert, cinc-cents sous de Barcelona, equivalents al valor d'un equipament militar de cavaller.

[A]: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2773, núm. 15. Trasllat (*Hoc est translatum fideliter factum*) fet per fra Berenguer Dezcános el 29 de desembre de 1232 (*Frater Berengarius dez Canos, presbiter et monachus hoc translatum scripsit et hoc sig+num fecit ·IIII· kalendas ianuarii anno Domini ·M·CC·XXX·II·*). En algunes parts la tinta està mig esborrada.

Notum sit cunctis quod ego Bertrandus de Canellis, per me et per meos, dono atque offero domino Deo et Beate Marie Sanc-

tarum Crucum et vobis dompno B<ernardo>, dicto abbati eiusdem loci, et toti conventui presenti et futuro omni tempore in manum fratris Arberti, cellerarii maioris, totum ius et senioraticum quod habeo et habere debeo in omnibus illis domibus, quas P<etrus> Muletus, condam defunctum, tenebat et possidebat in Villa Francha, quas vos modo ratione donationis inde ab ipso vobis facte tenetis, habetis et possidetis et uxor eiusdem Petri Muleti, nomine Barcelona, per vos tenet et possidet. Prefatas siquidem domos cum omnibus suis pertinenciis integriter, quas iam dictus P<etrus> Muletus plenarie tenebat et in suo obitu possidebat, vos et successores vestri teneatis et habeatis omni tempore sine ulla dominacione cum introitibus et exitibus suis, et etiam cum cortallis et operatoriiis omnibus atque cum orto eisdem domibus contiguo sine omni censu et servicio, usatico et agrario ac sine omni districtu et emparamento et sine omni senioratico qui ibi non habituro nec nisi in quibuscumque personis ibi per vos commorantibus. Accipio autem de bonis domus vestre pro hac donacione unam guarnionem completam corpore militis estimatam ad ·D· solidos denariorum Barchinonensis bone monete, quam recognosco et confiteor me a vobis corporaliter recepisse et etiam in omnibus et per omnia me esse bene paccatum. Renunciando omni beneficio militari et omni iuri divino et humano scripto et non scripto, que contra hoc possem inducere quoquomodo.

Actum est hoc ·VIII· kalendas septembris anno Domini ·M·CC·IX·.

Sig+num Bertrandi de Canellis, qui hoc concedo et firmo.

Sig+num Bertrandi de Speluncis, sig+num G. de Trilia, testium.

Ego R<aimundus> de Podio, subscribo (signe).

Sig+num Poncii de Licrano, notarii qui hoc scripsi precepto R<aimundi> de Podio, clerici de Villa Francha.

489

1209, setembre, 10

Pere Torner i la seva esposa Narbona venen, per tres-cents sous de Barcelona, a Pere Sanç i a la seva muller Bernarda trenta sous de cens sobre uns horts de la seva propietat, els quals tenen arrendats a Domènec Teixidor, Ponç Savener, Ramon Gras, Ramon Jugador i Pere Ponç, al terme de Montalbà.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2773, núm. 16. Original.

Notum sit cunctis quod ego Petrus Torner et uxor mea Narbona, quisqui nostrum pro toto, per nos et nostros, vendimus vobis Petro Sancio et uxori vestre Bernarde et vestros, quibus volueritis, in perpetuum triginta solidos Barchinonensis censuales, cum dominio quod habemus in illis ortis, quos Domenicus Textor, de Francholino, et Poncius Savener et Raimundus Gras et Raimundus Jugador et Petrus Poncius pro nobis tenent in Monte Albo. Predicti orti affrontant de una parte in Arnaldo de Cosconosa, de alia in Guillelmo Poncio, de tercia in Bernardo de Balagario, de quarta in Iohanne de Sala Viridi. Sicut includuntur et terminantur affrontacionibus, sic vendimus vobis et vestris dictos ·xxx· solidos Barchinonensis censuales cum omni dominio per trescentos solidos Barchinonensis curribilem, de quibus a vobis nostre voluntati bene paccati sumus, et ideo omni exceptioni non numerate peccunie renunciamus. Et hoc quod magis valent istius precii totum vobis et vestris quibus volueritis in propria donacione donamus. Et a nostro posse et dominio eicimus et in vestrum cum presenti carta tradimus, sicut nos melius habemus et habere debemus ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore faciendas sine omni nostro nostrorumque retentu, sicut melius dici vel intelligi potest vestro vestrorumque profectui, franche et libere, cum omnibus melioramentis que ibi facere poteritis et cum introitibus et exitibus et pertinentiis suis. Et quisque nostrum pro toto convenimus inde vobis et vestris esse guirentes contra omnes personas in perpetuum. Insuper ego supranominata Narbona, sciens et prudens, sine vi, metu et dolo renuncio iuri et legi que prohibet alienacionem rerum dotalium et sponsalicionum et me nunquam vel alia persona cuiusquam sexus sub nomine meo de cetero ullo unquam in tempore in Deum meis propriis manibus tactis Sacrosanctis Euvangeliis iuro non requisituram set semper observaturam. Et sciendum quod de predictis ortis facit de censu Raimundus Jugador ·x· solidos Barchinonensis et unusquisque de aliis prenominatis ·v· solidos.

Actum est hoc ·iiii· idus septembris anno Domini ·M·CC· nono.

Sig+num Petri Torner, sig+num Narbone, uxoris eius, qui hoc iussimus scribi et firmari.

Sig+num Guillelmi Petri Arnaldi. Sig+num Raimundi de Secura. Sig+num Ferrarii de Angularia. Testes.

Guillelmus Mathei, diachonus, hoc scripsit mandato B. de Tarrega et hoc (signe) fecit.

1209, setembre, 11

Pere Sanç i la seva muller Bernarda venen, per tres-cents cinc sous de Barcelona, a Joan de Salavert trenta sous barcelonesos censals sobre uns horts que tenen Domènec Teixidor, Ponç Savener, Ramon Gras i Ramon Jugador, situats al terme de Montalbà.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2773, núm. 17. Original.

Notum sit cunctis quod ego Petrus Sancius, et uxor mea Bernarda, quisque nostrum pro toto, per nos et per nostros, vendimus vobis Iohanni de Sala Viridi et cui voluntatis dare vel dimitere triginta solidos Barchinonensis censuales et dominium quod habemus in illis ortis quos Domenicus Textor, de Franchulino, et Poncius Savener et Raimundus Gras et Raimundus Jugador et Petrus Poncius pro nobis tenent in termino de Montis Albi. Predicti orti affrontant de una parte in Arnaldo de Cosconosa, de secunda in Guillelmo Poncio, de tercia in Bernardo de Balagario, de quarta in vobis emptore. Sicut includuntur et terminantur affrontacionibus, sic vobis et omnibus quibus volueritis dictos ·xxx· solidos Barchinonensis censuales, cum dominio quod ibi habemus et habere debemus, vendimus per trescentos quinque solidos Barchinonensis, de quibus a vobis nostre voluntati bene paccati sumus, et ideo omni exceptioni non numerate peccunie renunciamus. Et hoc quod magis valent istius precii totum vobis et cui volueritis in propria donacione donamus. Et a nostro nostrorumque posse et dominio dictum censum et dominium eicimus et in vestrum cum presenti carta tradimus cum introitibus et exitibus suis et cum omnibus pertinentiis ibi pertinentibus, sicut nos melius habemus et habere debemus, franche et libere, cum omnibus melioramentis que ibi facere poteritis ad omnes vestras voluntates omni tempore faciendas, sine cum nostro nostrorumque retentu, sicut melius dici vel intelligi potest vestro profectui. Et quisque nostrum pro toto convenimus inde vobis et cui volueritis esse guirentes contra omnes personas in perpetuum. Insuper ego supranominata Bernarda sciens et prudens sine vi, metu et dolo renuncio iuri et legi que prohibet alienacionem rerum dotalium et sponsalicionum et me numquam vel alia persona cuiusquam sexus sub nomine meo de cetero ullo unquam in tempore in Deum meis propriis manibus tactis sacro sanctis Evangeliiis iuro non requisituram, set semper observaturam. Et sciendum quod de predictis ortis facit de censu Raimundus Jugador ·x· solidos Barchinonensis et unusquisque de aliis prenominatis ·v· solidos.

Actum est hoc ·III· idus septembris anno Domini ·M·CC· nono. Sig+num Petri Sancii, sig+num Bernardi, uxoris eius, qui hoc iussimus scribi et firmari.

Sig+num Bernardi de Iulag. Sig+num Guillelmi Petri A<rnaldi>. Sig+num Portoles. Testes.

Guillelmus Mathei, diachonus, hoc scripsit mandato B. de Tarrega et hoc (signe) fecit.

491

1209, octubre, 8

Esponsalici, fet per Berenguer de Queralt a la seva esposa Elisenda, consistent en la donació del castell i terme de Font-rubí i del feu d'Avinyonet del Penedès, els quals té en feu pel rei.

[A]: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2773, núm. 18. Trasllat fet el 26 de novembre de 1276 (*Ego frater Raymundus de Calcedere, hoc translatum fideliter translatavi ·VI^o. kalendas decembris anno Domini ·M^o.CC^o.LXX^o.VI^o.*). Els testimonis del trasllat van ser Berenguer Alamany, Ramon Dominic i Berenguer de Luganela (*Testes huius translati sunt Berengarius Alamanni, Raimundus Dominici et Berengarius de Laganela*).

Sit notum omnibus quod ego Berengarius de Cheralto, sponte et propria voluntate, vendo et in recompensationem tui sponsalicii dono tibi Elicsendi, uxori mee, et illis quibus dare vel dimitere, sine ullo modo, volueris alienare, castrum de Fonte Rubia, cum omnibus suis terminis, quod voce genitorum meorum habeo et per dominum regem in feudum teneo in comitatu Barchinone et omnem feudum de Avinione, quod per dominum regem teneo et tenere debeo in terminis castrorum Olerdule et Avinionis et in omnibus aliis locis infra terminos Penitensis, quod est in eodem comitatu. Hec itaque omnia cum suis terminis et cum militibus et dominabus et ceteris hominibus et feminis et cum domibus et mansis et terris cultis et incultis et vineis et ortis et arboribus diversi generis et omnibus que ad castrum et feudum pertinent et pertinere debent, vendo et dono tibi Elicsendi et illis quibus volueris, ac ut melius dici potest vel intelligi et ad tuum et illorum quorum volueris salvamentum. Hec omnia de meo iure in tuum et horum quorum volueris trado dominium et potestatem ad habendum et possidendum et omnem tuam et illorum quorum volueris voluntatem faciendam sine vinculo ullius hominis vel femine et sine ullo meo meorumque retentu, salvo

fidelitate et iure domino regi. Per hanc enim venditionem et recompensacionem accepi a te quindecim milia solidos monete curribile Barchinone et preterea recepi de te finem et remissionem tocius sponsalicii quod tibi fecerimus. Ne igitur occasione dupli enganni vel aliquo alio modo possim ego vel aliquis meo nomine possit unquam in aliquo contra vendicionem et donacionem presentem venire ad aut te vel locum tuum tenentes de peccunia non numerata seu de non tradito sponsalicio convenire quantum ad hoc per me et omnes meos renuncio ipsi occasionei et excepcioni non numerare peccunie et non traditi sponsalicii et iuri quo consciutur donacionem inter virum mulierem constante matrimonio non valere et eciam omni decreto et privilegio et omni auxilio ac beneficio iuris divini scripti et non scripti et humani et consuetudini et ad maiorem firmitatem, iuro per Deum tactis Sacrosanctis quatuor Evangelis me hanc vendicionem et donacionem firmam semper et ratam habere et nunquam contra eam venire in aliquo dominum. Siquidem nos P<etrus>, Dei gratia, rex Aragone, comes Barchinone, approbantes et affirmantes omnia predicta statuimus nos fideiussores tibi Elicsendi et quibus volueris, quod faciamus te et tuos et illos quos volueris habere et tenere, possidere et expletare predicta omnia in sana pace contra omnes personas et ad tuum et illorum quorum quos volueris salvamentum et intellectum sine tuo locumque tenencium tuum fraude et dampno. Ego vero Elicsendis, bono animo et spontanea voluntate, non coacta non circumventa, profitero et recognosco tibi B<erengario> de Cheralto, quod sum bene paccata de toto sponsalicio quod mihi feceras, ita quod ullam michi superest dicto vel peticio.

Signum (signe) Petri, Dei gratia, regis Aragone et comitis Barchinone, qui hoc laudo et firmo hoc salvo, quod tu Elicsendis aut successores tui non possitis vendere vel alienare nisi persone de tuo valore.

Ffactum est hoc octavo idus octobris anno Domini ·M^o·CC^o·IX^o.

Sig+num Berengarii de Cheralto, qui hoc totum concedens confirmo testesque rogo. Sig+num Guillelmi de Cardona, vicecomitis. Sig+num Guillelmi de Cervaria. Sig+num Ugonis de Turri Rubea. Sig+num Raimundi Gauceran. Guillelmus, Ausonensis episcopus (signe). Sig+num G<uillelmi> R<aimundi>, senescalci domini regis vicarii, teste.

Sig+num Colomeri, domini regis notari, qui mandanto eiusdem, signum domini regis feci. Guillelmus Virgillii, qui hoc scripsit et hoc signum (signe) aposuit.

492

1209, setembre, 24

Arnau de Queralt, per la salvació de la seva ànima i la dels seus pares, dóna sense cap retenció, quatre-cents sous barcelonesos de penyora sobre Sant Gallard, propietat d'Arnau d'Olà, al monestir de Santes Creus, al seu abat Bernat d'Àger i a tots els monjos del cenobi.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2773, núm. 19. Original.

Sit notum cunctis quod ego Arnaldus de Cheralto, bono animo et spontanea voluntate, pro amore Dei et remedio ac salute anime mee et parentum meorum, dono et offero, in morte et in vita, sine omni retentu et irrevocabiliter, domino Deo et Beate Marie de Sanctis Crucibus et tibi Bernardo, abbati, et fratribus eiusdem loci, presentibus atque futuris, scilicet, ·ccc· solidos Barchinone, quos habeo super illud pignus de Sene Gaiart,¹ quod teneo de Arnaldo de Olone. Tali vero pacto ut tamdiu predictum pignus habeatis et teneatis, possideatis et expletetis, donec de redditibus et expletis omnibus predicti pignoris, sitis paccati integriter et sine ulla diminucione vel contrarietate ad vestram recognicionem de predictis ·ccc· solidos et etiam amplius de omnibus expensis et missionibus que ibi² pro pignore isto ullo modo feceritis in eundo vel redeundo vel alio quocumque casu vel modo. Et ero vobis fidelis garsens de predictae secundum meum posse de predicto pignore. Et promitto et convenio Deo et vobis iam dictis fratribus quod hoc totum inde superius scriptum est observabo et complebo bona fide et sine omni malo ingenio, sicut melius dici vel intelligi potest ad vestrum profectum et salvamentum. Siquis hoc fregerit vel frangere temptaverit non valeat, set supradicta in dupplo componat et hoc secriptum firmum permaneat.

Actum est hoc ·viii· kalendas octobris anno Domini ·M^o.CC^o.IX^o·.

Sig+num Arnaldi de Queralto, qui hoc laudo et firmo testesque firmare rogo.

Sig+num Bernardi de Capraria. Sig+num Arnaldi de Nasario. Sig+num Arnaldi Rosselli.

Sig(signe)num Guillelmi de Lemovicis, qui hoc scripsit die et anno quo supra, cum litteris suprapositis in ·VIII^a. linea et dampnatis in ·VIII^a.

1. *Sant Gallart.* 2. *Interlineat.*

493

1209, desembre, 7

Arnaldeta de Cladells dóna al seu fill Bartomeu la vinya de la Palomera, situada al terme de Lleida, que va heretar del seu marit. Aquesta vinya és a l'honor que va pertànyer a Ramon de Montcada. La donació no serà de plena propietat fins després de la seva mort o si professa en religió. Es reserva l'usdefruit mentre visqui.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2773, núm. 20. Original. Carta partida per ABC.

In Dei nomine. Notum sit cunctis presentibus et futuris quod ego Arnaldeta de Cladellis, non seducta non dolo, vi vel metu inducta, bono animo ac spontanea voluntate, dono tibi Bartolomeo, filio meo, ipsam vineam, quam ego habeo in termino Ylerde ad Palomeriam, que est in honore qui fuit Raimundi de Monte Catano, et advenit mihi ex parte patris tui. Dono inquam tibi ipsam vineam et terram in qua est fundata ad omnem voluntatem tuam cuicumque vuleris perpetuo faciendam in vita et in morte. Retineo tamen mihi in vita mea tantummodo totum usumfructum ipsius vinee. Post obitum vero meum vel si antequam moriar ad religionem transiero, libere et absolute habeat et teneat supradictam vineam ille cuicumque tu eam dederis. Tamen quandiucumque eam tenuero pro tenedone supradicte donationis dabo unam somatam vindemie illi cuicumque tu eam dederis singulis annis intus ipsam vineam. Hanc vero donationem ita confirmo quod nec ego nec aliqua persona nomine meo vel ratione vel alia aliqua ratione contra supradictam donationem venire possimus, promittens namque tibi quod non machinabor nec machinari faciam aliquid. Propter quod hec supradicta donatio impediatur aut revocetur renuncians in hoc facto omni iure quod ibi habeo vel habere debeo modo quolibet retento tamen michi usufructu in vita mea tantum sicut superius dictum est.

Quod est actum ·VII· idus decembris anno Domini ·M·CC· nono.

Sig+num Arnaldete de Cladellis, que hoc firmo et concedo et testes firmare rogo.

Sig+num Raimundi Scribe, sig+num Raimundi Cardona, sig+num Iohannis de Ruffea, huius rei sunt testes. Arnaldus de Curtibus scripsit et hoc (signe) fecit.

494

1210, febrer, 25

Convinença feta sobre les cases de Lleida entre l'abat de Santes Creus, Bernat d'Àger, i Ramon Panicer, mitjançant sentència arbitral dictada pels jutges, mestre Ordony, sagristà, i mestre Vidal, canonge, ambdós de la seu de Lleida, coneguda de l'arquebisbe de Tarragona, Ramon de Rocabertí, en representació del rei Pere el Catòlic. Ramon Pellicer al·legava que les cases que tenia el monestir li pertanyien perquè el seu oncle, Ponç Panicer, l'havia adoptat com a fill, i per tant n'era l'hereu. L'abat replicava que les cases les havia heretat la difunta esposa de Ponç per testament, i aquesta en redactar el seu testament les havia deixat al monestir. I presentava ambdós documents. Per arribar a un acord els jutges, amigablement, estableixen que Ramon Panicer renunciï als seus drets sobre les cases i, a canvi, el monestir per compensar-lo li ha de lliurar tres-cents sous jaquesos, amb la condició que els seus germans, Ponç i Guillem, absents, signin la carta segons la qual no demanaran més diners al monestir i renunciïn als seus drets. Com a prova de bona voluntat els fiadors són el seu germà Martí Adobador i Arnau Morromena. Si les dues parts no s'avenen a raons ni accepten la sentència hauran de pagar cinquanta auris de multa.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2774, núm. 1. Original.

Notum sit omnibus hominibus quod contentio fuit inter abbatem et fratres Sanctarum Crucum, ex una parte, et Raimundum Panicerium, ex altera, super domibus que fuerunt olim Poncii Panicerii, que sunt in Ylerda, in parrochia Sancti Laurencii, quas petebat, iam dictus, Raimundus Panicer ab abbate et fratribus, ratione successionis, quia dicebat se nepotem fuisse predicti Poncii, et etiam adicebat quod Poncius arrogaverat eum in filium, unde allegabat quod ad ipsum pertinebant de iure iamdicte domus. Abbas, autem, et fratres econtra respondebant quod domus ille fuerant eis date ab Arsendi, uxorem quondam Poncii, iamdicti, que habuerat eas per ipsum Poncium, qui eas sibi reliquerat in testamento. Et

ostendebant abbas et fratres testamentum Poncii, in quo dicte domus relicte fuerant ipsi Arsendi, et testamentum ipsius Arsendis in quo ipsa domos prefatas monasterio et fratribus Sanctarum Crucum reliquerat. Tandem cum in presencia magistri Ordonii, Ylerdensis sacriste, et magistri Vitalis, Ylerdensis canonici, diu causa fuisse ventilata, qui ex delegatione domini Regis, Terrachone archiepiscopi de ea cognoscebatur partes pro bono pacis compromiserunt in eos ut ipsi pro voluntate sua causam iam dictam amicabiliter terminarent pena quinquaginta aureorum utrumque compromissa si eorum arbitrio acquiescere nollent. Predicti itaque magistri de consensu utriusque partis mandavere ut Raimundus Panicer, iam dictus, pro se et pro suis, tam fratribus vel sororibus quam nepotibus, diffiniat et absolvat in perpetuum abbati et fratribus, iam dictis, totum ius quod in domibus prenominatis se habere credebatur. Fratres vero darent ipsi Raimundo trescentos solidos Iachensis pro illa diffinitione. Hanc autem arbitratum utraque pars spontanea voluntate suscepit. Unde ego Raimundus Panicer, iam dictus, libenti animo et spontanea voluntate suscipiens et amplectens dictorum magistrorum arbitrium diffinio et in perpetuum absolvo abbati et fratribus, iam dictis, Sanctarum Crucum pro me et pro omnibus meis, sicut superius est comprehensum et confiteor me recepisse ab abbate et fratribus, iam dictis, .ccc. solidos Iachensis. Et ideo renuntio exceptioni non numerate pecunie et omni alii exceptioni que possit me iurare sive de iure scripto sive non scripto. Et promitto in bona fide quo si aliquis fratrum meorum vel filiorum ipsorum vellet predictum monasterium Sanctarum Crucum inquietare super dictis domibus, ego defendam ipsum monasterium pro posse meo. Insuper dono supradictis fratribus fidei iussores Martinum Adobador, fratrem meum, et Arnaldum de Morromena, quod quocumque venerint Poncius et Guillelmus, fratres mei, qui absentes sunt, faciam eis firmari instrumentum istud. Et nos, iam dicti, Martinus, adobador, et Arnaldus de Morromena, hanc fidanciam libenter facimus supradictis fratribus.

Quod est actum .v. kalendas marcii anno Domini .M.CC. nono.

Sig+num [magistri Ordonii Yler]densis sacriste. Ego Magister Vitalis, subs(sig)ne)cribo.

Sig+num Raimundi Panicerii, qui hoc firmo et concedo et testes firmare rogo, sig+num Martini Adobador, fratris eius, sig+num Guillelme, sororis eorum, sig+num Arnaldi de Morromena, sig+num Guillelmi, fratris eius, nepotum iam dicti Raimundi Panicerii, qui hoc firmamus et concedimus.

Ego G<uillelmus> Botet, sum testis.

Sig+num Bernardi d<e> Almenara, sig+num Petri de Beliana, sig+num Guillelmi Magister, huius rei sunt testes.

Arnaldus de Curtibus, scripsit cum literis rasis et emendatis et etiam suprapositis in undecima linea et hoc (signe) fecit.

1. fratrum meorum vel: raspat i sobreescrit. 2. filiorum ipsorum: Interlineat.

495

1210, març, 7

Ermengarda i Saurina, filles del difunt Ramon de Tàrrega, juntament amb els seus marits G. i B. de Gosal i la seva mare Sança, per redempció de l'ànima del seu pare i marit, per la seva i la de tots els fidels difunts, concedeixen al monestir de Santes Creus, amb Bernat d'Àger com a abat, el delme del pa i del vi que reben al terme de Tàrrega i a totes les seves quadres on el monestir té honors. Per aquesta redempció de drets —venda— obtenen dels béns del cenobi la caritat de setanta-cinc sous.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2774, núm. 2. Original.

Notum sit cunctis quod ego Ermeiards et Saurina, filie Raimundi de Tarrega, que fuit, et mariti nostri G. de Gosal et B. de Gosal et mater nostra Sancia, per nos et omnes nostros, cum bona voluntate et in reddemp<c>ione et remedio anime patris nostri R<aimundi> de Tarrega, que fuit, et nostrarum animarum et parentum nostrorum et omnium fidelium defunctorum, damus et concedimus domino Deo et beate Marie et monasterio de Sanctis Crucibus, in manibus Bernardi, abbatis eiusdem loci¹ et omnibus fratribus, presentibus et futuris, totam decimam de pane et vino, quam nos accepimus et accipere debemus, modo et omni tempore, in vestro honore et de vestris hominibus, quem modo habetis et in antea habere et adipsisci poteritis in Tarrega et in suis quadris per omnia loca. Damus et concedimus omnia nostra iura totius decime de omnibus rebus que ad decimam pertinent que exierint de vestro honore et de vestris hominibus vestras vestrorumque voluntates faciendas omni tempore sine aliquo retentu, quem non facimus et nullus homo vivens de isto die in antea per legem aliquam nec recianem valeat vobis obicere nec vestris successoribus inquietare. Et accipimus per karitatem ·LXXV· solidos de quibus bene sumus pacati ad nostram voluntatem et nostrorum. Et convenimus nos et

nostri dicte domui et fratribus presentibus et futuris esse guarentes contra omnes personas ad bonam fidem, sine ullo ingenio omni tempore.

Actum est hoc nonas marcii anno Domini ·M·CC·IX·.

Sig+num Ermeiards, sig+num Saurina, sig+num G. de Gosal. Sig+num B. de Gosal. Sig+num Sancie, nos qui hoc fecimus scribi et firmavimus et testes firmari iussimus.

Sig+num Guillelme, sig+num B. de Chastelnuo, qui hoc laudamus et firmamus.

Sig+num Pere de Tarrega, sig+num Peret Sord, nepotis G. de Tarrega, que fuit, nos qui hoc laudamus et firmamus.

Sig+num A. de Lorenz. Sig+num Fe<r>rer dez Chanos. Sig+num Pere de Rajadel. Testes.

Petrus, presbiter, qui hoc iussu G. scripsit die et anno quo (signe) supra.

1. loci.

496

1210, març, 16

Berenguer de Vilafranca i els seus fills Berenguer i Guillem donen, a l'abat Bernat d'Àger i al monestir de Santes Creus, totes les adquisicions fetes fins aquest moment i les que es facin d'ara endavant, per ell i els seus successors, a la vila de Monblanc i a tot el terme. Alhora, els fan donació dels drets del delme de l'honor de Ramon Joan, situada a la vila de Montblanc. Per aquestes concessions reben la quantitat de seixanta sous barcelonesos.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2774, núm. 3. Original.

Notum sit cunctis quod ego, Berengarius de Villa Francha, et filii mei, Berengarius de Villa Francha et Guillelmus de Villa Francha, quisque nostrum pro toto, per nos et per omnes nostros, pro redemptione animarum nostrarum et parentum nostrorum, donamus, laudamus et concedimus, domino Deo et Sancte Marie de Sanctarum Crucum et Bernardo, abbati eiusdem loci, et omni conventui predictae domus, presenti et futuro, omnes adquisiciones et lucra, que olim fecistis vos nec aliqua persona pro vobis vel amodo facietis in villa de Montis Albi et in omnibus suis terminis, libere et quiete, sine omni impedimento nostri et nostrorum. Ita quod nos nec aliqua persona pro nobis vel pro nostris successoribus amodo

ullo in tempore non possimus venire contra hanc donacionem et laudacionem, quod si fecerimus nullius valoris nobis nec nostris sit. Insuper donamus domino Deo et predictae domui et conventui omnia nostra iura de tota decima, quam habemus et debemus accipere in toto honore, qui est Raimundi Iohannis in Monte Albo et in omnibus suis terminis. Et ut predicta donacio et laudacio firma vobis sit. Recipimus a vobis de bonis domus ·LX· solidos Barchinonensis, de quibus bene paccati sumus a vobis.

Actum est hoc ·XVI· kalendas aprilis anno Domini ·MCC· nono.

Sig+num Berengarii de Villa Francha, sig+num Berengarii de Villa Francha, filius eius, sig+num Berengarie, sponse eius, sig+num Guillelmi de Villa Francha, qui hoc iussimus scribi et firmari.

Sig+num Raimundi Iohannis. Sig+num Guillelmi Petri Arnaldi. Sig+num R<aimundi> de Callers.

Guillelmus, presbiter de Falchoneria hoc (signe) fecit.

Sig+num Eligsen de Callers.

Petrus, presbiter de Vallespinosa hoc (signe) fecit.

Guillelmus Methei, diachonus, hoc scripsit et hoc <signe> fecit.

497

1210, març, 31

Guerau Alamany dóna els delmes dels rèdits dels termes del castell de Montfalcó, de Veciana i de Copons al monestir de Santes Creus, amb Bernat d'Ager com a abat.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2774, núm. 4. Original.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2774, núm. 5. Trasllat de 3 de febrer de 1247 (*Hoc est translatum ab originali suo de verbo ad verbum ·III· nonas februarii anno Domini ·M·CC·XL·VI·º, fideliter translatum cuius originalis series talis est*) fet per fra Guillem Riquer (*·SSS· fratris Guillelmi Richerii, qui hoc fideliter translatavit*).

In Dei nomine. Notum sit cunctis hominibus quod ego Geraldus Alamandi, per me et per omnes meos, presentes et futuros, bono animo et spontanea voluntate, pro salute corporis et anime mee omniumque parentum meorum necnon et omnium fidelium defunctorum, dono, trado et offero omnipotenti Deo et gloriose Virgini Marie et venerabili monasterio de Sanctis Crucibus et tibi Bernardo, abbati et omni conventui iam dicti monasterii, presenti atque futuro, omnem decimam omnium reddituum que mihi pertinent vel aliqua ratione pertinere debent in castro de Monte

Falchone et in omnibus terminis suis, similiter in castro de Viciana et in omnibus terminis suis, necnon et in castro de Copons et in omnibus terminis suis tam de mea parte decimarum¹ quam de molendinis, de pernīs, de questiis, de placitis et forcis, de acapitis, de sensibus et usaticis, de mansibus, de stacamentis, de omnibus etiam que dici vel nominari possunt et cum hoc presenti instrumento² perpetuo valituro de meo posse, iure³ et dominio omnem decimam omnium supradictarum rerum eicio⁴ et in posse ius et dominium domini Bernardi, abbatis de Sanctis Crucibus⁵ omniumque fratrum presentium et futurorum eiusdem monasterii trado ad habendum⁶ tenendum et perpetuo possidendum per alodium proprium et franchum, ad omnes suas suorumque voluntates in perpetuum faciendas sine vinculo et contradictio⁷ alicuius persone ut melius dici vel intelligi potest ad profectum prefati monasterii.⁸ Volo etiam et concedo firmiterque⁹ precipio ut abbas et fratres Sanctarum Crucum constituent et habeant ibi proprios¹⁰ baiulos que omnem¹¹ ius prefati monasterii integre et plenarie a baiulis meis accipiant et baiuli mei ullomodo licentiam¹² vel potestatem absque baiulis Sanctarum Crucum aliquid colligere vel recipere de redditibus meis in predictis castris et¹³ mansibus nec in eorum pertinenciis.

Quod est actum ·II· kalendas apriis anno Domini ·M^o·CC^o·X^o·

Sig+num Geraldī Alamanni, qui hoc laudo et concedo.

Sig+num Arnaldi Medaci.¹⁴ Sig+num Raimundi de Monte Falcone.¹⁵ Sig+num Arnaldi de Calaf. Sig+num Bernardi de Albarels. Huius donationis testes.¹⁶

Sig+num Guillelmi, vicecomitis Cardone.¹⁷ Sig+num Raimundi Fulchi, filii eius. Sig+num Guillelmi de Cervaria.¹⁸

Frater Guillelmus Petri, qui hoc scripsit et hoc (signe) fecit cum litteris rajsis in ·xv·I· linea.

1. B: decimarum. 2. B: hoc presenti instrumento. 3. B: de meo posse, iure. 4. B: rerum eicio. 5. B: ius et dominium domini Bernardi, abbatis de Sanctis Crucibus. 6. B: ad habendum. 7. B: in perpetuum faciendas sine vinculo et contradicto. 8. B: profectum prefati monasterii. 9. B: firmiterque. 10. B: constituent et habeant ibi proprios. 11. B: que omnem. 12. B: a baiulis meis accipiant et baiuli mei ullomodo licentiam. 13. B: aliquid colligere vel recipere de redditibus meis in predictis castris et. 14. B: Medaci. 15. B: de Monte Falcone. 16. B: Sig+num Bernardi de Albarels. Huius donationis testes. 17. B: Cardone. 18. B: Raimundi Fulchi, filii eius. Sig+num Guillelmi de Cervaria.

498

1210, abril, 12. Monestir de Santes Creus

Guillem d'Aguiló, per la salvació de la seva ànima i de la dels seus pares i parents, dóna, en franc i lliure alou, el mas de les Vidales, situat al terme del castell de Font-rubí, al Penedès, al monestir de Santes Creus, amb Bernat d'Àger com a abat.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2774, núm. 6. Original. Presenta dificultats de lectura.

In Dei nomine. Sit notum cunctis quod ego Guillelmus de Aquilone, per me et per omnem posteritatem meam, divini amoris intuitu, propter anime mee salutem et dilecti fratris mei G. Umberti et patris et matris mee et omnium parentum meorum, dono et concedo et perhenni donatione, trado domino Deo et beate Marie et, operi ecclesie nove venerabilis monasterii de Sanctis Crucibus et vobis domino B<ernardo>, abbati dictii loci et successoribus vestris et omnibus fratribus vestris, presentibus et futuris, quendam mansum meum, cum hominibus et feminabus eidem manso pertinentibus. Qui mansus est in termino castris Fontis Rubei in Penedes, et dicitur mansus de les Vidalties, qui affrontat ex una parte in manso de les Gales, ex alia in manso de campo de Faraz et ex tercia parte in campo Sancti Petri et in vineis de Lavela, ex quarta vero parte in manso de Monetes. Quantum sub his affrontacionibus includitur et terminatur, cum introitibus et exitibus, a celo usque in habissum, sic ego, predictus G<uillelmus> de Aquilone, per me et per omnem posteritatem meam, dictum mansum, cum hominibus et feminabus eidem manso pertinentibus vel participantibus et cum omnibus petrariis et lapidibus, aquis et terris cultis et incultis et cum omnibus appendiciis et suis pertinenciis, dono et concedo per franchum et proprium alodium dicto monasterio in perpetuum. Et cum hac presenti carta dictum mansum, cum omni iure et dominio et censu de meo posse meorumque sine aliquo retentu eicio et in posse et tenedone monasterii de Sanctis Crucibus mitto ut vos dictus abbas de Sanctis Crucibus et omnes fratres vestri, presentes et futuri, dictum mansum cum omnibus suis pertinenciis, potenter et integriter sine diminucione aliqua, habeatis, teneatis, possideatis et expletetis omni tempore ad faciendum ibi et inde omnem vestram vestrorumque voluntatem ut melius et utilius potest dici vel intelligi profectui vestro et monasterii.

Quod donum factum est et concessum ante ianuam regularem monasterii de Sanctis Crucibus, pridie idus aprilis anno Domini .M^o.CC^o.X^o.

Sig+num Guillelmi de Aquilone, qui hoc¹ laudo et firmo testesque firmare rogo.

Sig+num Raimundi de Sancto Martino. Sig+num Berengarii de Pedros. Isti sunt testes.

Frater Bertrandus, rogatus scripsit cum literis dampnatis in octava linea et hoc (signe) fecit.

1. *Interlineat: qui hoc.*

499

1210, maig.

Pere de Curtacans, abat de Poblet, estableix i arrenda en emfiteusí dues peces de terra i un hort al terme de Cérvoles a Ferrer de Brianc, mitjançant un cens anual de dotze diners que s'haurà de satisfer el dia 2 de febrer. Per firma de dret l'arrendatari paga a l'abat vint sous.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2774, núm. 7. Original. Carta partida per ABC.¹

Sit notum cunctis quoniam ego frater Petrus, abbas Populeti, cum consilio et voluntate fratrum nostrorum, donamus per nos et omnes successores nostros tibi Ferrario de Brianco et illi persone cui tu dimiseris ad habendum post obitum tuum duas pecias terre in termino de Sorbolis. Quantum prima affrontat de ·I^a· parte in Beneeto, de ·II^a· in rivo de Seth, de ·III^a· et ·IIII^a· in nobis donatoribus. Alia pecia de ·I^a· et ·II^a· in Beneeto, de ·III^a· in A. de Selers, de ·IIII^a· in Ferrario de Vallis. Quidam etiam ortus quem donamus tibi et illa persone cui tu dimiseris in termino similiter de Sorbolis, affrontat de ·I^a· parte in rivo de Sech, de ·II^a· in Bingeses, de ·IIII^a· in Poncio, textore, de ·IIII^a· in B. de Albesa. Quantum itaque istis terminis et affrontationibus includitur donamus nos predicti prefati fratres Populeti tibi Ferrario et illi persone que post obitum tuum per nostram donacionem hoc habuent, cum ingressibus et egressibus suis et omnibus affrontacionibus atque aliis pertinenciis, sub hoc videlicet modo ut vos ambo predictas pecias terre et predictum ortum cum suis pertinenciis per omniam vitam vestram habeatis et bene colatis atque de omnibus fructibus, quos de ipsis peciis dedent sine nostram vel nostrorum missionem fideliter in area non dedi deductam iuridictionem decimam et primiciam nobis et nostris donetis et de his qui in ipso orto fovetis decimam et primiciam antequam de ipsis fructibus extra terminos de Sorbolis et aquis satisfaciatis et donetis nobis etiam pro orto, singulis annis in

Purificatione Sancte Marie, pro censu ·xii· denarios et inde non eligatis alium dominum vel patronum nisi nos et nostros et firmetis inde nobis directum quociens volueritis. Post mortem [...] nostrorum amborum, predicta omnia ac suis melioramentis ad nos revertatur sine vinculo alicuius donationis vel pignoris et reddatur nobis hoc presents carta huius donacionis pro nostra donacione accepimus a te Ferrario in ipso introitu ·xx· solidos.

Factum est hoc mense madii anno Dominice [In]carnationis ·M^o·CC^o·X^o·.

Sig+num Petri, abbatis Populeti, qui hoc iussit scribi et firmavit testesque firmere rogavit. Sig+num B. prioris. Sig+num A., cellerarii maioris. Sig+num fratris P. de Tobia.

Sig+num B. Iohannis. Sig+num P. Mir. Sig+num G. de Tarrega. Isti sunt testes.

Ego frater P. sacerdos, hoc mense et anno prefixis et hoc signum (signe) fecit.

1. Aquesta carta no pertany al monestir de Santes Creus sinó al de Poblet.

500

1210, octubre, 9

Beatriu de Mor i la seva filla Arsenda, juntament amb els seus marits, donen, a l'abat Bernat d'Àger i al monestir de Santes Creus, el delme de tot el que tenen al domini que va ser d'Arnau de Cervera i que havia pertangut a Guillem Sabater. També concedeixen i confirmen la donació que el seu pare Arnau de Mor, amb el consentiment d'ella, va fer al monestir, segons consta en el testament atorgat a favor dels monjos. A més, els fa enfranchiment del delme de les terres cultivades pels monacals al terme de Mor i dels camps que havien estat de Guillem de Malgrat, ara en poder dels monjos, al terme de Montalbà. Per aquesta renúncia de drets el monestir paga a Beatriu de Mor la quantitat de cent sous barcelonesos.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2774, núm. 8. Original.

Notum sit cunctis quod ego, domina Beatriz dez Mor, simul cum Arssen, filia mea, nos per nos et omnes nostros, cum consilio et voluntate virorum nostrorum et pro redemptione animarum nostrarum et parentum nostrorum, donamus domino Deo et Beate Marie de Sanctis Crucibus et Bernardo, abbati eiusdem cenobii et

omnibus fratribus qui ibi modo fuerit sive in antea venturi sunt, videlicet, ipsum nostrum decimum totum que habemus et habere debemus in dominicatura que fuit Arnalldi de Cervaria, quam Guillelmus Cabater olim iam tenuit ipsa dominicatura. Totum istum prescriptum decimum donamus vobis predicti et vestris et successoribus nunc et in perpetuum ad omnes vestras vestrorumque voluntates faciendas et sine ullo retentu que inde non facimus nos nec nostri. Et item laudamus, concedimus pariterque donamus omne hoc que meis pater Arnalldus dez Mor et ego Beatriz iam vobis dedimus, sicut melius dici vel intelligi potest, ad vestrum profectum et sicut melius in carta vestra resonat sive in testamento Arnalldi dez Mor. Hoc totum donamus sicut superius est scriptum et est sciendum hoc que pater meus et ego Beatriz iam dedimus vobis et vestris, videlicet, ipsa sors alaudii que est in termino de Mor, ultra collum et omne decimum que vos sive vestri laboratores ad ipsum diem dabitis in termino de Mor et omne nostrum directum decimi campi que fuit de Guillelmo de Malgrad, que est ad castrum de Monte Albano. Hoc totum donamus per nos et omnes nostros successores vobis prescripti et vestris ut ab hac die in antea aliquid non retinemus in predicto decimo set sit vestrum franchum, liberum et quietum ipsum decimum, quem vobis modo facitis et vestri laboratores in hac die in termino de Mor et similiter hoc totum que est superius scriptum. Et per istum donum prescriptum recipimus nos, Beatriz et Arssen, .c. solidos Barchinone de domo Sanctarum Crucum de caritate. Et nos et nostri convenimus vobis et vestris esse legales guirentes contra omnes personas et vobis faciamus tenere et habere in pace.

Actum est hoc .VII. idus octobris anno Domini .MCCX.

Sig+num Beatrizis. Sig+num Arssendis. Nos qui hanc cartam mandavimus scribi et firmavimus et firmare fecimus.

Sig+num Guillelmi dez Pugol. Sig+num Bernardi de Pugol. Nos qui hoc firmamus.

Sig+num Berengarie, filie Beatricis. Sig+num Raimundi, fratris sui. Nos qui hoc firmamus et laudamus.

Sig+num Peret Sord, nepotis Guillelmi de Tarrega, qui olim fuit.¹

Sig+num Astanova, militis d<e> Alta Ripa. Sig+num Bernardi de Cabrera. Sig+num Ferrarii de Canos. Sig+num Guillelmi Cabater. Sig+num B. de Morcherols. Isti sunt testes.

Bernardus, presbiter, qui hoc scripssit et hoc (signe) impressit.

1. *Lletra de mà diferent: nepotis Guillelmi de Tarrega qui olim fuit.*

501

1210, octubre, 14

Testament de Guillem Adalbert, levita, en entrar com a novici a Santes Creus. Deixa les cases de Vilafranca i les honors comprades a R. Duite i Guillem de Freixa.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2774, núm. 9.

In Christi nomine. Quoniam nullus in carne positus iacuy mortis vadere potest iam dicitur est comune mori mors nulli parcit honori. Qua propter ego, Guillelmus Adalberti, illecebra mundi contempnens atque in eterna Paradisi gaudia animam mei corporis transmittere cupines, non ac egritudinis districto, set gratissimo corde et firmo normam Sancti Benedicti observare promittens, ut melius a mundanis differat viciis, meum testamentum scribere iubeo. Primumque meos in manumissores eligere volo, videlicet, Arnaldum, clerici de Colle et P<etrum> de Colle et P<etrum> Muleti, quibus precipio res meas distribuere sicuti hic invenerint ordinatum. In primis dimitto domino Deo et domui Sanctarum Crucum peccatorum meorum remissione atque mee anime liberacione omniumque meorum parentum animarum atque omnium fidelium chisticolarum solucione, ipsas meas domos, quas habeo in Villa Francha, ut melius in carta donacionis, quam prius condam domui feceram, continetur. Dimitto lampadi Sancte Marie Crucum Sanctarum, in honore Dei sueque genitricis ·xx· solidos censuales omni tempore, ut in carta donacionis, condam diu facta, continetur. Adhuc dimitto domui Crucum Sanctarum omnes emptiones honoris, quas feci de R<aimundi> Duite et Guillelmi de Fexa, ut melius in carta donacionis, condam diu facta, continetur. Dimitto filiabus P<etri> de Carcassunda ·c· solidos. Dimitto Guillelmone, filie Arnaldi Adalberti, que creata fuit a prima uxore, nomine Adaledis, ·c· solidos, cum medietate honoris Constantini; aliam vero medietatem dimitto A<rnaldi> Adalberti, cum ipso de netariis. Dimitto filiis P<etri> de Tello, nomine R<aimundi> Petri et P<etri> Arnaldi, qui creati fuerunt a prima uxore, nomine Francescha, honorem de Sachets. Dimitto Arsendi, nutricate mee, ·xl· solidos et ·iii· solidos et medium censuales, quos Bertrandus de Valle Molle facit,¹ set retineo usus et fructus omnium istarum donacionum et omni vita mea, exceptis temen ipsis ·xx· solidos, quos usus et fructus relinquo in potestate P<etri> Muleti ad omnes suas voluntates faciendas. Siquis hoc fregerit nil ei valeat set in duplo componat.

Actum est hoc ·II· idus octubris anno Domini ·M^o·CC^o·X^o.

Sig+num Guillelmi Adalberti, levita, qui hoc testamentum scribere fuissi stante novicio.

S+ Arnaldi de Colle. Sig+num P<etri> de Colle. Sig+num Petri Muleti. Sig+num Arnaldi de Solario. Sig+num Iohannis de Brug. Sig+num R<aimundi> Gombaldi.

Sig(signe)num Guillelmi de Solario, qui hoc scripsit cum literis suprapositis in ·XVII· linea, die et anno quo supra.

1. Interlineat: et ·III· solidos et medium censuales quos Bertrandus de Valle Molle facit.

502

1210, desembre, 18

Bernat de Mojà i la seva muller Ramona venen les cases de Vilafranca del Penedès, amb el corral, l'hort i el pou, a Pere Mulet per tres-cents sous, diner de Barcelona, per un valor de quaranta-tres sous de plata. Les havien heretat dels seus avantpassats, amb tots els drets i jurisdiccions, salvant la fidelitat al rei i als altres senyors de Vilafranca.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2774, núm. 10. Original.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2774, núm. 11. Trasllet fet per fra Arnau, escrivà, el 10 de desembre de 1224 (*Sig·SSS·num fratris Arnaldi, scribe, qui hoc translatum fideliter scripsit ·III· idus decembris anno Domini ·M·CC·XX·III·, die et anno quo supra.*)

Notum sit cunctis quod ego Bernardus de Moya et uxor mea Raimunda, per nos ac nostros, vendimus et concedimus tibi Petro Muleti et tuis et etiam omni proieniei atque posteritati tue in perputuum omnes illas nostras domos integriter, cum curtallo, orto et puteo, quas habemus, tenemus et possidemus, voce genitoris nostri, in Villa Francha, que ab oriente terminatur in vico, a meridie in vico, ab occiduo in domibus Sanctarum Crucum, a circio in vico alio. Has quoque domos, terminis istis conclusas, vendimus tibi et tuis cum illis predictis et cum solis ac suprapositis coperimento ac ianuis et stillicidiis et introitibus et exitibus et pertinenciis suis a profundo abissi usque ad celum. De nostroque iure et dominio hec trahimus et in tuum tuorumque ius et dominium tradimus et transferimus ad habendum, tenendum omnique tempore possidendum et expletandum et ad omnes tuas tuorumque voluntates inde vel ibi nunc et in perpetuum faciendas, secure et potenter, in

pace tua propria empcione absque aliqua nostra nostrorumque retencione et inquietacione ut melius dici et intelligi potest ad tuum tuorumque salvamentum,¹ salva domini regis fidelitate ceterorumque dominorum de Villa Francha. Accepimus de te pro precio huius vendicionis placibili trescentos solidos denariorum Barchinone, valente marcha argenti ·XLIII· solidos, quos corporaliter a te recipimus et bene pacati sumus. Si vero forte hec predicta ultra hoc precium valent vel de cetero valebunt totum illud tibi et tuis in perpetuum damus et diffinimus absque aliqua nostra nostrorumque retencione, unde omni excepcioni non numerate pecunie omnique alteri cuilibet iuri et consuetudini quantum ad hoc renunciamus pro nobis et nostris, promittentes vobis et vestris nos esse semper auctores et legitima guarentia huius vendicionis deffensores et etiam ut firmitus tibi et tuis observetur. Ego predicta Raimunda, tactis sacrosanctis Evangeliiis per Deum viro hanc vendicionem firmiter observare ne aliquo quolibet iure vel racione contravenire.

Actum est hoc ·XV· kalendas ianuarii anno Domini ·M·CC·X·.

Sig+num Bernardi de Moya, qui hoc concedo et firmo. Sig+num Raimunde, eius uxoris, qui hoc concedo, firmo et iuro ut predictum est.

Sig+num Raimundi de Guarnallo, domini regis baiuli. Sig(signe)num Raimundi de Colle, baiuli domini regis.²

Sig+num Guillelmi de Villafrancha, sig+num domine Guillelme de Villa Francha, sig+num domine Alamande de Canellis, qui hoc laudamus et firmamus. Et est certum nos redemisse honorem nostrum de Moya cum his predictis nummis et cum aliis.

Sig+num Bernardi de Ribera. Sig+num Iohannis Galini. Sig+num G<uillelmi> Segui.

Iacobus, levita, qui hoc scripsit precepto R. de Podio, clerici de Villa Franca, die et anno quo ·SSS· supra.

1. *Repetit: slavamentum.* 2. *Amb lletra de mà diferent: Sig(signe)num Raimundi de Colle, baiuli domini regis.*

1211, gener, 18

Ferrer de Girona, batlle reial a Castellet i a l'Arboç, i poblador, de part del rei, rep Bernat, fill seu i de la seva muller Bernarda de Coll, i nebot de Guillem, de Bernat i de Ramon de Coll, com a poblador de l'Arboç. Li dóna en emfiteusi dos quarterades de terra, situades

a la parellada de Moratons, que el rei havia comprat als fills de Pere Mir. De cens haurà de pagar per la Candelerera tres quartans d'oli segons mesura de l'Arboç, per la llàntia que crema al monestir de Santes Creus, ofrena que el rei féu als monjos. De les collites n'haurà de donar la meitat al batlle del rei, més vint sous de cens anual.

[A]: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2774, núm. 12. Traslát (*Hoc est translátum fideiter translátatum .ii. nonas februarii anno Domini .M.CC.X.*) fet per fra Guillem Pere, sacerdot (*Fratrer Guillelmus Petrus, sacerdos, qui hoc fideliter translátavit, cum literis rasis et emendatis in .xviii. linea et suprapositis in .xx^a, et hoc (signe) signum fecit.*)

Notum sit cunctis quod ego Ferrarius de Gerunda, baiulus domini regis in Castelleto et in Arbucio et populator, ex parte domini regis recipio te Bernardum, filium meum, et filium Bernarde de Colle, uxoris mee, et nepotem Guillelmi de Coll et Bernardi et Raimundi, per populatorem de Arbucio et dono tibi ex parte domini regis et ex parte mea, duas quarteradas de terra in pariliata de Moratones, quam super pariliatam dominus rex emit de filiabus Petri Mir, cum uno cornelono, qui est affinis, cum vineis Guillelmi de Sacto Iusto, cum omnibus alivariis, cum omnibus arboribus fructiferis et infructiferis, qui in presenti ibi sunt, vel in antea erant et cum omni fructu qui exiet de terra illa. Ita dono et concedo tibi et tuis perhenniter hec omnia quod tu habeas et possideas ad omnem voluntatem tuam inde faciendam tali ratione quod tu dones semper de anno in anno in festo beate Marie februarii .iiii. quartanos de oleo de pulcro et de nitido et de bullito ad rectam mensuram de Arbucio, ad illam lanteam quam dominus rex stabilivit in monasterio Sanctarum Crucum. Et quia dominus rex dedit mihi potestatem cum carta sigillata quod stablimenta, que ego facerem in predicta baiulia semper habent valorem ex parte sua. Ideo dono tibi plenam potestatem in illo honore, quem dominus rex emit de filiabus Petri Mir in omnibus locis ex parte domini regis et ex parte Bernardi, abbatis Sanctarum Crucum et totius alii alii conventus. Quod tu petas et colligas .vi. quartanos de oleo et tres, quos tu sine istis .vi. debes dare singulis annis in festo Natalis Domini, et viginti solidos de censu predicti honoris et nullus habeat potestatem aliquid levandi in illo censu tocuis honoris nec accipiendi donec tu accipias .xiiii. quartanos de oleo cum tuis tribus et viginti solidis. Et tu habeas potestatem emparandi predictum totum honorem in omnibus locis. Si aliquis contradicebat aliquid et in illo censu et hoc quod superabit de censu illius honoris hoc accepto quod [tu debes dare monasterio

Sanctarum Crucum quod dones fideliter baiulo domini regis et de illis viginti solidis tu emes viginti solidis de pulcra cera bona fide annuatim et cum singulis annis in festo predicto beate Marie februaryi deferas ·VIII· quartanos de oleo et ceram predictam cum fructo que erit ibi necessaria monasterio Sanctarum Crucum, sine aliqua missione et expensa predicti monasterii. Quod nisi hoc facere volueris tu vel tui sicut dictum est, abbas predicti monasterii vel domini habeant plenam potestatem quod possint emparare tibi predicta nostram¹ administrationem, tamdiu donec eis plenarie reficiantur. Et est hec omnia infra terminum castri de Castelleto in quadram de Arbucio in separatis locis. Quisquis hoc fregerit nil valeat.

Actum est hoc ·XVIII· kalendas februaryi anno Christi ·M^o·CC^o·X^o·.

Sig+num Ferrarii de Ierunda, populator et baiuli domini regis qui hoc laudo et firmo. Sig+num Raimundi Berengarie. Sig+num Guillelmi de Bassia. Sig+num Eimerici Pelicer. Sig+num Bertrandi de Almunia. Sig+num Petri Ferrer. Sig+num Bernardi Executor. Hii sunt testes.

Petrus, levita, qui hoc scripsit (signe) precepto <Raimundi> de Castro Novo, clerici Castelleti.

+ Fratris Arnaldi, presbiteri.

Sig+ fratris Arnaldi, presbiteri.

1. Interlineat: nostram.

504

1211, gener, 25

Elisenda, muller de Pere de Fonolles, ven al monestir de Santes Creus, amb Bernat d'Àger com a abat, dos parts de l'alou de Penyafel, que és a la partió de les parroquies de Sant Miquel d'Olèrdola, de Santa Margarida i Santa Maria de Bleda, per la quantitat de mil nou-cents sous barcelonesos, equivalents a quaranta-quatre sous de plata, dels quals mil han de servir per redimir-lo de la penyora i la resta el comprador l'haurà de lliurar en mà a la venedora.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2774, núm. 13. Original. Estat de conservació dolent. Dificultats per llegir-lo.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2774, núm. 14. Trasllat (*Hoc est translatum bene et fideliter sumptum a quodam instrumentum [originalis cuius series est] talis*) fet l'any 1310 pel notari Ferrer [...]. Estat de conservació regular.

C: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2774, núm. 15. Trasllat (*Hoc est fideliter translatum*) fet per Berenguer dez Canos el 29 de desembre de l'any 1233 (*Frater Berengarius dez Canos hoc translatum scripsit et hoc sig(signe)num fecit ·IIII· kalendas ianuarii anno Domini ·M·CC·XXX·III·*).

Sit notum omnibus quod ego, Elicsendis, uxor Petris de Fone-liare vendo domui Sanctarum Crucum et tibi Bernardo, abbati et omni conventui eiusdem loci, presenti atque futuro, duas partes, quas voce genitorum meorum vel aliis modis per proprium alodium habeo vel habere debeo in domo de Pena Fideli, et omnibus pertinentiis et tenedonibus eius et molendinis et arboribus diversi generis et hominibus et feminis et introitibus et exitibus huius honoris, que est in parrochiis Sancti Michaelis de Olerdule et Sancte Margerite et Sancte Marie de Blita in comitatu Barchinone, in Penitensi, in montibus et in planis ac per omnia loca. Has itaque duas partes et quicquid aliquibus modis eiusdem domus presenti atque futuro. Et ut melius dici et intelligi potest ad vestrum salvamentum, de meo meorumque iure in vestrum trado dominium et potestatem ad quicquid ibi vel exinde facere volueritis ad omnes vestras voluntates faciendas per vestrum proprium plenissimum, liberum et franchum alodium, secure et libere, omni tempore possidendum sine vinculo ullius hominis vel femine et absque ullo meo vel meorum vinculo vel retentu. Per hanc enim vendicione accepi a vobis mille et nonagentos solidos monete Barchinone, valente marcha argenti ·XLIII· solidos, de quibus dictum honorem redimitis per mille solidos, quibus pignere² tenetur residuos autem³ nonagentos⁴ solidos mihi in presenti tradidisti. Sic igitur de toto hoc precio nil remanet in debito. De vero occasione vel ratione⁵ duplicis deceptionis aut alio modo ego possim aut aliqua persona meo vel meorum nomine possit unquam contra presentem vendicionem venire ipsi occasione et rationi et omni iuri divino et humano scripto et non scripto sive consuetudinario quantum ad hoc per me et per meos renuncio dando et cedendo vobis quicquid hec vendicio plus valeat isto precio et quantum ad predictos mille et ·DCCCC· solidos, exceptioni renuncio non numerate peccunie. Ad maiorem siquidem securitatem iuro per Deum tactis sacrosantis ·IIII· Evangeliiis predictam vendicione semper firmam habere et ratam et nunquam contra eam venire.

Actum est hoc ·VIII· kalendas februarii anno Domini ·M·CC·decimo.

Sig+num Elicsendis, uxoris Petri de Foneliare, sig+num Petri de Foneliare, viri eius, sig+num Iacfredi, sig+num Bernardi, filiorum eorum, qui predicta omnia laudamus et firmamus.

Sig+num Berengarii de Foneliare. Sig+num Sibilie, filie dicti Petri de Foneliare et dicte Elicsendis et uxoris Raimundi de Sancto Iohanne, qui predicta omnia laudo et firmo.

Sig+num Guillelmus, presbiter, qui vidi hanc cartam, firmare et iurare omnibus.

Sig+num Arnaldi de Serriano, notarii. Sig+num Petri Anularii. Sig+num Petri de Vilella.

Sig+num Petri de Mascharonis, qui hoc scripsit cum literis appositis in linea ·vi·, die et anno quo supra.

1. *També impossible de llegir a B i a C: sine vinculo ullius.* 2. *B i C: pignere.*
3. *B: residuos autem.* 4. *C: ·CM·.* 5. *B: De vero occasione vel ratione.*

505

1211, gener, 26

Elisenda i el seu marit Pere de Fonolleres prometen a l'abat de Santes Creus, Bernat d'Àger, que, quan el seu fill Pere arribi a l'edat perfecta confirmarà la venda que ella ha fet al monestir de les dues peces d'un alou situat a Penyafel, a la partió de les parròquies de Sant Miquel d'Olèrdola, de Santa Margarida i de Santa Maria de Bleda, al comtat de Barcelona, a la Marca del Penedès.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2774, núm. 16. Original.

Sit notum omnibus quod ego, Elicsendis, et vir meum, Petri de Foneliare, promittimus et convenimus vobis domui Sanctarum Crucum et Bernardo, abbati et omni conventui eiusdem loci, presenti et futuro, quod qua hora volueritis, ex quo filio nostro Petro fuit in perfecta etate, faciamus quisque pro toto ab eodem Petro, filio nostro, fieri vobis cartam publicam manu confecta, in qua carta, idem filius noster Petrus, concedet et confirmabit in perpetuum vobis vendicionem [±11],¹ quod ego Elicsendis feci vobis de duabus partibus, quas per proprium alodium habebam in domo Penne Fidelis et omnibus pertinentiis et tenedonibus suis, et molendinis et arboribus diversi generis et hominibus et feminis, que est in parrochiis Sancti Michaelis Olerdule et Sancte Margarite et Sancte Marie de Blita, in comitatu Barchinone in Penitensi in montibus et in planis ac per omnia loca et de quanto mihi competeat vel

competere debebat aliquibus modis in supradictas parrochias, sicut in vestra carta huius vendicionis hec continetur. Et ad maiorem securitatem iuramus per Deum, tactis sacrosantis ·III· Evangeliiis, quod quisque pro toto observemus, attendamus et acceptamus predicta omnia vobis ad vestrum salvamentum, nisi quantum remanserit pro vestra bona voluntate.

Actum est hoc ·VII· kalendas februarii anno ·M·CC· decimo.

Sig+num Elicsendis. Sig+num Petri de Foneleris, viri eius. Nos hoc laudamus et firmamus. Sig+num Berengarii de Foneliaris.

Sig+num Guillelmus, presbiter, qui vidi hanc cartam firmare et iurare omnibus.

Sig+num Arnaldi de Serriano, notarii. Sig+num Petri Anularii. Sig+num Petri Vilella.

Sig+num Petri Mascharonis, qui hoc scripsit cum litteris apponitis in linea ·v^a·, die et anno quo supra.

1. Interlineat. Impossible de llegir.

506

1211, gener, 31

Bernat d'Àger, abat de Santes Creus, estableix Pere Mulet i la seva muller Barcelona a l'honor que fra Guillem Adalbert per redempció de la seva ànima va donar al monestir. Els vint sous de cens que reporten les propietats, fra Guillem va deixar-los al monestir per al manteniment d'una llàntia que va instituir en honor a la Verge Maria. Aquest establiment el fan amb la condició que quan morin els establiment tota l'honor i els fruits hauran de revertir per sempre al monestir.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2774, núm. 17. Original.

In Dei nomine. Notum sit cunctis hominibus, presentibus et futuris, quod ego frater B<ernardus>, abbas de Sanctis Crucibus, consilio et voluntate tocius conventus nostri, concedimus, tradimus et laudamus, fideliter, tibi Petri Muleti et uxori tue, Barchinone, in omni vita vestra, totum illum honorem cum pertinenciis suis et melioracionibus, quas ibi ullomodo facere potueritis, quem honorem frater Guillelmus Adalberti nobis et monasterio nostro ob redemptionem anime sue dedit, preter viginti solidos censuales ex quibus iamdictus frater G<uillelmus>, in honore sancte Dei genetricis semperque virginis Marie, unam lampadam construit. Adhuc etiam

laudamus et concedimus vobis omnem illam staticam que fuit Bernardi de Moges et omnes empções quas in Villa Franca et in omnibus terminis eius vel in quibuscumque ceteris locis feceritis, ita, videlicet, ut fecure et potenter omnia habeatis, teneatis, possideatis, expletetis in omni vita vestra et ex omnibus expletis, que inde exierint, faciatis omnem voluntatem vestram sine aliquo nostro nostrorumque impedimento et sine contradicto. Post obitum vero amborum, omnis supradictus honor et omnes compre, quas ubicumque ullomodo feceritis solite et sine contradicto vel impedimento alicuius persone, integre et plenarie, cum omnibus fructibus, qui ibi fuerint, reddantur et revertantur nobis et monasterio nostro sine aliquo retentu. Omnis autem iam dictus honor et compre et meliorationes, quas ibi feceritis, non possint rovocari ullomodo a nobis neque a successoribus nostris in omni vita vestra per aliquam vocem vel rationem. Et ad maiorem vestram securitatem et salvamentum, renuntiamus inde omni auxilio legum et decretorum et consuetudinum vel forum ecclesiastici.

Quod est actum ·II· kalendas februarii anno Domini ·M^o·CC^o·X^o·.

Sig+num Bernardi, abbatis de Sanctis Crucibus. Signum (signe) fratris Raimundi, prioris. Sig+num (signe) fratris B. subprioris. Sig+num fratris Arnaldi de Barberano. Sig+num fratris Petri Ros. Sig+num fratris Petri, sacriste. Sig+num fratris Bernardi, cellerarii maioris.

Frater Guillelmus Petri, qui hoc scripsit et hoc (signe) signum fecit.

1. Interlineat: in.

507

1211, febrer, 17

Gueraula, vídua de Berenguer Llaurador, i el seu fill Guillem venen, per cent trenta sous barcelonesos al monestir de Santes Creus i a l'abat Bernat d'Àger, dues peces de terra, l'una va pertànyer a Pere d'Ivorra i la seva muller Ermessén i l'altra a Pere de Ripoll i a la seva esposa Maria, situades al terme de Cabra, a les partides de Conill i de la Coma de Vinyal.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2774, núm. 18. Original.

Notum sit cunctis quod ego, Guiralda, uxor Berengarii Laboratoris, qui fuit, et filius meus Guillelmus, nos et per omnes nostros,

nunc presentialiter, vendimus atque donamus monasterio Sanctarum Crucum et vobis Bernardo, eiusdem cenobii abbati, et fratribus eiusdem, tam presentibus quam futuris, nunc et in perpetuum, duas pecias terre nostras, quarum una fuit Petri d<e> Yborre et Ermessendis, coniugis eius, et altera fuit Petri de Rivo Pullo et coniugis eius, Marie, que sunt in termino castri, quod vocatur Cabra, una, scilicet, in loco nuncupato Conil et altera in loco nuncupato Comba de Vinnal. Quas duas pecias, cum omnibus ruribus nobis et nostris in eis habentibus et pertinentibus quibuscumque rationibus, abstrahimus a dominio nostro et posse ac vinculo et nostrorum, et cum auctoritate huius carte tradimus vendicione atque donacione totum integriter absque ulla retentione nostra et nostrorum perhenniter, in ius et potestatem ac dominium predicti monasterii et fratrum, cum ingressibus suis et egressibus et terminis earum ac pertinenciis et totum sicut ex omnibus partibus debent affrontari et etiam totum prout melius et plenius dici potest ac intelligi sive excogitari ad comodum et bonum prenominati monasterii et fratrum omni tempore et ad omnes eorum voluntates ibi et inde in perpetuum faciendas irrevocabiliter. Hanc autem venditionem facimus pro centum et triginta solidos Barchinonem, quos omnes habuimus et recepimus et ex monasterio et fratribus bene paccati sumus nostre voluntati, exceptioni non numerate peccunie et doli renunciantes. Et si forte plus dicti precii dictus honor modo valet vel decetero valebat aliquomodo, totum per cuncta secula pro donacione concedimus et confirmamus. Et contra cunctos homines et feminas, nos et nostri, erimus de toto quomodo superius continetur, boni auctores monasterio et fratribus ad eorum comodum.

Factum est hoc ·XIII^o· kalendas marcii anno Domini ·M^o·CC^o· decimo.

Sig+num Giraldi, sig+num Guillelmi, filii eius, qui hoc totum firmamus testesque firmare rogamus, et predicta guirentia intelligatur de nobis et de nostris.

Sig+num Bernardi Peregrini, fratris dicte Guiraldi, qui hoc totum concedo et firmo.

Sig+num Arnaldi de Artesa. Sig+num Petri de Vico, iunioris. Sig+num Bernardi Tautevul. Isti ·III· sunt testes.

+ Virgilius, qui hoc scripsit iussi Bernardi Peregrini, die et anno quo supra.

508

1211, març, 1

Guillem d'Aguiló i la seva muller Alda donen el mas de les Vidales que tenen al terme del castell de Font-rubí, al Penedès, a Bernat d'Ager, com a abat del monestir de Santes Creus.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2774, núm. 19. Original.

In Christi nomine. Sit notum cunctis quod ego, Guillelmus de Aquilone et ego Alda, uxor eius, nos in simul, per nos et per omnem proieniem nostram, divini amoris intuitu, propter animarum nostrarum, salutem et patrum et matrum nostrarum et omnium parentum nostrorum, damus et concedimus et perhenni ac voluntaria donacione tradimus domino Deo et beate Marie et operi ecclesie nove monasterii de Sanctis Crucibus et abbati et fratribus eiusdem loci, presentibus et futuris, quemdam mansum, quem habemus in termino de castris Fontis Rubei, in Penedes, qui mansus dicitur mansus de les Vidales, qui affrontat ex una parte in manso de les Etales, ex alia in campo de Faras, et ex tercia parte in campo Sancti Petri et in vineis de Lavela, quarta vero parte in manso de Monetes. Quantum sub hiis affrontacionibus includitur et terminatur, cum introitibus et exitibus, a celo usque in habissum, sicut nos iam dicti per nos et per omnes nostros dictum mansum, cum hominibus et feminabus eidem manso pertinentibus vel participantibus et cum omnibus petrariis vel lapidibus, aquis et terris cultis et incultis et cum omnibus appendiciis et suis pertinenciis, damus et concedimus per franchum et proprium alodium dicto monasterio in perpetuum. Et cum hac presenti carta dictum mansum cum omni iure et dominio et censu de nostro posse sine aliquo retentu nostro et omnium in vestro eicimus et in posse et tenedonem monasterii de Sanctis Crucibus mitimus,¹ ut vos frater B<ernardus>, abbas dicti loci, et omnes fratres vestri, presentes et futuri, dictum mansum, cum omnibus suis pertinenciis, potenter et integriter sine diminucione aliqua habeatis, teneatis, possideatis et expletetis omni tempore, ad faciendam ibi et inde omnem vestram voluntatem, ut melius et utilius potest, dici vel intelligi, profectui vestro et monasterii, concedimus etiam omnes alias donaciones, quas vestro monasterio fecimus.

Quod est actum kalendas marcii, anno Domini ·M^o·CC^o·X^o.

Sig+num Guillelmi de Aquilone. Sig+num Alde, uxoris eius. Nos qui hoc laudamus et firmamus testesque firmare rogamus.

Sig+num Cirera fratris G<uillelmi> de Aquilone. Sig+num Berengarii de Lorac. Sig+num Berengarii de Beviure. Iste sunt testes.

Ego frater Petrus de Banche iam dicto Guillelmi de Aquilone nomen meum in primo qui donacionem mansi que in hoc et in alio instrumento continetur in castri de Argenzola, fieri, oidi(?).

(Signe) Sig+num fratris G. de Palarols operarii.

Frater Bertrandus, scripsit, cum literis suprapositis in ·XIII^a. linea ubi dicitur mitimus, et hoc (signe) fecit.

1. *Interlineat:* mitimus.

509

1211, març, 21. Lleida

Donació que fa Pere el Catòlic —i posterior confirmació per part del seu fill Jaume el Conqueridor— per la salvació de l'ànima del seu pare Alfons el Cast a Bernat d'Àger, abat de Santes Creus, de vint sous sobre els censos de diferents terres, situades a la partida de la Romeguera del terme de l'Arboç, perquè comprin l'oli per a una llàntia que ha de cremar durant la missa a l'altar de Santa Maria de Santes Creus.

[A]: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2775, núm. 1. Trasllat. Estat de conservació dolent.

C: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2775, núm. 2. Trasllat de l'original fet pel monjo fra A<rnau> de Banyeres el 30 de desembre de 1212 (*Sig+num fratris A<rnaldi> de Bagnariis, monachi qui hoc transtum fideliter translatavit ·III· kalendas ianuarii anno Domini ·M·CC·XII·*).

D: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2775, núm. 3. Trasllat fet per fra Joan Salvador, monjo de Santes Creus, el 16 d'abril de 1482 (*Sig+num mei ffratris Iohannis Salvatoris, prenominati Sanctarum Crucum monasterii, apostolica, imperiali ac regia auctoritatibus notarii publici qui de precepto reverendi abbatis eiusdem monasterii huiusdem translatum ab originali suo abstractu scribi et cum eodem de verbo ad verbum nichil addito nichilque remoto veridice correxi et comprobavi atque clausi die videlicet ·XVI· mensis aprilis anno Domini ·M^o·CCCC^o·LXXXII^o·*) legalitzat per Bartomeu Carbonell, notari de Valls, i Gabriel Pedrolo, també notari de Valls (*Sig(signe)num mei Bartholomei Carbonelli, auctoritatibus apostolica et regia notarii publici habitatoris ville de Vallibus huiusmodi translati testis. Sig(signe)num mei Gabrielis Pedrolo, apostolica et regia auctoritatibus notarii publici habitatoris ville de Vallibus huiusmodi translati testis*) d'un altre trasllat datat el 12 de desembre de 1240 i fet a Barcelona per l'escrivà Guillem, per manament del rei Jaume I, el qual confirma la donació feta pel seu pare Pere el Catòlic (*Sig(signe)num Iacobi, Dei gratia regis Aragonum, Maioricarum et Valentie, comitis Barchinone et Urgelli et Domini Montis Pessulani, qui hec laudamus et confirmamus ut superius continetur appositum mandato domini*

regis per manum Guilllrmī, scribe, in Barchinona .ii. idus decembris anno millesimo ducentesimo quadagesimo. Huius rei sunt testes Guillermus, vicecomes Cardone, Guillermus de Cervaria, Gaufrēdus, vicecomes de Rocabertino, Raimundus, Fulconis de Cardona, Arnaldus de Timor, Michael de Lusā, Aznarius Pardi, Martinus de Caneto. Ego Ferrarius notarius domini regis hoc scribi feci mandato ipsius, loco et anno prefixis).

In Cristi nomine. Sit notum cunctis presentibus et futuris quod nos Petrus, Dei gratia, rex Aragonum et comes Barchinone, ob remedium anime nostre et domini Ildefonsi, illustris regis bone memorie, patris nostri et omnium parentum nostrorum necnon et omnium fidelium vivorum ac defunctorum, damus, laudamus et concedimus et cum hac presenti carta, perpetuo valitura, in perpetuum confirmamus domino Deo et monasterio Sanctis Crucibus et tibi Bernardo, abbati, et universo conventui eiusdem loci presenti et futuro, novem quartanos olei puri et nitidi ad rectam mensuram fori de Arbucio, de quo attendat et ardat assidue lampadas¹ coram altari beatissime Dei genetricis semper² virginis Marie in eodem monasterio predicto. Necnon etiam damus, concedimus et laudamus vobis et monasterio vestro in perpetuum viginti solidos Barchinonensis censuales monete curribilis pani et vino de quibus emantur candelae que ardeant tempore quo misse celebrantur in supradicto altari omni tempore. Igitur ad complenda omnia supradicta et inviolabiliter omni tempore observanda, assignamus supradictum oleum et viginti solidos censuales super censum illius parillate terre³ que fuit de Morato⁴ et unius pecie terre quam tenet per nos Bartholomea ad censum et alterius pecie terre quam Iohannes Oldomar per nos tenet similiter ad censum, que pecia⁵ est iuxta veterem calciatam et illius campi de Romegera, qui est infra honorem Guillelmi de Sancto Iusto, de duabus partibus quem tenet Raimundus Berenguera et alterius pecie terre est iuxta collum Terre Fosse et iuxta viam quem tendit de Arbucio ad Sanctam Mariam de Bagneres et alterius pecie terre que est que est ad Puiol Gurzan, que dividitur cum quadam peciam terre Guillelmi de Sancto Iusto et unius ferregnalis quod est subtus turrim de Arbucio, quod dividitur cum ferraginalio Bernardi Iordanis. Omnis autem honor supradictus qui per diversa loca divissus est fuit illius compre quam nos fecimus de heredibus, qui fuerunt Iohannis Thosel⁶ et Petri Miri. Super quem omnem iam dictum honorem et censum vos abbas et conventus vester et omnes successores vestri habeatis semper plenam licenciam et potestatem mittendi et constituendi proprium baiulum vestrum, qui colligat totum censum supradicti honoris fideliter integre et plenarie et persolutis prius iam dicto monasterio viginti solidos censualibus et

novem quartanis olei omnibus deductis expensis, quod superfuerit reddatur fideliter baiulo nostro quicumque sit in partibus illis. Quicumque autem contra hec predicta in aliquo venire attemptaverit, iram omnipotentis Dei et nostram incurret, et insuper corporali pena a nobis sine remedio punietur predictae donacione nichilominus rata et firma permanente.

Datum Ylerde ·xii· kalendas aprilis anno Dominice Incarnationis ·M^o.cc^o. decimo, per manum Ferrarii, notarii nostri, et mandato eius scripta a Berengario de Parietibus.

Signum (signe) Petri, Dei gratia, regis Aragonum et comitis Barchinone.

1. D: lampas. 2. D: semperque. 3. D: nostre. 4. D: Moratos. 5. D segueix: terre, no a C. 6. D: Thosell.

510

1211, abril, 7

Ramon de Figuerola i la seva muller Guillema venen, per tres-cents deu sous de Barcelona a Pere Mulet, com a abat del monestir de Santes Creus, dos honors que tenen al comtat de Barcelona a la Marca del Penedès, al terme d'Olèrdola, a la parròquia de Santa Margarida, a les Monetàries.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2775, núm. 4. Original.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2775, núm. 5. Traslát (*Hoc est translatum fideliter factum*) fet per fra Berenguer dez Canos el dia 8 de gener de 1237 (*Frater Berengarius dez Canos, hoc translatum scripsit et hoc sig(signe)num fecit ·viii· idus ianuarii anno Domini ·M·cc·xxx·vi·*).

Notum sit cunctis quod ego Raimundus de Figuerola et uxor mea Guillelma, per nos ac nostros, vendimus et concedimus domino Deo et venerabili domui Sanctarum Crucum et suis successoribus, omni tempore, in manu Petri Muleti, totum illum honorem, integritate sine ulla diminutione, quem emimus de Petro de Clerano et Guillelmo de Clerano et illum honorem quem emimus de Guillelma et Sancia et Maria et viris suis, iuxta ipsum alium honorem predictum. Quos honores habemus et tenemus infra chomitatatum Barchinone in Pinatensi, in termino de Olerdula, in parrochia Sancte Margarite, apud Monetarias. Sicut terminatur et assignatur predicti honores in posse et visu iam dicti Petri Muleti a terminis et affrontacionibus suis, ita eos vendimus et concedimus prefate domui

et suis in perpetuum, cum introitibus et exitibus et omnibus pertinentiis suis, in manu predicti Petri Muleti. De nostroque etiam iure et dominio hec trahimus et in ius et dominium prefate domus et suorum tradimus et transferimus ad habendum, tenendum omnique tempore possidendum et expletandum et ad omnes suas suorumque voluntates inde vel ibi faciendas, nunc et in perpetuum, absque aliqua nostra nostrorumque retencione et inquietacione, ut melius dici et intelligi potest ad salvamentum iam dicte domus et suorum per alodio francho.¹ Accepimus a bonis sepedicte domus pro precio huius vendicionis placibili per manum predicti Petri Muleti trescentos et decem solidos denariorum Barchinone, valente marcha argenti ·XLIII· solidos, de quibus bene sumus in pace paccati. Et si forte ultra hoc precium predicti honores velent vel valebunt totum illud prefate² domui et suis, in perpetuum damus et diffinimus absque aliqua nostra nostrorumque retencione, unde omni excepcioni non numerate peccunie et omni ocasioni duplicis inganni omnique cuilibet iuri et consuetudini quantum ad hoc renunciamus, promittentes iam dicte domui et suis per stipulationem semper guarentes et deffensores huius vendicionis. Certum vero est quod iam dictus Petrus Muleti persolvit et dedit iam dictum precium huius vendicionis de suo proprio avere predictis venditoribus remissione anime sue et parentum suorum, tamen vero retinuit sibi in omni vita sua omnia expleta que inde exierint.

Actum est hoc ·VII· idus aprilis anno Domini ·M^o·CC^o· undecimo.³

Sig+num Raimundi de Figerola, qui hoc laudo et firmo. Sig+num Guillelme predicte, eius uxoris, qui hoc totum concedo et firmo et etiam tactis sacrosanctis quatuor Evangeliiis per Deum viro hanc vendicione firmiter observare et non aliquo quolibet iure vel racione contravenire. Sig+num Geraldii. Sig+num Bernardii. Sig+num Elicsendis, filiorum et filie eorum. Sig+num Bertrandi, filii eorum.

Sig+num Bernardii de Ribera. Sig+num G. Sartre. Sig+num G. de Pulcro Vicino. Sig+num Raimundi de Picalchers.⁴

Iacobus, levita, qui hoc scripsit precepto Raimundi de Podio, clerici de Villa Franca, cum literis suprapositis in ·X^o· linea.

1. *Interlineat:* francho. 2. *B:* predicte. 3. *B:* ·M·CC·XI. 4. *B:* Picalchers.

511

1211, maig, 4

Ferrer de Sant Martí confirma íntegrament a la seva muller Saurina l'escreix que li va fer per raó d'esponsalici, i hi afegeix el castell de Subirats amb tot el terme, les torres de defensa, les cases, els masos, les terres cultivades i les ermes, les vinyes i els horts, els cavallers que hi ha, els homes i dones que hi treballen i l'execució dels mals usos per tal que el tingui en propi, lliure i franc alou.

[A]: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2775, núm. 6. Traslát fet el 29 de febrer de 1232 (*Hoc est translátum fideliter translátatum cuius series sic ordinatur anno Domini ·M^o·CC^o·XXX^o· primo, pridie kalendas marcii*) per fra Pere de Pacs (*Sig(signe) fratris Petri de Pax, qui hoc translátum fideliter translátavi die et anno prefixo*).

Manifestum sit omnibus quod ego, Ferrarius Santi Martini, concedo et confirmo tibi Saurine, uxori mee, sponsalicium integritur quod tempore nuptiarum tibi feci, sicut en in tua carta continetur. Et idem sponsalicio addo tibi castrum de Subiratis cum omnibus suis terminis cum fortitudine et domibus et mansis et terris cultis et heremis, vineis, ortis, arboribus diversi generis et cum militibus et ceteris hominibus et feminis et censibus, usaticis, servitiis, senioratico, toltis, forciis, questis, placitis, stachamentis, stablimentis, homicidis, cucucus, exorchiis, laxationibus, intestationibus, inventionibus et omnibus ipsi castro pertinentibus, sicuti ego melius habeo et habere debeo per meum proprium alodium in comitatu Barchinone. Hec itaque omnia ego in presenti de meo iure in tuum trado dominium ut tibi et infantibus a me in te creandis et eciam tuis propinquis sint subdita et obligata sub ea forma qua nobis submissus est et obligatus et infantibus ac propinquis tuis. Alius honor totus prenotati tui sponsalicii sicuti continet in carta eiusdem sponsalicii tempore nuptiarum a me tibi facta, ne vero ego possim vel aliqua persona meo nomine possit unquam in aliquo venire contra predictam additionem omni auxilio ac beneficio iuris divini et humani scripti et non scripti sive consuetudinarii quantum ad hoc per me et per meos renuntio.

Actum est hoc ·IIII· nonas madii anno Domini millesimo ducentesimo undecimo.

Sig+num Ferrarii Sancti Martini, qui hoc laudo et firmo.

(Signe) Guillemi Umbaldi. Sig+num Geraldi Totigerii. Sig+num Guillemi de Ofegato. Sig+num Guillemi de Podio Alto.

·S· *Signum Arnaldi de Serriano, notarii, qui hoc scripsit cum literas emendatis in linea ·VIII^a, ubi dicitur totus, die et anno quo supra.*

512

1211, maig, 17

Donació que fa Guerau Alamany a l'abat Bernat d'Àger de Santes Creus del camp d'Ullet, situat al terme del castell de Copons.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2775, núm. 7. Original.

In Christi nomine. Ego Geraldus Alamandi, per me et per omnes meos, pro remedio anime mee et parentum meorum, dono, laudo et in perpetuum concedo Deo et Sancte Marie de Sanctarum Crucum, in manu Bernardi, abbatis eiusdem loci, et omni conventui, tam presenti quam futuro, totum illum campum, qui est mea dominicatura, qui dicitur de Ulleto, qui est in termino castris de Copons, sicuti affrontat' in honore Petri de Caus et Bernardi de Caus et in dominio Guillelmi de Castellar et in summitate montis de Celada. Sic igitur he omnis affrontationes includunt et ambiunt dictum campum, cum ingressibus et egressibus suis et pertinenciis, cum terra et arboribus diversorum gernerum, cum omnibus que in eo modo sunt plantata vel hedificata vel erunt vel fieri potere, de celo usque in abissum, sic dono vobis Bernardo, abbati, et monasterio supradicto pro francho alodio libero et expedito ab omni servitute, ad faciendum ibi et ex eo vestras voluntates in perpetuum et sic de meo iure atque meorum exactionibus, qui dictum campum tenent pro me ut de cetero mihi vel meis non teneantur respondere pro illo sive pro fructibus qui illo erunt, set totum illud ius quod mihi facere pro illo debebant vobis et successoribus vestris faciant directum firment et iura prosequantur in posse vestro sive baiuli vestri et fidelitatem penitus exequantur.

*Quod est actum ·xv^o· kalendas iunii anno Domini ·M^o·CC^o·XI^o·.
Sig+num Geraldus Alamandi, qui hoc firmo et concedo.*

Sig+num Raimundi de Torrente Profundo. Sig+num Raimundi de Monte Falchone, militum, qui hoc firmamus. Sig+num Guillelmi Malet. Sig+num Raimundi de Artes. Sig+num Bertrandi de Fitor. Sig+num Mariete de Pereto. Sig+num Vitalis Lambardi. Sig+num Guillelmi Guilaberti. Sig+num Aguilaris.

Fratrer Guillelmus Petri, qui hoc scripsit et hoc (signe) signum fecit cum literis damnatis in ·iiii^a. linea, ut dicitur ex una parte, et rasis et emendatis in ·v^a. ubi dicitur, et ambiunt dictum campum cum ingressibus.

1. *Segueix ratllat: ex una parte.*

513

1211, maig, 17

Guerau Alamany atorga tot el dret, jurisdicció i domini sobre el camp d'Ullet, situat al terme del castell de Copons, a l'abat Bernat d'Àger i al monestir de Santes Creus.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2775, núm. 8. Original.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2775, núm. 9. Trasllat fet per fra Pere de Copons el 3 de febrer de 1247 (*Ego frater Petrus de Copns hoc translatum fideliter translatavi ·iii· nonas februarii anno Domini ·M^o·CC^o·XL^o·VI^o. et ho (signe) feci*).

In Christi nomine. Ego Geraldus Alamandi,¹ per me et per meos, et pro remedio anime mee et parentum meorum, dono, laudo et in perpetuum concedo et Sancte Marie Sanctarum Crucum in manu Bernardi, abbati eiusdem loci, et omnium conventui, tam presenti quam futuro, omnem ius meum et dominium, quod habeo in castro de Copons, apud campum de Ulleto, sicut confrontat in honore Petri de Caus et Bernardi de Caus et in dominio Guillelmi de Castelar, et in sumitate Montis de Celada. Quantum he omnes affrontationes includunt et ambiunt, cum ingressibus et exitibus suis et pertinenciis, sic dono vobis et vestris dictum meum dominium, ut nominatum est, pro vestro proprio alaudio, francho, libero et expedito ab omni servitute pro ad² faciendum exinde vestram vestrorumque voluntatem perpetuo iure. Et sic de meo iure et posse³ nominatum dominium eicio et extraho et in vestrum et vestrorum ius nec et in perpetuum mitto et trado ad omnes vestras voluntates et vestrorum perpetim faciendas. Et sic cum hac carta presencialiter mitto vos in possessione ac tenedone et mando hominibus sive rogo illos homines qui in dictum dominium tenent per me ut de cetero mihi nec meis non teneatur de illo respondere. De aliquo imo totum illud ius quod mihi facere debebant pro illo honore vobis et vestro conventui quantumcumque sit doneant et respondeant stabilimenta et frimamenta et omnia iura integre, que exinde mihi facere

debebant totum penitus vobis vel vestro baiulo teneantur nec et semper respondere.

Quod est actum ·xv· kalendas iunii anno Dominici Incarnationis ·M·CC·XI·.

Sig+num Geraldı Alamandi, qui hoc concedo et confirmo. Raimundi de Torrente Profundo. Sig+num Raimundi de Monte Falchone, militum, qui hoc confirmamus. Sig+num Guillelmi Malet. Sig+num Arnaldi Bonete. Sig+num Geraldı de Valerna. Sig+num Bernardı dez Caus. Sig+num Arberti. Sig+num Raimundi de Artes. Sig+num Bernardı dez Fitor. Sig+num Mariete de Pereto. Sig+num Vitalis Lambardi. Sig+num Guillelmi Guilaberti. Sig+num Aguilaris. Testes.

Raimundus de Guissario scripsit et hoc sig(signe)num fecit cum litteris apponitis in ·II^a· linea et in ·VI^a·.

1. *Segueix ratllat:* Alamandi. 2. *Interlineat:* ad. 3. *Interlineat:* et posse.

514

1211, juny, 18

Guillem d'Oliveres i la seva mare Estefania, per la salvació de la seva ànima i de la dels seus pares, donen, a perpetuïtat, a l'abat Bernat d'Ager i al monestir de Santes Creus tres sous menys dos diners censuals sobre un hort, amb tot el dret, domini i subjectes a fadiga, que Guillema de la Torre acostuma a satisfer cada any per la festa de la Pasqua del Senyor.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2775, núm. 10. Original. Carta partida per ABC.

Notum sit cunctis quod ego, Guillelmus de Olivariis, et mater mea, Stefania, quisque pro toto, per nos ac omnes nostros, ob remedium nostrarum animarum parentorumque nostrorum, damus et nunc et in perpetuum concedimus domino Deo et beate Marie Sanctarum Crucum et vobis fratri Bernardı, abbati predictę domus, atque fratribus, ibi presentibus et futuris, tres solidos, minus ·II· denarios, censuales et fadiga et ius et dominium, quos ·III· solidos, minus ·II· denarios, facit Guillelma de Turre in uno quoque festo Pasche Domini, <...>¹ qui ortus afrontat² de tribus partibus in Guillelma predicta de Turre, de quarta parte in vico maiore pergente versus Terrachonam. Sicut afrontacionibus terminatur et concluditur, sic dictos denarios et fadigam et dominium et ius predictę domui et fratribus eiusdem loci, presentibus et futuris, damus, cum ingres-

sibus et egressibus sive cum omni iure sibi pertinenti, sicut melius dici vel intelligi potest profectui domus et fratrem eiusdem loci, de abisso usque in celum. Et retinemus in nostra vita solu<m>modo dictas ·III· solidos, minus ·II· denarios. Post obitum nostrum fiat et per ratum habemus ut scribitur in perpetuum.

Quod est actum ·XIII· kalendas iulii anno Domini ·M·CC·XI·.

Sig+num Guillelmi de Olivariis, sig+num Stefanie, eius matris, qui hoc iussimus, scribi et firmari.

Sig+num Berengarii de Termenes. Sig+num Raimundi de Ripallo. Sig+num Petri Raimundi de Podio Montis Albi. Huius rei testium.

Raimundus de Subirats, scriba, hoc scripsit precepto B. de Tarrega et hoc (signe) fecit.

1. Falta la part de l'antecedent que ens diria que els sous de cens són sobre un hort i a quin lloc està situat. 2. Segueix repetit: afrontat.

515

1211, octubre, 24

Testament de Guillem d'Olivella pel qual deixa a Santes Creus tres sous menys dos diners, cens que fa Guillema de la Torre sobre un hort situat a Montblanc proper a l'hospital dels malalts.

[A]: Original perdut.

B: *Trasllat de 25 de gener de 1212. Perdut. Hec est translatum fideliter factum ·VIII· kalenas februarii anno Domini ·M·CC·XI· a començament del trasllat de 5 de desembre de 1224.*

C: *Trasllat de 13 de novembre de 1224 fet per fra B. Torro, monjo de Poblet. Perdut.*

D: *AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2775, núm. 11. Trasllat de 5 de desembre de 1224 fet per fra Arnau de Sant Hilari (Anno Domini ·M·CC·XX·III·, nonas decembris. Frater Arnaldus de Sancto Ylario hoc translatum ab alio translaturum fideliter scripsit cum literis rasis et emendatis in ·VI· linea ubi dicitur confratria et hoc + fecit) d'un altre trasllat perdut amb data 13 de novembre de 1224, fet per fra B. Torro, monjo de Poblet (Anno Domini ·M·CC·XX·III·, idus novembris. Frater B. Torro, monachus Populeti, hoc translatum cum literis dampnatis ut dicitur Bernardo meo domus et signum (signe) suum fecit).*

Quoniam nullus in carne positus periculum mortis evadere potest, idcirco in Dei nomine ego, Guillelmus de Olivariis, facio meum testamentum et dispositionem omni meorum rerum sedencium et movencium. Et eligo meos manumissores Iohannem de Rocheta et Petrum Raimundi de Podio et Terrenum atque Petrum de Riba, quibus dono plenum posse dividendi omnia mea, sicut hec pagina

protestatur. Primitus pro anima mea accipio ·c· et ·l· solidos Barchinonensis, quorum dimito operi Sancte Marie Montis Albi ·x· solidos et Berengario de Tarrega ·v· solidos, lampadibus Sancte Marie ·ii· solidos et lampadibus Sancti Michaelis ·ii· solidos, candeles Sancte Marie ·vi· denarios, Sancte Tecele Terrachone ·xii· denarios, infirmis ville Montis Albi ·iii· solidos, ponti istius ville ·ii· solidos, ponti Montis Soni ·xii· denarios, Sancte Marie Montis Serrati ·xii· denarios, Sancti Trinitati ·ii· solidos, Ospitali Iherosalimitano ·ii· solidos, Milicie Templi Salomonis ·ii· solidos, Sancto Saturnino de Castluz ·iii· solidos, Sancto Martino de Torredela ·ii· solidos, Sancte Marie Montis Gaudi ·xv· solidos et confratres mitant eos in proficuo Sancte Marie Montis Gaudi et ·iii· solidos de confratria sint in istis ·xv· solidos, Sancto Gregorio de Alfamia ·ii· solidos, ponti Ylerde ·ii· solidos. Dimitto corpus meum ad sepeliendum venerabili domine Sancte Marie Populeti cum ·xiii· solidos Barchinonensis censualibus, quos habeat frater istis domibus, quibus ego stabat domus Populeti et fratres, et post obitum mei filii Guillelmi Bernardi predictae domus sint franchum et libere de predicta domo Populeti et recipiant eum per fratrem quando ordinem suum intrare voluerit. Dimitto omnibus confratribus presbiteris Montis Gaudii unicuique ·xii· denarios pro anima mea. Dimitto ad mensam Sancte Marie Vallis Bone ·x· solidos. Dimitto filio meo Guillelmo istas domos in quibus sto, que domus sunt contigue Arnaldo Serrario et Iohanni de Rocheta et vico Maiori, tali pacto quod faciat ·xiii· solidos censuales domui Populeti in festo Natalis Domini, et predictus Guillelmus possit in domibus predictis stare vel conlocare cui vuluerit in vita sua tamen. Interim dimitto domui Populeti ·ccc·x· solidos Barchinone, quos habeo in illo debito domini regis, de quibus est fiducia Guillelmus de Cardona. Et quanto domus Populeti eos habebit, donet ex illis filio meo Guillelmo ·l· solidos. Dimitto et dono, ob remedium mee anime et parentum meorum, domino Deo et hospitali pauperum Montis Albi illum meum ortum contiguum Petro de Riber et Arnaldo de Segarra, preter illum ortum qui facit ·xviii· denarios censuales Brune, filia Arnaldi de Segarra, quem ortum dimitto Guillelmo de Balluvino, sicut illum terminatus, sue voluntati faciende. Dimitto filio meo Guillelmo illam tabulam de [c]antone que est contigua de duabus partibus in via. Aliam tabulam secus istam dimitto Bernardo, meo nepoti. Dimitto nepoti meo Bernardo illam meam vineam, que est contigua Arnaldi de Segarra et Arnaldi Mazana, ut habeat eam in omni vita sua et teneat atque possideat. Post obitum vero eius revertatur domui hospitali pauperum Montis Albi, sine omni contradicto. Dimitto

Bernardo, nepoti meo, omnia mea debita, que mihi debentur, et omnia super lectilia domorum, et ille persolvat debita, que ego debeo et persolvat filio meo Guillemo ·L· solidos quos mater sua ei dimisit et ·C· solidos quos sibi modo dono et dimito. Et dimito filio meo, Berengario, quem habeo de Pereta, illum octavonem, quem habeo in furno novo, terciam partem matri sue Perete et duas sibi. Et si forte Berengarius predictus obierit infra spacium ·xx· annorum ad inferiorem, det eius mater ·C· solidos cenobio Sanctarum Crucum et habeat dictum octavonem sue voluntati. Dimito filie Petri de Olivariis, Astruge, illam vineam secus P<etri> de Olivariis. Dimito ·xx· solidos in illo pignore, quod teneo de Petro de Iorba in Olivela. Et dimito ·vii· solidos in illo, quod teneo de na Terrachona, et in illo, quod teneo de <e>n Barra ·iiii· solidos, et in omnibus aliis pignoribus terciam partem. Dimito nepoti mee Guillelme de Torredela ·xl· solidos et ·xv· solidos Barchinone de Olivariis. Dimito domui Sanctarum Crucum illos ·iii· solidos, minus ·ii· denarios, quos mihi facit Guillelma de Turre, de uno orto, qui est secus domum infirmorum.

Actum est ·ix· kalenas novembris anno Domini ·M^o.CC^o.XI^o.

Sig+num Guillemi de Olivariis, sig+num Iohannis de Rocheta, sig+num Petri Raimundi de Podio, sig+num Terreni, sig+num Petri de Ribera, qui hoc fecimus scribere testibusque firmari.

Sig+num Michaelis Ferrarii de Spelunca. Sig+num Raimundi de Crassa. Sig+num Arnalli, filii Petri de Olivariis. Testes.

Bernardus de Tapiis, presbiter, qui hoc scripsit mandato G<uillelmi> de Turre Rubea et hoc (signe) fecit.

Berengarius de Crea hoc (signe) impressit.

Sig+num Arnaldi, presbiteri.

516

1211, desembre, 28

Berenguer d'Erill, bisbe de Lleida, amb el consentiment del Capítol de la seu, concedeix a Bernat d'Àger, com a abat del monestir de Santa Maria de Santes Creus, la meitat de la dècima que el cenobi està obligat a pagar a l'església lleidatana per les possessions que té a Lleida i al seu terme. El monestir haurà de continuar donant a l'Església de Lleida anualment l'altra meitat.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2775, núm. 12. Original.

Ad cunctorun perveniat noticiam quod nos, Berengarius Dei gratia, Ylerdensis episcopus, cum consilio, assensu et voluntate tocius Ylerdensis capituli, intuitu pietatis et misericordie ac pro remedio animarum nostrarum, per nos et successores nostros, damus et perpetuo concedimus domino Deo et gloriose Virgini Marie, matri sue, et monasterio de Sanctis Crucibus et tibi B<ernardo>, eiusdem monasterii abbati, et universo conventui, medietatem decimarum omnium possessionum, quas modo habeatis et possideatis et vestris propriis sumptibus et expenssis excolitis in civitate Ylerda et in omnibus terminis suis. Aliam, vero, medietatem nobis et ecclesie Ylerdensis fideliter reddi et dare facietis semper sine contradictione. Nulli igitur hominum liceat hanc prefatam donacionem a nobis et capitulo prefato monasterio factam infringere vel ausu temerario contrahere, immo semper ratam et firmam volumus permanere.

Quod est actum ·v^o· kalendas ianuarii anno Christi ·M^o·CC^o·XI^o·.

Sig+num Berengarii, Hilerdensis episcopi. Sig+num ·SS· Petri de Cubelle, prioris. Sig·SS·num Guillelmi de Siscar, Benascene archidiaconi. Sig+num Maurini, archidiaconi Terrachone. Sig+num magistri Petri de Malobosca, precentoris ecclesie Ylerdensis. Sig+num Arnaldi de Lileto, prepositi Iohannis de Sigriano. Sig·SS·num Guillelmi de Balidis, archidiaconi Ripacurce. Sig(signe)num Poncii de Villamur, canonici Ylerdensis. Ego Geraldus de Caceola, Ylerdensis canonicus, subscribo ·SSS·. Signum B<erengarius> Opiz, operarii Ylerdensis sedis. Sig+num Andree. [Sig]+num Petri de Tedeniano, Ylerdensis canonici.

Guillelmus de Cubelle, domini sui B<erengarii> Ylerdensis episcopi, notarius hoc scripsit et hoc (signe) fecit.

517

1212, març, 5

Donació que fan Guillema de Castellvell i el seu fill Guillem de Montcada d'un sester d'ordi anual bo i net dels delmes de Rodonyà, i d'una mitgera d'ordi, que anualment reben de lloçol del mas de Comalonga, al terme de Castellví de la Marca. També confirmen la donació d'aquest mas que Guillem d'Aguiló als monjos pel sosteniment de l'església del monestir.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2775, núm. 13. Original.

In Dei nomine. Notum sit cunctis hominibus quod ego, domina Guillelma de Castro Vetulo et filius meus Guillelmus de Monte Chatano, pro salute animarum nostrarum et omnium parentorum nostrorum, necnon et omnium fidelium defunctorum, damus et concedimus domino Deo et operi monasterii Sanctarum Crucum, annuatim omni tempore, unum sextarium boni ordei ac recipientis, quod sextarium annuatim detur in decimali nostro de Rodenano sine omni dilatione. Item etiam damus et concedimus prefato operi ecclesie de Sanctis Crucibus unam migeriam ordei, quam pro locech annuati recipiebamus in manso de Cumba Longa, qui est in termino Castri Vetuli, extremum Marchie, quod mansum Guillelmus de Aquilone operi ecclesie de Sanctis Crucibus dedit. Laudamus etiam et concedimus donationem ipsius mansi, quam prefatus Guillelmus de Aquilone operi ecclesie fecit. Siquis vero hoc frangere voluerit non valeat, set firmum et stabile permaneat omni tempore. Item etiam damus prefato operi omne ius nostrum decimarum, quod habemus vel habere debemus in prefato manso, quo prefatus Guillelmus de Aquilone dedit operi ecclesie Sanctarum Crucum integre et planarie sine omni nostro nostrorumque retentu.

Quod est actum ·III^o. nonas marcii anno Domini ·M^o.CC^o.XL·.

Sig+num domine Guillelme de Castro Vetulo, qui hoc laudo, firmo et concedo testibusque firmare rogo.

Sig+num Eimirici de Epinles. Sig+num Petri de Pena Forte. Sig+num <>.¹

(Armes dels Montcada) Guillelmus de Monte Catano.

Frater Guillelmus Petri, qui hoc scripsit et hoc (signe) signum fecit.

1. S'ha omès el nom.

1212, març, 15

Ramon Pellicer i la seva esposa Ermessenda, per la salvació de la seva ànima, de la dels seus pares i de la de tots els fidels difunts, donen al monestir de Santes Creus les cases que tenen al burg de Barcelona, a la Cort Comtal. Ramon imposa la condició que, quan ell vulgui, sense dot, pugui entrar al cenobi com a monjo sense cap impediment.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2775, núm. 14. Original.

Notum sit cunctis quod ego Raimundus Pelliparius et uxor mea Ermesendis, pro remedio animarum nostrarum nostrorumque parentum et omnium fidelium defunctorum, damus et offerimus et in presenti tradimus domino Deo et doumui Sanctis Crucibus ipsas nostras domos, cum solis et suprapositis et cum curtallo et cum introitibus et exitibus suis, quas nos habemus in burgo Barchinone, in loco vocato ad Curtem Com<i>talem. Et^l terminatur ab oriente in carrerio de Merdansa, a meridie in alodio Sanctis Crucibus, ab occiduo et a circii in orto Guillelmi de Riera. Sicut ab istis terminis concluditur et terminatur, sic damus dictas domos et curtallum, cum solis et suprapositis predictae domui et suis fratribus ad habendum et possidendum omni tempore et ad faciendum ibi vel exinde quicquid facere voluerit sine ullo nostro nostrorumque retentu. Et de nostro iure in suum tradimus dominium et postestatem ad omnes suas voluntates. Et modo vel in antea ullo caliditatis ingenio contra hanc cartam non veniamus neque venire possimus. Et qualicumque ora ego Raimundus Pelliparius voluero accipere abitum vestrum recipiatis me sine ullo avere et possim esse fratrem illius domus. Siquis hoc fregerit in duplo componat et insuper maneat firmum.

Actum est hoc idus marcii anno Domini ·M·CC·XI·.

Sig+num Raimundi Pelliparii, sig+num Ermesendis, uxoris eius, sig+num Raimundi, filii eorum, qui hoc laudamus et firmamus.

Sig+num Iohannis de Perelollo. Sig+num Raimundi de Salfores. Sig+num Vitalis de Faro.

·SSS· Stephani, subdiaconi, qui hoc scripsit, cum literis dampnatis in linea ·X^a·, die et anno quo supra.

1. Interlineat: et.

519

1212, octubre, 21

Bernat d'Àger, abat de Santes Creus, Ramon de Rifar, prior, i Ramon, cellerer major, reconeixen a Guerau de Caçola, canonge de Lleida, que amb els seus diners el monestir va comprar les cases de Pere Calui, situades a la parròquia de Sant Llorenç, i una vinya a Pere de Girona a la coma de Sant Hilari, propera a la ciutat. Una vegada fet aquest reconeixement, Guerau de Caçola ho lliura tot al monestir, les cases, la vinya i els rèdits però es guarda per a ell l'usdefruit. Quan mori vol que dels rèdits, a l'hora de la missa i dels oficis divins, cremin totes les candeles que calguin a l'altar de l'església de Santes Creus.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2775, núm. 15. Original. Carta partida per ABC. Malmès a la part superior esquerra.

Notum [sit] cunctis ho[mini]bus quod ego Bernardus, abbas de Sanctis Crucibus, et nos Raimundus, prior, et R[aimun]dus, cell[era]rius et omnis conventus dicti monasterii, fatemur et recognosci[mus] [tibi] Geraldo de Caceola Ylerdensi canonico, nos, tuo nomine emisse et de tua peccunia illas domos que fuerint Petri Calui, que sunt in Bladera Ylerde, in parrochia Sancti L[auren]tii, et quandam vineam, quam emimus a Petro de Geronda in cumba Sancti Ylarii, secus Ylerdam, in nostro honore. Scilicet ego, siquidem dictus Geraldus de Caceola, ad honorem Dei et gloriose Virginis Marie, pro salute anime mee, dono et offero et concedo vobis dictis et vestris successoribus et monasterio de Sanctis Crucibus in perpetuum dictas domos et vineam et redditus earum cum omnibus suis pertinenciis, retento tamen usufructu earum in diebus meis tantum. Post obitum vero meum volo et mando quod de redditibus et fructibus earum ardeant candelae ad missas et ad celebranda divina officia dum habundaverint, set in presenti mitto et trado possessionem et dominium predicto abbati et conventui de Sanctis Crucibus domorum et vinee predictarum, salvo tamen meo violario.

Quod est actum ·XII· kalendas novembris anno Domini ·M·CC·duodecimo.

Sig+num Bernardi, abbatis de Sanctis Crucibus. Sig+num fratris Raimundi, prioris. Sig+num fratris Raimundi cellerarii maioris. Signum ·SS· fratris B. de Tarrega. Ego frater Bertrandus, subscribo.

Ego Geraldus de Caceola Ylerdensis canonicus, hoc supradicta signo meo confirmo ·SSS·

Sig(signe)num Arnaldi Boneti qui hoc scripsit.

1212, octubre, 23

Concòrdia entre els cosins Ramon d'Albareda i Pere d'Albareda. Ramon cedeix a Pere la meitat de la propietat d'Albareda, situada al castell de Foix i ha heretat del seu oncle Guillem d'Albareda, a canvi de rebre cent deu sous barcelonesos.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2775, núm. 16. Original.

Sit notum cunctis quod ego Raimundus de Albareta, per [me] et per omnes meos,¹ venio ad bonam finem et ad bonam concordiam cum Petro de Albareta consanguineo meo de illo honore que conquiror de Guillelmi de Albareta, avunculo meo, in tali modo que tu abeas medietatem et ego aliam medietatem modo et in perpetuum, cum exiis et regressiis. Et sicut est terminatur et fexuriatum. Et est hoc factum in presentia² Arnaldi de Guardiola, senior nostri et Guillelmi Adalberti, operarii Sanctarum Crucum, et aliorum proborum hominum. Accipio a te pro hac definitione ·C·X· solidos denarios bone monete Barchinone curribilis. Et est manifestum. Et est hoc in comitatu Barchinone, in termino castri de Fodex, in loco vocato de Albareta. Siquis hoc fregerit in duplo componat et postea firmum permaneat.

Actum est hoc ·X· kalendas novembris anno Domini ·M^o·CC^o·XII^o.

Sig+num Ramon d'Albareda, qui hoc laudo et firmo.

Sig+num Arnaldi de Guardiola, sig+num E<rmessendis>, uxoris eis, sig+num R<aimundi> de Ficols, sig+num G. Salanio, huius rei testium.

Sig+num fratris Guillelmi Adalberti, operarius.

Guillelmus, levita, qui hoc scripsit cum literis suprapositis in linea prima, die et anno quo (signe) supra.

1. *Interlineat: per me et per omnes meos.* 2. *Repetit: in presencia.*

1212, octubre, 25

Testament de Pere de Tudela pel qual deixa a Santes Creus mil sous.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2775, núm. 17. Original.

Quia nullus in carne positus evadere potest periculum mortis. Idcirco ego, Petrus de Todela, pleno sensu et plena memoria, facio meum testamentum et eligo manumissores meos, scilicet, dominum abbatem de Sanctis Crucibus et fratrem Arnaldum de Lobeola, quibus precipio et plenam potestatem concedo ut si mors mihi evenerit ab hac infirmitate, ipsi distribuant omnes res meas mobiles et immobiles, sicuti in hoc¹ testamento invenerint scriptum. In primis dimitto corpus et animam meam domino Deo et Beate Virgini Marie de Sanctis Crucibus. Dimitto etiam monasterio de Sanctis Crucibus omnem domicaturam meam, quam habeo in chastro de Fores, cum ingressibus et regressibus suis et cum affrontationibus,

sicuti sonat in carta, quam olim feci eidem monasterio; que dominicatura dicitur de Albi. Dimitto etiam ecclesie de Fores ·xx· solidos. Dimitto etiam Guillelmo de Todela et Berengario de Todela, fratribus meis, chastrum de Fores ·i^a·, videlicet, ut habeant ipsum per medium, exceptis placitis, exorchias et intestaciones et devesa, que omnia dimitto fratri meo B. de Todela. Preterea precipio G. de Todela et B. fratri meo ut ipsi persolvant et in presenti tradant manumissoribus meis duo milia et ·D· solidos Barchinonensium, ex quibus dimitto² monasterio de Sanctis Crucibus mille solidos. Dimitto etiam filiis meis Poncio et Petro alios mille, unicuique quingentos. Alii vero quingenti sint soluti et paccati Guillelmo de Pulcro Loco. Si autem quod absit G. de Todela et B. fratres mei noluerint solvere predictos duo milia ·D· solidos teneant et habeant manumissores mei et tamen et tamdiu possideant omnes exitus dicti chastri de Fores, usque dum sit paccati de predictis mille solidis. Similiter teneant et possideant totum ab integriter usque dum mille alii habeant predicti filii mei. Dimitto etiam Barberanum, filium meum, domino Deo et Sancto Petro de Riudebirles, cum omnem honorem de Chabra, quem teneo pro prefato monasterio, ·i^a· plane, et tali conditione ut prior et fratres dicti loci faciant eum doceri et nutriant, videlicet, dum perveniat ad virilem etatem et tunc tradant habitum monachilem, quod si facere noluerint habeat ipse predictum honorem. Dimitto ei insuper ·i· asinum quem habeant predicti fratres de Riudebirles. Dimitto ei insuper ·i· faragenal, que est subtus chastrum de Fores, cum omnibus affrontationibus suis. Dimitto etiam filiis meis Poncio et Petro illam sortem terre, que est fundata iuxta dominicaturam Berengarii de Todela fratris mei et illam sortem terre de hera, cum hera que est iuxta³ honorem Petri Hermengaldi et Berengarii Ferrarii. Preterea dimitto predictis fillis meis Poncio et Petro totum fornum, ab integriter ·I· plane ut habeant eum per medium. Dimitto etiam Barberano, filio meo, illa dimidiam quarteram ordeï, quam facit mihi Martinus de Marras. Dimitto etiam ·II· tones et ·i· barril predictis filiis meis, scilicet, Barberano et Poncio et Petro ·i^a·, ut habeant ea per tercium et omnia similiter bascola domus mee habeant per tercium. Dimitto etiam domui Sanctarum Crucum ·i^a· tonam maiorem et ·i· barril et ·i^a· soladora et ·i· cub, ·i^a· plane ut fratres dicti monasterii solvant ·C· solidos, quos debeo Petro Bocafreda, quod si noluerint habeat super terras B. de Todela predicta vexela et solvat predictos ·C· solidos. Precipio etiam ut G. de Todela et B., fratres mei, solvant quinque quarteras ordeï, quas debeo G. de Vilar, et Berengario Ferer ·II· migeres. Relinquo, etiam,

predicti filii mei Barberanum, scilicet, et Poncium et Petrum in posse et proteccionem et defensionem domini regis et G. de Todela et Berengarii de Todela, fratris mei, pro bonnu et non pro malo.

Quod est actum ·VIII^o. kalendas novembris anno Domini ·M^o.CC^o.XII^o.

Sig+num Petri de Todela, qui hoc laudo et firmo testibusque firmari rogo.

Sig+num Berengarii de Todela. Sig+num fratris Arnaldi de Lobeola. Sig+num Bertrandi de Richer. Sig+num Petri Guerre.

Signum ·SSS· fratris Bernardi de Tarrega, qui hoc testamentum fideliter scripsit cum litteris suprapositis in linea ubi dicitur hec et in linea ubi dicitur manumissores mei, mandato tamen Petri de Todela.

1. *Interlineat: hoc.* 2. *Hi posa: dimimito.* 3. *Repetit: iusta.*

522

1213, abril, 18

Ponç de Santa Fe dóna a Santes Creus, en mans de l'abat Bernat d'Àger, tot el cens i el domini de les cases de Tàrrega que havien pertangut a Ramon d'Anglesola. A la vegada, confirma i aprova la donació que va fer al monestir de Santes Creus Sibil·la d'Arbeca.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2775, núm. 18. Original.

In Dei nomine. Notum sit omnibus hominibus quod ego Poncius de Sancti Fide, per me et per omnes meos, pro salute anime mee et omnium parentum meorum, dono, laudo et concedo atque in perpetuum deffinio domino Deo et beate Marie et monasterio de Sanctis Crucibus et tibi Bernardo, abbati, et fratribus eiusdem loci, presentibus et futuriis, omne ius et censum et dominium quod ego habeo vel aliquo modo habere debeo in illis domibus, que fuerint Raimundi de Angularia, que sunt in castro de Tarrega. Et affrontant ex una parte in domibus et in orto Arnaldi Pilie, de alia in orto qui fuit Petri Rosselli, de terciã in domibus Alegreti de Biliãna, de quarta vero parte in via publica. Quantum predictæ affrontaciones includunt et iste termini ambiunt, sic dono et concedo prefatum censum et ius atque dominium iam dicto monasterio per meos omnes et per me per secula cuncta, sine omni meo meorumque retentu ut melius dici et intelligi potest ad omnem utilitatem et profectum prefati monasterii et fratrum presentium et futurorum.

Item laudo et concedo et firmo omnem illam donationem, quam domina Sibilia de Arbecha, olim, fecit prefato monasterio de prefatis domibus sine aliquo meo meorumque retentu.

Quod est actum ·XIII· kalendas madii, anno Domini ·M^o·CC^o·XIII^o·.

Sig+num Poncii de Sancta Fide, qui hoc laudo, firmo et concedo testibusque firmare rogo.

Sig+num Petri Surdi. Sig+num Raimundi de Conchabela, huius rei testes.

Frater Guillelmus Petri, qui hoc scripsit et hoc (signe) signum fecit iussu Poncii de Sancta Fide.

523

1213, juny, 25

Testament d'Elisenda de Queralt pel qual mana ser enterrada a Santes Creus. Deixa al cenobi el delme d'Avinyonet i si el seu marit, Berenguer de Queralt, no ho permet s'obliga amb les rendes de Font-rubí i de Queralt a la satisfacció de la mateixa quantitat del delme atorgat als monjos.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2775, núm. 19. Original. El final del document, on hi figura [±], és il·legible.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Elixendis de Queralt, uxor Berengarii de Queralt, pleno sensu et plena memoria, facio meum testamentum et eligo manumissores meos Berengarium de Queralt, dominum et maritum meum, et Raimundum de Barberano et Arnaldum de Miralles, quos rogo humiliter et in remissionem peccatorum eis inuingo ut ipsi distribuunt omnes meas res, mobiles et immobiles, sicut inferius invenerint ordinatum. In primis dimitto corpus meum sepeliendum in monasterio de Sanctis Crucibus, cui monasterio dimitto pro remedio peccatorum meorum et omnium fidelium defunctorum illud decimum de Avinione, quod Berengarius de Queralt, dominus meus, et maritus, donavit mihi et vendidit, ut habeat dictum monasterium et teneat et possideat sine impedimento alicuius hominis, quod admodum ego illud habeo et teneo et in carta donationis et emptionis mee continetur, ad faciendum inde omnes suas voluntates in perpetuum et sicut melius dici vel intelligi potest, ad utilitatem eidem monasterium, non obstante vel inpediente aliquo iure divino vel humano scripto vel non scripto, huic nostre donatores vel alie sive aliis inferius scriptis. Et dimitto eidem

monasterio mansum de Avellano, qui est in comitatu Barchinone, in terminis castri de Fontis Rubei, sicut illum comparavi a Petro de Montgrivi, sicut in carta emptionis resonat, ut idem monasterium habeat et possideat potenter et privatice omni tempore, ad salutem et remedium anime mee et parentum meorum et omnium fidelium defunctorum. Item dimitto eidem monasterio omnes res meas mobiles, frumentum, ordeum sive aliud genus annone, vinum et vasa vinarum et panos, bestias et omnia alia quecumque sint mobilia utricumque locorum sub tali conditione quod abbas et fratres eiusdem monasterii persolvant inde debita mea et helemosinas que inferi sunt expressa. In primis dimitto Deo et sancte Marie Virgini et monasterio Vallbone ·ccc· solidos Barchinone. Dimitto Geralde, nepti mee, filie Raimunde Roveira, quingentos solidos Barchinone et eidem Raimunde de Zaroveira ·cc· solidos. Item dimitto quendam puerum nutrendi nomine Muntanola in monasterium de Sanctis Crucibus, usque ad etatem ·xviii· annorum, et si voluerit recipere habitum religionis, abbas et fratres recipiant eum, si vero noluerit recipere habitum, donent ei ·cc· solidos Barchinone, si antea non fuerit hereditatus, si hereditatem habuerit non dentur ei ·cc· solidos. Item dimitto quendam nutritum meum, qui est debile, eidem monasterio ut nutriatur ibi pro amore Dei. Item dimitto cuidam nutricato meo ·cc· solidos. Item mando abbati et fratribus quod persolvant ·ccc·xx·ii· solidos, quos iniuste habui adversis hominibus, sicut continetur in carta, in qua sunt expresse res quas habui iniuste et summatim precium expressum est in ea, quam omne davi prioris Sanctis Crucibus reservandam et de istius ·ccc·xxii· solidos, quod ego iniuste habui quinquaginta, quod ego habuero solutum, non persolvat monasterium. Pretera volo et mando quod monasterium de Sanctis Crucibus teneatur persolvere omnia que superius sunt expressa, nisi ego totum vel partem persolveri, antequam obieri quod nisi totum vel partem persolveri, antequam dictus, quod si ego persolveam nisi teneatur monasterium persolvere. Item ad maiorem securitatem et profectum anime mee et monasterii de Sanctis Crucibus, si forte dominus et maritus meus, Berengarius de Queralt vel alius homo vel femina impediret vel obstrueret ut monasterium de Sanctis Crucibus non posset habere res superius scriptas, obligo eidem monasterio omnes redditus castrorum Fontis Rubei et Cheralti, ut habeat et possideat libere et in pace sine impedimento et contradicto alicuius persone sicut ego habeo et possideo et in cartis meis resonat. Donec omnia, quod superius sunt expressa, plenarie sint completa, levatis missionibus et expensis, quas ad monasterium

fecerit pro his omnibus et per ea. Item dimitto domino meo et marito meo, Berengario de Cheralt, castrum Fontis Rubei in omni vita sua, excepto manso que dimisi domui de Sanctis Crucibus ut possideat et teneat in omni vita sua, ita sicut melius dici vel intelligi potest, ad suam utilitate. Post obitum, vero, suum dimitto illud castrum, cum omnibus suis pertinenciis, fratri meo R<aimundo> Alamanni et suis in perpetuum ad faciendis omnes voluntates suas inde suorumque excepti manso, quod dimisi dicto monasterio de Sanctis Crucibus. Item dimitto domino meo et marito Berengario de Queralt mille morabetinos, quos habeo per pignus super castrum de Queralt, sicut melius ibi habeo vel habere debeo in omni vita sua sine vinculo alicuius. Post obitum suum, dimitto quingentos morabetinos R<aimundo> Alaman et suis in perpetuum, ut faciat ex ille quicquid voluerit. Et dimitto, de ille mille, quadringentos domui de Sanctis Crucibus, et de ille quadringentis donent .c. morabetinos inter captivos redimendos et pauperes verecundantibus, et alii .c. morabetinos dimitto Sancte Marie Vallis Bone. Et de istis morabetinis mille prius sint per solutis illis de Sanctis Crucibus et Valle Bone et accipiant expleta castrum Muno quoque in solutione anno. Postea Raimundus Alamanni accipiat similiter in solutione expleta et nihil pro lucro. Preterea mando Berengario de Queralt domino meo et marito, ut donet .cc. solidos Bertrando Sancti Petri et nihil aliud et Raimundo de Vila Franca .C. solidos et nihil aliud si tunc vivi extiterint et Dei habebam serracenos vel^l alios captivos ut tunc esset absoluti et alfore omnes et esset traditi fratribus de Sanctis Crucibus et ipsi traderent eos fratribus [...] cum .v. morabetinos et ducent eos in vita sua. Et siquis contra hoc testamentum venerit supradicta in duplo componat.

Actum est hoc .VII. kalendas iulii anno ab Incarnatione Domini .M.CC.XIII.

Sig+num Elicsendis de Queralt, qui hoc testamentum fecit et testes firmare rogavit.

Sig+num Berengarii de Queralt. Sig+num Arnaldi de Miralles. Sig+num Raimundi de Barberanos. Et isti sunt manumissores.

Sig+num Bernardi Montis Reiale. Sig+num Guillelmi Montis Reale. Sig+num Arnaldi de Olo. Sig+num Bernardi de Miralles. Sig+num Bertrandi de Tornamira. Et isti sunt testes.

Sig+num Deodati, qui scripsit die et anno quo supra (signe).

Sig+num Bertrandi Montis Reiale. Sig+num G<uillelmi> de Montis Reiale. Sig+num B<ernardi> de Miralles. Sig+num Bertrandi de Tornamira.

Dominos Berengarii de Orpi multos que valuit ·vi· solidos habui ·lvii· de Orpi vel Penna Freita, de habera(?) ·xl·i· solidos et duos porcs et trada ·i· [...] solidos de Orset Montis Acuti et alium ·i· Calveti de Penedes ·xxx· solidos et ·i· par bovum. Divars ·xl· solidos et ·i· equa, qui [...]. De ipsis ·lxxv· solidis et asina ·i· [±5] de Fonollet ·lxx· solidos hoc totum [±4] fuit ablatum [±5] consilio meo.

1. *Segueix repetit: sarracenos vel.*

524

1213, desembre, 12

Venda que fa Ramon Ricart i la seva muller al monestir de Santes Creus d'una peça de terra amb la vinya situada al mas Ricart de la quadra de Vallmoll, al terme del castell d'Olèrdola per trescents sous barcelonesos, moneda en curs. El preu de la venda és satisfet per Pere Mulet el qual la treballarà mentre visqui. A la seva mort passarà a Santes Creus.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2775, núm. 20. Original.

Notum sit cunctis quod ego, Raimundus Ricardus, et uxor mea, Benencasa, per nos et nostros, vendimus et concedimus domino Deo et domui Sanctarum Crucum et suis successoribus omni tempore in manu Petri Muleti, unam peciam de terra, cum una vinea tenente cum ea, infra tenedonem sui mansi de Ricardis, circa quadram de Valle Molli, in Penitensi, in termino castris de Olerdula, que ab oriente terminantur vinea et campus in honore A. Poncii et vineas Ferrarii Ricardi, a meridie in vinea A. Poncii et in vineis domini regis, ab occiduo in via publica et in parietibus mansi^l. Hunc quoque campum et predictam vineam terminis istis conclusam vendimus et concedimus predictae domui et suis omni tempore, cum introitibus et exitibus omnibusque suis pertinentiis, de nostroque dominio et posse in posse et dominium prefate domus et suorum tradimus et transferimus ad habendum, tenendum omnique tempore possidendum et expletandum et ad omnia que ibi vel inde facere voluerint et ad omnes voluntates prefate domus et suorum inde vel ibi faciendas ut melius dici et intelligi potest, ad salvamentum et commodum sepedicte domus et suorum. Accepimus pro precio huius vendicionis, ab utraque parte placibili, trescentos solidos denariorum Barchinone, istius bone monete nove curribilis, cuius valet marcha

argenti ·XLIII· solidos, quos corporaliter recepimus per manum Petri Muleti. Et si ultra hoc precium predictus honor et vinea valet vel valebit totum illud damus et diffinimos predicte domui et suis omni tempore ob remedium animarum nostrarum et parentum nostrorum, absque aliquo nostro nostrorumque retentu unde omni excepcioni non numerate pecunie omnique iuri et rationi legum et consuetudinum et omni ocasioni inganni quod contra predictam domum possemus introducere. Prorsus renunciamus promittentes prefate domui nos esse semper guarentes et deffensores huius vendicionis, imprehensum est inter venditores et dictum P<etrum> Muleti et iam dictam domum, quod ipse Petrus Muleti et uxor sua Barcelona teneant, possideant et expletent omnibus diebus vite sue hanc empcionem et post obitum eorum solvatur iam dicte domui.

Actum est hoc ·II· idus decembris, anno Domini ·M^o.CC^o.XIII^o.

Sig+num Raimundi Ricardi, qui hoc concedo et firmo. Sig+num Benencase, eius uxoris, que hoc concedo et firmo et etiam iuro per Deum supra sancta quatuor Evangelia hanc vendicionem firmiter observare et nunquam aliquo caso contravenire.

Sig+num Ugeti, sig+num Marie, sig+num Raimundi, sig+num Raimunde, filiorum et filiarum earum, qui hoc concedimus et firmamus.

Sig+num Berengarii Macellarii. Sig+num Petri de Colle. Sig+num G. Seguer.

Sig(signe)num Raimundi de Podio, qui hoc firmo, salvo iure meo.

Iacobus, levita, qui hoc scripsit precepto R<aimundo> de Podio, clerici de Villa Franca, cum literis suprapositis in ·VIII^a· linea et ·IIII^a·, die et anno quo (signe) supra.

1. Interlineat: et in parietibus mansi.

1214, març, 6

Sentència arbitral pronunciada per Guillem de Calçarenys, lloctinent del castlà Guillem de Font-rubí, sobre el litigi que Santes Creus mantenia amb B. Llopart, per dos camps de terra, plantats d'oliveres, al terme del castell de Font-rubí.

[A]: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2776, núm. 1. Trasllat (*Hoc est translatum quod ab originali suo per*

alfabetum diviso est translaturum) fet per Berenguer dez Canos el 31 de gener de 1214 (Frater Berengarius dez Canos, hoc translaturum scripsit et hoc sig(signum) fecit .II. kalendas ianuarii).

Cum siquidem litigium fuit inter fratrem G<uillaume> Adalbertum, operarium Sanctarum Crucum, et ex adverso B. Lopardum, in potestate, videlicet, Guillelmi de Calzareins, tenentis locum Guillelmi Fontis Rubei, castlane, super quendam honorem, quem dictus operarius asserit esse iuris operis Sanctarum Crucum, voce cuiusdam donacionis G<uillelmi> de Aquilone, econtrario B. Lopard respondit illud ignorare, immo asserebat quendam campum superiorem, cum olivaria tenere per castlanos Fontis Rubei per tenedonem cuiusdam masiate de domibus, alium, vero, iusanum per dicta operariam Sanctarum Crucum ad quintum et nunquam dedisse oleum illud censuale, que operarius repetebat, demum A. de Coll, clericus et B. Sancti Vincencii, iudices constituti in hac causa, visis et auditis omnibus allegacionibus atestacionibusque de iure, pronunciaverunt campum iusanum tenere B. Lopard per operarium Sanctarum Crucum ad quintum; possessionem vero superioris campi, cum olivaria ibi sita, assignamus predicte operarie et Guillelmo Adalberto, operarii, reservata tamen omni questione castlanis et dominis Fontis Rubei de principali proprietate, set B. Lopardus restituat fructus perceptos a tempore litis contestate, retenta expensa culture et cure.

Actum est hoc .II. nonas marcii anno Domini .M.CC.XIII.

Sig+num G. de Calzareins, baiuli Guillelmi Fontis Rubei.
Sig+num B. Sancti Vicencii.

(*signe*) Sit versiculus iudicii titulus Arnaldus que ita signat de Colle, levita.

526

1214, maig, 15

Testament de Mateu Teixidor. S'ofereixen, ell i el seu fill Berenguer, amb tots els seus béns mobles i immobles —cases i vinyes— que posseeix al terme de Montblanc i a altres llocs, al monestir de Santes Creus. Aquesta donació la fa amb la condició que el seu fill, quan tingui plena edat per vestir l'hàbit de convers, ho pugui fer. I si no se sent atret per la vida piadosa, el monestir li haurà de donar dos-cents sous, que s'hauran de sostreure del valor de l'oblació.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2776, núm. 2. Original.

Quoniam nemo scit quid sibi futurum. Idcirco in Christi nomine ego, Matheus Textor, sanus et incolumis et in pleno meo sensu et memoria bona et integra, facio meum testamentum, in quo ego metipse¹ ordino et distribuo omnia mea mobilia et immobilia. In primis offero et dono domino Deo et beate Marie et monasterio de Sanctis Crucibus me ipsum et filium meum Berengarium omnibus rebus meis mobilibus et immobilibus, scilicet, cum vineis et domibus et aliis rebus meis, quas habeo vel habere debeo in villa et in termino Montis Albi, vel aliis locis utricumque sunt. Hec vero predicta omnia et singula dono et offero domino Deo et beate semper Virgini Marie et predicto monasterio ob remissionem omnium peccatorum nostrorum et omnium fidelium defunctorum, sicut habetur et plenius continetur in omnibus meis instrumentis, que modo in presenti corporaliter dicto monasterio trado et transfero et, ut melius potest dici vel sanius intelligi, predictam oblacionem dono atque concedo et nunc et in perpetuum trado ad utilitatem et profectum dicti monasterii, sine omni malo ingenio remotis omni dolo et fraude. Tali vero condicione et pacto predictam oblacionem dicto monasterio dono et offero, quod si dictus filius meus Berengarius, cum fuerit plenarie etatis occupiendi habitum monachi sive conversi, exigente diabolo forte quod absit habitum dictum noluerit accipere, dono et assigno ei pro parte et hereditate paterna sive materna vel alia qualibet voce vel racione, que potest dici vel nominari, ducentos solidos Barchinonensis, quos teneatur ei persolvere dictum monasterium super predicta oblacione.

Actum est hoc idus maii anno Domini ·M^o·CC^o·XIII^o.

Sig+num Mathei, qui hoc laudo et firmo testesque firmare rogo. Sig+num Berengarii, filii eius. Sig+num Berengarii de Villa Francha. Sig+num Petri de Nabiners. Sig+num Raimundi Regis. Sig+num Benavent, filie eiusdem Mathei, que hoc totum laudo² et firmo.

Petrus de Abet, subdiachonus, qui hoc scripsit et in ·III^a· linea dampnavit et ·XIX^a· rasit et emendavit, precepto Berengarii de Tarrega.

1. *Segueix ratllat:* ordino et distribuo. 2. *Raspat:* hoc totum laudo.

527

1214, maig, 16

Guillema de Castellnou i el seu fill Berenguer venen, per cent vint sous barcelonesos, al monestir de Santes Creus i al seu abat Bernat d'Ager, el delme del pa, del vi i d'altres productes, que els monjos estan obligats a satisfer-los, en totes les terres i pertinences que el cenobi posseeix al terme de Tàrrega i a les seves quadres.

[A]: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2776, núm. 3. Trasllat (*Hoc est translatum fideliter factum*) fet per fra Guillem de Tarragona, el 21 de setembre de 1256 (*Frater G. de Terrachona hoc translatum scripsit et hoc sig(signe)num fecit ·XI· kalendas octobris anno Domini ·M^oCC^oL· sexto*).

Notum sit cunctis quod ego Guillelma de Castellnou et filius meus Berengarius, nos in simul, quisque nostrum per se in solidum, per nos et per omnes meos, cum bono animo promtaque voluntate et sine vi, in presenti vendimus, concedimus, remittimus, in perpetuum, tibi Bernardo, abbati Sanctarum Crucum et fratri B. de Villa Nova et ad omnem conventum eiusdem monasterii, presentem et futurum, scilicet, omnem decimum de pane et de vino et de aliis rebus, quem domum Sanctarum Crucum, quod est in villa de Tarrega nobis et nostris facit et facere debet et in antea fecerit quocumque modo ex omni honore, quem dictam domum modo habet in termino Targe et in quadris dicte ville Targe, pertinentibus et de omni illo honore, quem ab hac die in antea adquirere potuerit, ratione omptionis, acaptationis vel aliquo modo. Ex toto vendimus vobis et vestris decimum, sicuti nobis pertinet et pertinere debet et in antea nobis pertinuerit, cum omni iure nostro, dominio et potestate, ita ut melius habemus et habere debemus, ita ut melius dici vel intelligi potest ad comodum animarum et salvamentum absque ulla retentione nostra et nostrorum, sine dolo et fraude, sic vendimus vobis et vestris pro precio ·c·xx· solidos Barchinonensis, bone monete nove, quos omnes a vobis accepimus, de quibus bene paccati sumus, et fuimus nostre nostrorumque voluntati. Et ideo renunciamus exceptioni non numerate peccunie et doli. Et si hec venditio plus valet vel in ant[ea] valebat ab hoc precio, totum vobis et vestris damus, con[ced]imus et remittimus in perpetuum irrevocabiliter et sic de nostro nostrumque posse ius et dominium omnia ab[st]raimur in vestrum posse ius et dominium in tenedonem, et possessionem vestram mittimus ad habendum, possidendum absque

vestro vestrorumque enguanno ad omnes vestras vestrorumque voluntates in perpetuo faciendas absque nostro retentu et nostrorum. Renunciamus in hoc facto omni auxilio legum, decretorum, usaticorum et nove preceptionis et constitutionis nobis et nostris in hoc facto nominatibus et hanc renuntiationem in hac pagina firmamus et nos et nostri convenimus vobis et vestris facere bonam et legalem guirentiam contra omnes personas et faciamus tenere et habere pacifice et sine ulla contrarietate in perpetuum franchum et liberum ad bonam fidem et sine dolo.

Quod est actum ·X·VII· kalendas iunii anno Domini ·M^o·CC^o·XIII·.

Sig+num Guillelme de Castelnou. Sig+num Berengarii, filii eius. Nos hoc scribi iussimus, firmamus testesque firmare rogamus.

Sig+num P<etri> de Tarrega. Sig+num Raymundeti, filii eius. Sig+num G. de Tarrega. Sig+num A. Surdi, fratri eius. Nos similiter hoc concedimus, laudamus in perpetuum firmiter stare faciamus.

Sig+num P<etri> de Lorach. Sig+num R. F. Sig+num A. de Lorenz. Sig+num B. Calbet. Sig+num Gombaldi. Isti sunt testes huius rei.

Sig+num Guillelma, uxor¹ Petri de Tarrega. Sig+num G. [Gui]merani.

Guillelmus, presbiter hoc scripsit et hoc signum impressit (signe) die et anno.

1. Guillelme, uxoris.

528

1214, agost, 24

Donació alodial que Bertran d'Anguera i la seva muller Guillelma, espontàniament, fan, a l'abat Bernat d'Àger i al monestir de Santes Creus, de l'honor de Torrevella —amb tots els drets i pertinences—, situada a Sant Gallard, al terme del castell de Santa Coloma de Queralt.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2776, núm. 4. Original. Tacat de tinta.

In Dei nomine. Notum sit omnibus hominibus quod ego Bertrandus de Anguera et uxor mea Guillelma, in simul, per nos et per omnes nostros, bonis animis spontaneisque voluntatibus, damus et in perpetuum irrevocabiliter, offerimus domino Deo et beate Marie et venerabili monasterio de Sanctis [Crucibus]¹ illum honorem nostrum, heremum et populatum, quem habemus ad Turrem Veterem,

in termino Sancte Columbe, iuxta Senil Galard. Et affrontat ab oriente in flumine Gaiani et in torrente de Fontanals, a meridie in termino de Pontils et in Dominico Dalmacii de Timor, ab occidente in termino de Figuerola, a parte vero circii in via que exiit de Senil Galard et tendit ad Guillelmon. Quantum predicte [affronta]ciones² includunt et isti termini ambiunt, sic damus prefatum honorem iam dicto monasterio de Sanctis Crucibus et omnibus fratribus eiusdem, presentibus et futuris, de celo usque in abissum, cum omnibus suis pertinenciis, terris, scilicet, vineis, mansis et mansionibus, arboribus, tocius cuiuslibet generis, garricis, ruviris, montibus et planis cultis et incultis, aquis, pratis, pascuis, fontibus, terminis, affrontacionibus, intro[itibus]³ et exitibus, omnibusque suis aiacenciis feudis, alodiis, hominibus, mulieribus, ibi stantibus vel staturis, censibus, usaticis, ademprivis, iovis, questis, traginis, usaticis, placitis et etiam cum omnibus illiis scriptis vel non scriptis, que aliquo modo possunt dici vel intelligi, que ad utilitatem possunt evenire iam dicti monasterii, sine aliquo nostro nostrorumque retentu. Et cum hoc presenti instrumento de nostro iure et dominio prefatum honorem eccimus et in ius et dominium monasterii de Sanctis Crucibus et fratrum mittimus per proprium alo[dium]⁴ franchum et liberum, ad dandum, vendendum, impignorandum et ad quicquid [modo]⁵ vol[uerint]⁶ [fa]ciendum, sine aliquo nostro nostrorumque retentu.

Quod est actum ·VIII· kalendas septembris anno Domini ·M^o·CC^o·XIII^o·.

Sig+num Bertrandi de Anguera. Sig+num Guillelme, uxoris eius. Nos, ambo, qui hoc per nos et per omnes nostros laudamus et firmamus testibusque firmare rogamus.

Sig+num Primi. Sig+num Bertrandi de za Rocha. Sig+num Alioni. Sig+num Martini.

Frater Guillelmus Petri, qui hoc scripsit et hoc (signe) signum fecit.

1. Raspat. 2. Taca de tinta. 3. Taca de tinta. 4. Tinta esvanida. 5. Tinta esvanida. 6. Tinta esvanida.

1214, setembre, 1

Sança de Llobera, per ella i pels seus successors, fa donació a Santes Creus del mas que per ella té Berenguer Ponç de Vicfred,

consistent en terres i vinyes, conreades o bé ermes, cases i casals i horts amb tot el que hi ha. El possessor del mas ha de lliurar al monestir, anualment, el dia de Nadal, deu sous de cens i una mitgera de blat, d'ordi i de civada tercenca, segons mesura de Calaf.

- A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2776, núm. 5. Original.
- B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2776, núm. 6. *Trasllat (Hoc est translatum bene et fideliter sumptum a quodam publico instrumento sano et integro non viciato non cancellato nec in aliqua sui parte suspecto, scilicet, omni prorsus vicio et suspitione carente, cuius tenor de verbo ad verbum nichil addito nichilque remoto sequitur et est talis) fet per fra Joan Salvador, el 15 de març de 1493 (Sig(signe)num mei ffratris Iohannis Salvatoris, monachi prenominati Sanctarum Crucum monasterii, apostolica, imperiali et regia auctoritatibus notarii publici, qui huiusmodi translatum a predicto originali suo omni prorsus vicio et suspicione carente fideli abstractum scribi, feci et cum eodem de verbo ad verbum nichil addito nichilque remoto veridice correxi et comprobavi, et mandato reverendi domini abbatis eiusdem monasterii clausi die, videlicet, .xv. mensis marcii anno Domini .M^o.cccc^o.lxxxiii^o. Constat autem de suppraposis in secunda linea ubi dicitur et in .vi^a. et in .x^a), testimoniat pels notaris de Bellpuig d'Anglesola, Bartomeu Arrufat, i Antoni Saludes, de Cervera (Sig(signe)num mei Bartholomei Arrufat, presbiteri ville Pulcripodii Angularie, auctoritate apostolica notarii publici, huiusmodi transumptis testis. Sig(signe)num mei Anthonii Saludes ville de Cervarie, auctoritate regia notarii publici huiusmodi translati testis).*
- C: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2776, núm. 7. Còpia del trasllat anterior, núm. 6.

In Christi nomine. Ego domina Sancia de Lobera, per me et per omnes successores meos, bono animo ac gratuita voluntate, dono et concedo et trado in perpetuum domino Deo et beate Marie et tibi Bernardi, abbatis, et omni conventu domui Sanctarum Crucum, videlicet, illum mansum, quem hodie tenet et habet Berengario de Poncio de Becco Frigido. Id sunt terris et vineis et case, casalia et ortis, ortalia et heremum et cultivatum et cum omnia in se habentibus de abisso usque in nubes. Omnia integriter, quem ibi habeo in iam dictum mansum et habere debeo, aliquo modo vel ratione, et capio, et dominacio, etiam senioraticum et omnem ius et accionem, et ut melius et utilius, dici vel intelligi potest, ad bonum et ad utilitatem vestram omnem hec supradictum mansum in hominibus et in feminabus et omnia et in omnibus, et cum hac presenti carta de meo proprio iure ac dominio et ius et in tenedonem ac possessionem vestram tradimus, transfero et mutavi quomodo ibi habeo franchum et liberum et quietum, ad omnes vestras voluntates faciendas nunc et in perpetuum sine omni retinimento et absque vinculo et contrarietate alicuius hominis vel femine, et

etiam sine vestro vestrorumque enganno in secula seculorum. Et hoc totum integritur dono et concedo propter remedium et salutem anime mee et parentum meorum, et pro salute anime mee donet ipsum mansum et hominibus et feminabus, qui ibi stataturi sunt vel fuerint omni tempore pro unoquoque annum pro censu ·x· solidis Barchinone, bone monete, censuales et una migeria tritici et ordeum et cibaria tercench ad mensuram Chalapf, annuatim Natale Domini supradicta domui Sanctarum Crucum et omni congregatione. Et convenio vobis et dictam domui bana fide et sine omni enganno que ibi aliquid non tangant nec tangeri faciam [ei] si nam non capiant nec capere faciam ultra vestram voluntatem. Et convenio inde legalem guirentem et defensorem contra cunctos homines er feminabus.

Quod est actum kalendas septembreis anno Domini ·M^o·CC^o·XIII^o·.

Sig+num domine Sancie de Lobera, qui hoc fecit scribere et firmavit et testes firmare rogavit.

Sig+num Bernardi de Lupricato, sig+num Iohanni Guilabert, sig+num Arnaldi de za Serra de Bec Fred, huius rei testes sunt.

Alegretus, presbiter, qui hoc scripsit, cum die et anno quo supra (signe) posita et cum litteris dam<p>natis et supra positis in linea ·VII· et ·XII^a· et ·X^a·.

530

1215, maig, 23

Ramon de Cervera atorga als monjos de Santes Creus permís per a comprar lliurement béns a la vila de Cervera.

[A]: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2776, núm. 8. Trasllat fet per Pere de Copons, monjo, el 15 de maig de 1248 (*Ego frater Petrus de Copons hoc translatum fecit idus madii anno Domini ·M^o·CC^o·XL^o·VIII^o· et hoc (signe) fecit.*)

Notum sit cunctis tam presentibus quam futuris quod ego Raimundus de Cervaria, ob remedium anime mee et omnium parentum meorum, dono et concedo domino Deo et beate Marie Virgini et venerabili monasterio de Sanctis Crucibus et omnibus ibi habitantibus atque futuris omne quod potuerint acquirere in villa de Cervaria vel eius terminus suis. Qualicumque modo potuerint acquirere donacione nobilium et innobilium vel emptione vel aliqua racione, laudo et concedo sine enganno et sine ulla retencione, quod ego deinceps nec aliquis propter me meorumque possimus contra-

dicere, impedire vel aliquid inde demandare aliqua ius vel racione et quod nulla lex contra istam cartam possit invenire.

Hoc fuit factum anno Domini ·M^o·CC^o·XV^o, ·X· kalendas iunii.

Sig+num Raimundi de Cervaria, qui hoc laudo et dono testibusque firmari precipit.

Sig+num Dalmau de Timor. Sig+num Tornerii. Sig+num Berengarii de Sancta Columba.

Sig+num fratris Iocelmi, monachi, qui hoc scripsit cum literis suprapositis in linea [...] ubi dicitur modo, die et anno quo supra.

531

1215, juny, 5

Berenguer Hortolà dona tres cases de Montblanc, properes a la font, que afronten amb la de Pelegrí, amb ell mateix, amb el camí i amb Savartés, amb la condició que mentre la seva mare visqui en serà senyora forta i potent i quan mori el monestir en podrà prendre possessió. També pacta amb l'abat que quan ell vulgui entrar com a donat o convers al monestir l'haurà d'acceptar.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2776, núm. 9. Original.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2776, núm. 10. Trasllat de 25 de setembre de 1234 (*Hoc est translatum fideliter factum ·VII· kalendas octobris anno Domini ·M^o·CC^o·XXX^o. quarto*) fet per Bernat Marçal (*Ego Bernardus Marcialis, hoc translatum fideliter scripsi cum literis suprapositis in ·VII^a· linea, ubi dicitur inde et hoc (signe) fecit*). Del trasllat en són testimonis fra Berenguer de la Mora i B. d'Olivar (*Sig+num fratris Bernardi de za Mora. Sig+num fratris B. de Olivar*).

Notum sit cunctis quod ego, Berengarius Ortolanus, per me ac per omnes meos, dono redemp[cione] anime mee et omnium parentum meorum, domino Deo et gloriose Virginis Marie et vobis Bernardo, Sanctarum Crucum abbati, atque omni conventui ipsius loci, presenti et futuro, tres domos, cum suis solaris, quas habeo in villa de Montis Albi, iuxta fontem. Que domus affrontant ex una parte in Peregrino, de alia in me datore, de terciã in via, de quarta in Savartes. Quantum ab his includitur affrontationibus, sic dono vobis et vestris, cum ingressibus et regressibus et cum omnibus sibi iure pertinentibus, ut melius dici vel intelligi potest, ad vestram vestrorumque utilitatem, franchas et liberas sine omni ingenio, in

tali modo quod, domina mater mea in omnibus diebus vite sue sit inde domina et potentissima; post obitum eius sint sine omni retentu de dicto monasterio. Vero si interim ego voluero accipere habitum religionis illius, cum meis vestibus, tantummodo me accipiatis in monacho et ego faciam eas vobis solvere a matre mea et ab universis aliis personis. Et de hoc contra omnes personas dicto monasterio et conventui guirentem esse convenio. Remota in omnibus omni fraude et dolo.

Quod est actum nonas iunii anno Domini ·M^o·CC^o·XV^o.

Berengarius Ortolanus hoc (signe) fecit et qui hoc iussit scribi et firmari.

Sig+num Petri de Termenes. Sig+num Raimundi de Copons. Testes.

Petrus de Secura, acolitus, qui hoc scripsit precepto B. de Tarrega et hoc (signe) fecit.

532

1215, agost, 18

Guillem de Montalbà, en sufragi de la seva ànima, de la dels seus pares i la de tots els cristians, dóna, a perpetuïtat, a Bernat d'Àger, abat de Santes Creus, i a tot el convent de germans del monestir, una peça de terra que té al coll d'Altet, al terme del castell de Tàrrega, que va heretar del seu difunt cosí Berenguer Roig, i tot el que hi ha en una altra peça de terra, de la qual rep un cens de deu sous de Guillem de Bellpuig. Aquesta donació la fa perquè quan ell decideixi abandonar el segle i entrar com a monjo a Santes Creus, sigui acceptat. Si no hagués professat mana que quan mori, sigui on sigui, el portin al monestir per ser-hi sebollit com un monjo més de la comunitat. Posa la condició que el monestir ho rebrà tot l'endemà del seu traspàs, mentrestant reté l'usdefruit, i s'obliga que l'abat rebí anualment, el dia de Nadal, dos sous barcelonesos i una mitgera de blat.

[A]: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2776, núm. 11. Trasllat de 13 d'octubre de 1231 (*Hoc est translatum fideliter translatum anno Domini ·M^o·CC^o·XXX^o·I^o, ·III· idus octobris, cuius series sic habetur*) fet per fra G. prevere (*Ego frater G. presbiter, hoc translatum fideliter translavi et hoc signum feci (signe)*), actuen com a testimonis fra Guillem Pere i fra A. de Gatell (*Sig(signe)num mei fratris Guillelmi Petri. Sig(signe)num mei fratris A. de Gatello*). Utilitzarem aquest per a la transcripció, comparant-lo amb el núm. 12.

C: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2776, núm. 12. Trasllat de 2 de febrer de 1234 (*Hoc est translatum fideliter factum .iiii. nonas februarii anno Domini .M.ccc.xxx.iii.*) fet per fra Berenguer Dezcanos (*Frater Berengarius dez Canos, hoc translatum scripsit et hoc sig(signe)num fecit die et anno prefixi.*)

Notum sit cunctis quod ego, Guillelmus de Monte Albano per me et per omnes meos, bono animo promtaque voluntate, dono et in perpetuum concedo domino Deo et beate Marie Sanctarum Crucum et tibi Bernardo,¹ abbati, et ad omni conventui dicti monasterii, presenti et futuro, in redempcione anime mee et consanguineorum meorum atque omnium fidelium christianorum, scilicet, quemdam peciam terre, quem habeo et habere debeo in termino Targe, ad collum quod vocatur de Altet, que mihi advenit racione consanguinei mei Berengarii Rubei, qui fuit olim, que affrontat de prima parte in carraria² que tendit ad Alted, de secunda et de tercia in Bernardo³ Calbet, de quarta vero parte in Arnaldo Oromir. Et item dono et in perpetuum concedo omne illud quod habeo et habere debeo quocumque modo in alia pecia censuali in qua accipit G. de Pulcro Loco et sui .x. solidos censuales que se tenet cum ista predicta sorte. Totum hoc prescriptum, sicut superius dicitur, cum introitibus et exitibus et expletis, sicut mihi pertinet et pertinere debet quocumque modo, dono dicti monasterii ad omni conventui presenti et futuro bona fide et sine fraude ad omnes vestras vestrorumque voluntates faciendas in perpetuo post obitum meum. Tali modo facio hanc donacionem ut quandocumque voluero relinquere seculum et abitum vestrum recipere, accipiatis me tanquam monachum et fratrem vestrum et induatis me et habeam vobiscum illud que mihi necesse fuerit sicut unus ex monachis prephati monasterii, et si forte quod absit obiero in seculo absque abitu⁴ vestro ubicumque sim faciatis me duci ad monasterium et preparatis sepulturam meam, sicut pertinet in ordine vestro. Et post diem obitus mei aut quando ero indutus vestimenta vestra ad relinquendum seculum tunc statim prescriptum donum habeatis sicut superius dicitur, set quam hoc retineo in vita mea propter agnicionem et afirmacionem istius donacionis, convenio dare censum annuatim dum hoc prescriptum retineam, scilicet, in festivitibus Natalis Domini .II. solidos Barchinonensis, et in tempore messis unam migeriam annone ex ipso quod Deus dederis in pecia terre prescripta bona fide et sine dolo.

Quod est actum .xv. kalendas septembris anno Domini .M^o.cc. quintodecimo.⁵

Sig+num Guillelmi⁶ de Montalbano, qui hoc scribere iuusi firmavi testesque firmare rogavi.

Sig+num Iohannis Fuster. Sig+num Guillelmo⁷ de Pulcro Loco. Ego Bernardus,⁸ presbiter, qui hoc feci (signe). Sig+num Bernardi⁹ Calbet. Sig+num G. Bord. Testium.

Bernardus, presbiter, hoc scripsit et hoc signum impressit (signe) die et anno.

1. C: B. 2. C: carera. 3. C: B. 4. C: habitu. 5. C: ·XV·. 6. C: G.
7. C: G. 8. C: B. 9. C: B.

533

1215, agost

Testament de Pere de Tàrrega. Designa marmessors de les seves darreres voluntats Guillem de Cervera, l'abat de Poblet, Arnau de Filella, i el seu germà Berenguer. Mana ser enterrat al monestir que va construir a Santa Maria de la Bovera, i li lliga i confirma tot allò que li va donar a Tàrrega, Verdú i en altres llocs. Deixa a Poblet vint mitgeres de blat anuals que rep de Verdú per donació de Guillem de Cervera. També deixa a son germà Berenguer tot el que té a Tàrrega i al seu terme, més l'honor que té per G. d'Anglesola. Tot això entre altres donacions.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2776, núm. 13. Original. En algunes parts del pergami la lletra està mig esborrada.

In Christi nomine. Ego Petrus de Tarrega, sanus et incolumis, in mea plena memoria et integro sensu, facio meum testamentum, et omnium rerum mearum, plenam ordinationem in quo, videlicet, testamento eligo, secundum morem terre, manumissores dominum meum G<uillelmum> de Cervaria, et dompnum A<rnaldum>, abbatem Populeti, ac dilectum fratrem meum Berengarium, quos deprecor omnes res divide secundum subscripturam ordinationem, si me mori contigerit antequam aliud faciam testamentum. In primis itaque dimitto animam meam et corpus ad sepeliendum domino Deo et monasterio Sancte Marie de Bovera, quod ego construxi, et dimitto eidem per redemptionem anime mee ac parentum meorum totum quod ei dedi in Tarrega et in Verduno, aliisque locis, videlicet, in Tarrega molendinum de Pallo et vineam Guillelmi Garrufarii et vineam Arnaldi de Tarrega et alodium de Podio Cunil et domos et census de Villa Nova de Verduno atque unam caballariam et domos et campum de Rocaforti. Dimitto monasterio Populeti ·xx· migerias annone censuales, quas habeo in Verduno ex donatione Guillelmi de Cervaria. Dimitto fratri meo Berengario, totum quod habeo et

habere debeo in Tarrega et in suis terminis, exceptis predictis laporis¹ et totum honorem quam teneo per G. de Angularia, exceptis tribus hominibus Vile Nove et uno molendino Pulcri Podii, quem dimitto B. nepoti meo. Quod si ipse Berengarius sine legitima prole obierit, totum quod ei dimitto [recipiatur] Arsendi, nepti mea, uxori Petri de Alteto et filiis eius, exceptis domicaturis Planis et omnibus censibus pernacarum et donariorum et gallinarum que ubicumque sint [recipiatur] monasterio Sancte Marie Bovere. Dimitto Petro de Ragadello ·ccc· solidos in quibus persolvatur debitum quod ei debeo. Relinquo etiam Raimundello ·xv· solidos et Arnaldete ·C· solidos et Cardoneta ·xxx· solidos et Pereto ·xx· solidos, quos omnes solidos predictarum Laxarum persolvat prenominatus frater meus Berengarius. Quem eciam Berengarium cum om[nib]usque ei [relin]quo subtus protectioni et defensionis domini mei G. de Cervaria.

[Ac]tum est hoc mense Augusti anno Domini Incarnationis ·M^o·CC^o·XV^o·.

Sig+num Petri de Tarrega, qui hoc scribi et firmavit testesque et manumissores firmare rogavit.

Sig+ num G<uillelmi> de Cervaria. Sig+num fratris Arnaldi>, abbatis Populeti. Sig+num fratris A. Carbonel. Sig+num fratris Petri de Concabella. Ego frater G. de Palmerola. Testis.

Ego frater Petrus, sacrista Populeti, qui hoc mense et anno prefixis scripsi et hoc signum + faci.

1. laboris?

534

1215, setembre, 28

Testament de Guillem Ramon de Montcada, vescomte de Bearn, fet abans d'anar en pelegrinatge a Roma. Mana ésser enterrat a Santes Creus en el cas de morir a Catalunya o Aragó. Deixa als monjos una mula i els masos de Galliners i d'Oliveres.

[A]: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2776, núm. 14. Traslat (Hoc est translatum fideliter factum) fet per fra Berenguer Dezcános, el dia 18 d'octubre de 1230 (Frater Berengarius Dezcános hoc testamentum translatavit et hoc sig[signe]num fecit ·XIII· kalendas octobris, cum literis rasis et emendatis in ·XII· linea ubi dicitur cum melioratione quam ibi facere potuerit tali et cum dictione suprascripta in ·XXX·I· linea ubi dicitur solidos et cum litera suprascripta in ·XXXVIII· linea qui dicitur G., anno Domini ·M^oCC^o·XXX^o·).

Quoniam nullus in carne positus mortis periculum evadere potest. Idcirco ego, Guillelmus Raimundi de Monte Katano, Dei gratia vicecomes Bearnii, pergens ad limina beatorum apostolorum Petri et Pauli, sanus et incolumis in meo pleno sensu et sana memoria facio testamentum meum et dispositionem omnium mearum rerum mobilium et immobilium utricumque ea habeo et eligo manumissores meos, videlicet, dominum B<ernardum>, abbatem de Sanctis Crucibus et G<erallum> de Cervilione et Bernardum de Menleu et R<aimundum> de Tornamira et Petrum de Sancta Eugenia et Bernardum de Scintillis et Bernardum de Pulcro Loco de Canovis et Raimundum de Talamancha et Petrum de Montserrat et Arnaldum de Favars et Bernardum de Abbacia, quibus rogando precipio ut si mihi mori contigerit antequam aliud testamentum faciant et ita distribuant omnia bona mea sicuti hic scriptum invenerint. In primis dimitto corpus meum ad sepeliendum monasterio de Sanctis Crucibus, si in regno Aragone vel in Cataulania obiero, et si in Guaschonia, Sancte Marie de Oloro, nisi vivus habitum religionis susciperem. Dimitto etiam monasterio de Sanctis Crucibus mulum quodam optimum et mansum de Galineriis cum suis pertinentiis apud Sanctum Marcialem et mansum de Olivaria apud Sanctum Marcialem et mansus quam tenet R<aimundus> de Roveriis, apud Sanctum Minat, post obitum Guillelme, uxoris mee, quod in eius sponsalicio est. Dimitto etiam dicto monasterio meum molendinum apud Montem Katanum in quo fratres Vallis Lauree molere solent de constitucione predecessorum meorum. Adhuc dimitto dicto loco mansum Bernardi Martini et mansum Berengarii Girberti apud Sanctum Marcialem et trecentos aureos bonos in penso et in auro in nostris excedendis vel emendis. Constituo ut due lampade ardeant iugiter ante altare Sancte Marie Montis Katani, quibus asigno ·xxx· solidos censuales annuatim in nundinis Montis Katani et sine cesse fuerit ex illis ·xxx· solidis detur ·xv· solidos in apparatu ecclesie ad tempus et ex aliis ·xv· solidos una lampea ardeat continue. Dimitto Sancto Cucufati mansum de Faio apud Sanctum Marcialem. Et dimitto Sancte Marie Stagni kastrum de Montanola, cum dominicatura et omnibus suis per-tinenciis sine aliquo retentu ut ibi constituatur ibi unus sacerdos. Dimitto ecclesie de Vicco quintanum in quo est macellum ut recipiat et habeat liberum et absolutum in perpetuum cum melioracione quam ibi facere potuerit, tali pacto, ut inde ardeat candela die ac no<c>te continue coram altari ecclesie Rotunde Sancte Marie in perpetuum. Dimitto ecclesie Sancti Petri de Vico ·c· solidos in redditibus castrorum de Tona et

de Torelion. Et ecclesie Barchinone ·c· solidos, ecclesie sedis Gerunde ·c· solidos, Sancte Maria Rivipollensis ·c· solidos, monasterio Valle Bone ·d· solidos et dimito monasterio dez Pedregal ·ccc· solidos, Sancte Marie de Montserrat mansum Petri de Torrozellis apud Vacherizes ut inde semper habeat unde lampea ardeat ante eius altare. Dimito Sancte Marie de Amer mansum Berengarii Petri et mansum Berengarii de Sacrera, qui sunt in termino de Baschano et in eodem termino dimito domui Milicie Templi mansum Petri Guillelmi et unum equm vel centum aureos. Dimito Sancto Petri de Abbatesis ·i· morabetinum super mansum illum de quo cartam fieri eis propsui et mansum de Podio Sorigi apud Sanctum Minatum. Dimito Hospitali Iherusalemi equm unum vel ·c· morabetinos et omnem armaturam meam ligni et ferri corporis et equi et dimito eidem Hospitali castrum de Sancto Minato quod habeo per alodium cum omnibus terminis, feudis et affrontacionibus suis et cum omnibus in ipso castro ad me pertinentibus, preter illa que dictis monasteriis donavi in quibus omnino nichil habeat Hospitale, et quod predictum castrum de sponsalicio est uxoris mee, Guillelme, filius meus Guillelmus donet ei commutationem de alio honore suo si ipsa voluerit vel partem congruentem pecunie que ei debetur, secundum cartam sponsalicii sui fratres, autem Hospitale antequam predictum castrum accipiant et redimant de suo proprio molendinum et mansos quos dono domui de Sanctis Crucibus et alia molendina mea in Monte Katano usque ad ·d· morabetinos et sic predictum castrum de Sancto Minato habeant et possidant in perpetuum in iugero autem magistro Hospitale et fratribus ut ipsi fideliter se intromitant et de liberatione honoris mei inpignorati, cum consilio et auxilio manumissororum meorum ipsis vero fratribus Hospitalis rogando iniungo ut sint solliciti de salute anime universaliter per totum ordine suum sicut et ego maiorem helemosinam quam ceteris ille constituo sic nec desistant inpendere consilium et auxilium in solutione debitorum meorum, donec omnes possessiones a debitis sint absolute et in hoc maiorem habeant potestatem quam ceteri manumissores. Omnes autem alios honores quos dimito ecclesiis et monasteriis ad salutem anime mee et omnium parentum meorum atque omnium fidelium defunctorum extraheant manumissores mei de pignore prout melius potuerint de expletis reliqui honoris mei. Dimito, dono atque concedo omnia legata et leixes que Gasto, frater meus, vicecomes de Bearn, dimisit pro anima sua locis religiosis. Dimito Sancte Marie Oloro in Guaschonia illam dominacionem quam iam tradidi episcopo eiusdem sedis precipiens Guillelmo Bruno ut

per nos dictam donacionem trado et tantum amplius quo possit sacerdos semper unus sustentari qui cotidie celebret. Dimito Sancte Marie de Lescar ·M· solidos Morlane et monasterio Salvelate ·D· solidos Morlane, Sancto Petro de Generes ·ccc· solidos Morlane, a Luc ·cc· solidos Morlane, Sancto Iohanni de Sordoa ·ccc· solidos Morlane, Sancte Marie de Munisam ·M· solidos Morlane pro helemosina et restitutione que ibi fui cum exitibus, exceptis ille, ergo, que a me donata vel constituta sunt. Dimito Guillelmo de Monte Katano, filio meo, omnia mea bona, scilicet, totum honorem sive terram meam quam habeo vel aliqua ratione hebere debeo in toto regno Aragone et in¹ comitatu Barchinone sive in vicecomintatu de Bearn et in vicecomitatu de Guavarda et de Brules et in aliis locis Guaschonie. Volo tamen et mando donet a Almurs, sorori sue, Guillelmus, filius meus, quinque milia solidorum de Morlane et Navarre, filie mee, tria milia solidos Morlane et Navarre, matri eius duo milia solidos Morlane et idem G<uillelmus>, filius meus, solvat dicte Navarre ·M·D· solidos Morlane, quos mihi manulevavit et usuras, si quas pro eius solvit trado et mito in manu et in potestate Guillelmi, legitimi filii mei, Berengarium, R<aimundum>, et Guillelmum et Bernardum, filios meos naturales, rogans affectione paterna liberalitate suam ut Dei amore et mei et fraterne dilectionis vinculo eis diligat, beneficiat eis in terris et in honoribus et in peccuniis. Rogo etiam ipsum et rogando ei precipio a Guillelmo de Cervilione solvat ·M·M· auros, que missiones et expensis pro me multas fecit. Dico adhuc filio meo, dicto G. et mando ea firmitate qua possui ut omnia debita mea fideliter et plenarie omnes leixas meas sine obstaculo et dilacione persolvat. Debita tamen de quibus pignora tenentur tamen teneant qui tenent quo usque plenarie eis suam pecuniam persolvat. Qui vero pignora non tenent set cartis vel iuramento vel fidancia eis tenor vel certum erit aliquod debitum me debere plenarie persolvat et hoc ei precipio paterna preceptione. Quod si fecerit, gratiam Dei omnipotentis et nostram semper obtineat et si facere contempserit, Dei omnipotentis iram et omnium sanctorum et iram semper incurrat. Et ego G<uillelmus> R<aimundus> vicecomes in Bearno supplex, rogo ut possum domini comite Pictavensem qui modo rex Anglie detur omnia iuncta G<uillelmo>, filio meo in Guaschonia faciat adimplere. Eadem modo rogo dominum regem Aragone quod omnia iniuncta Guillelmo, filio meo faciat adimplere et si in aliquo resisteret G. dictus vel alius heredes in dicta hereditate mea successurus legalitate sua et potestate cogant eum omnia predicta fideliter adimplere. Dimito

Guillelme, uxori mee, sponsalicium suum liberum et absolutum sicut habetur in carta qua mihi habet, habeat etiam ·D· morabetinos in vico de Millet, quos ei debebum nam alios ·D· retineo pro eo quod castrum de Matarone obstulere mihi ipsa et amici eius quo habebam ·D· morabetinos qui mihi pro ipsa debebantur, set faciendum quod si filius meus Guillelmus obierit sine infante legitimo, Oto, nepos meus, habeat hereditatem per eum et si Oto nepos meus habeat hereditate post eum et si Oto non reliquerit heredem legitimum succedat ei Yspanus, frater eius, et si Yspanus obierit sine legitimo masculo sorores sique fuerint habeant hereditatem de Bearn et R. de Monte Katano habeat hereditatem comitatus Barchinone et si obierit sine legitima prole Guillelmus Raimundi frater eius habeat ipsa hereditatem hec omnia faciendaa comito supradictis monumissoribus meis per fide quam in illis habeo et quam ipsi mihi debent secundum dictum ut omnia diligenter faciant iuxta quod hic constituo. Omnia in qua fiant cum consilio et arbitrio G. de Cervilione, curam de Bearn, Geraldii Comito, episcopo de <O>loro et episcopo de Lescar et curie de Bearn, Curam de Ausona commito Bernardo de Menleu et Raimundo de Tornamira et Petro de Sancta Eugenia et B. Baroti, curam de Valletersi, B. de Pulcro Loco de Canovis, R. de Talamancha et Petro de Sancto Minato et Petro de Castleril. In Gerundensi provideant Guilalbert de Cruiles et A. de Favars et B. de Albarca. Super omnia autem rogo dominum rege Aragone et dominum comitem Pictavensem et eorum successores ut semper manteneant et foveant successores meos pro liberalitate magnificencie eorum et propter Dei amore.

Actum est hoc ·III· kalendas anno Domini ·M^oCC^o·XV^o.

Sig+num Guillelmi R<aimundi>, vicecomitis de Bearn, qui hoc laudo et frimo testesque firmare rogo.

Sig+num fratris Petri, prioris de Sanctis Crucibus. Frater Bernardus, qui hoc scripsit mandato domini G<uillelmi> R<aimundi> et cum literis rasis et emendatis in octava linea et hoc (signe) fecit die et anno quo supra.

Sig+num Guillelmi de Cervilione. Sig+num Bernardi de Scintillis. Sig+num Petri de Sancta Eugenia. Sig+num Petri de Sancto Minato. Sig+num Petri de Castlaril. Raimundus de Menleu, firmo +. Sig+num Bernardi Barutini (signe). Supradicti firmatores promiserunt si G<uillelmus> R<aimundi> discederet antequam aliud testamentum faceret presens testamentum se iuratuos.

1. *Segueix: reg, deixat per error del copista.*

535

1215, octubre, 8

Venda de les cases de Montblanc que fan Guillem de Fornells i la seva esposa Berenguera a favor de Ramon de Burguera i la seva esposa Guillema.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2776, núm. 15. Original.

Notum sit cunctis quod ego Guillelmus de Fornels et coniux mea Berengaria, quisque nostrum pro toto per nos et nostros, vendimus vobis Raimundo de Burgera et uxori vestre Guillelme et vestris quandam domum in villa Montis Albi per ·xx· solidos Barchinonensis unde bene paccati sumus vestre voluntati, sicut affrontat de una parte in Iohanni Mercer, de alia in B. de Sancto Ienesio, de tercia in P<etri> Mercerio, de quarta in via. Sicut affrontatur et terminatur, sic vendimus vobis et vestris, cum ingressibus et exitibus suis et cum omne iure et profecti et cum omnibus melioramentis, que ibi facere poteris, ex abisso usque in celum, sicut melius dici vel intelligi potest, tali modo quod in uno quo festo sancti Micheli septembris inde tributum faciatis Petro Iohanni et suis ·v· solidos Barchinone et ibi non eligatis alium dominum nisi eum et suos succedores. Et de vendicione et pignore, faticha ·x· dierum in eis exigatis et guirentes inde vobis esse convenimus contra omnes personas perhenniter. Ego predicta Berengaria relinquens omnem consuetudinem nove legis ac veteri, tactis corporaliter Sacrosanctis Evangeliiis promitens quo non veniam contra hanc cartam racione exovariis vel sponsalicii nec in aliqua persona per me venire faciam. Sic Deus me adiuvet et hec sancta quatuor Evangelia Dei.

Actum est hoc ·viii· idus octobris anno Domini ·M·CC·XV·.

Sig+num Guillelmi de Fornels, sig+num Berengarie, qui hoc iussimus scribi et firmari.

Sig+num Petri Ugonis. Sig+num Bernardi Tornes.

Berengarius Ortolanus, hoc scripsit precepto B. de Tarrega et hoc (signe) fecit.

536

1215, novembre, 3

Maria Flequera ven a l'abat Pere i al monestir de Santes Creus l'hort, veí a la casa del monestir, que té pel mateix convent a la quadra de Vilafranca del Penedès per la quantitat de trenta sous, diner de Barcelona, equivalents a quaranta-tres sous de plata.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2776, núm. 17. Original.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2776, núm. 16. Trasllat (*Hoc est translatum fideliter factum*) fet per fra Berenguer Dezcanos el 3 de desembre de 1231 (*Frater Berengarius Dezcanos, presbiter et monacho hoc translatum scripsit et hoc sig(signe)num fecit ·III^o nonas decembris et literis suprapositis in ·VI· linea ubi dicitur et transmuto, anno Domini ·M·CC·XXX·I·*).

Notum sit cunctiis quod ego, Maria Flechera, vendo et concedo domui Sanctarum Crucum et omnibus rectoribus et servientibus eiusdem domus in perpetuum ortum meum, quem habeo et teneo, pro predicta domo, in quadra de Villa Francha, qui contiguus est cum domibus Sanctarum Crucum. Sic terminatur et assignatur predictus ortus a terminis istis et affrontationibus suis et sicut ego tenebam eum pro G. Adalberti.¹ Ita, eidem domui et servientibus suis, vendo et concedo eum, cum introitibus et exitibus suis et cum omnibus eidem orto et mihi inde pertinentibus. Et de meo morumque iure et dominio atque potestate in ius et dominium atque potestatem predictae domus ipsa et suos servientes trado, transfero² et transmuto³ in corporalem possessionem predicti orti induco eam domum et mito ad habendum, tenendum et possidendum omnique tempore expletandum in pace ad omnes voluntates servientium ipsius domus faciendas absque aliqua mea mororumque retencione et exceptione. Et ego et mei semper erimus inde eidem domui et suis autores et defensores contra omnes personas et teneor inde eidem domui et suis de eviccione. Accipio enim de bonis ipsius domus per manum Petri Muleti ·xxx· solidos denariorum Barchinone, bone monete curribilis, valente marcha argenti ·XLIII· solidos, de quibus bene paccata sum. Et, si plus istius precii valet vel valere, totum dono et remito eidem domui in perpetuum ob remedium anime mee.⁴ Et quantum ad hoc omni excepcioni non numerate pecunie et dupli enganni et cuilibet alii iuri et rationi penitus renuncio.

Actum est hoc ·III^o nonas novembris anno Domini ·MCC·XV·. Sig+num Marie, predictae, que hoc concedo et firmo.

Sig+num G<uillelmi> de Segarii, sig+num Petri de Lileto, huius rei testium.

Sig(signe)num Sancii, qui hoc scripsit precepto R<aiumundo> de Podio, clerici de Villa Franca, cum literis rasis et emendatis in quarta linea et suprascriptis in tertia et octava.

1. *Interlineat: et sicut ego tenebam eum pro G. Adalberti.* 2. *Sobreposat i rectificat: trado et transfero.* 3. *B interlineat: transmuto.* 4. *Interlineat: ob remedium anime mee.*

537

1215, desembre, 16

Venda feta per Berenguer de Manresa a favor de Pere d'Oluja.

[A]: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2776, núm. 18. Trasllat de 1231 (*Hoc est translatum fideliter .III. idus decembris anno Domini .M.CC.XXXI. de quadam instrumento in quo sic se habet*) fet per B. de Baseil (*Ego B. de Baseil, presbiter subscribo, ego R<aimundi> Focaldi subscribo, ego Guillelmus de Nargone, sumus huius translati testis. Frater Petrus de Nargone hoc translatavit et hoc signum (signe) fecit.*)

Notum sit cunctis presentibus et futuris quod ego Berengario de Minorisa per me et omnes meos, bono animo cum auctoritate et testimonio huius pagine perpetuis temporibus, scienter siquidem et consulte, dono firmiter et concedo, corporaliter trado vobis Petro de Ulugia, consanguineo meo et omni vestre progeniei et cui dare vel dimittere volueritis a modo et usque in sempiternum omnem penitus meam partem et iura atque rationes sive dominium quecumque quascumque habeo et ullatenus haberi debeo tam ratione patris mei ipsius quam quolibet altero modo in omni illo honore quem pater meus Poncius de Minorisa et mater mea, defuncti, et ego similiter Raimundo de Ulugia, fratre vestro accaptavimus a dominio Sepulcri de Vicco olim in terminis Cervarie et Ville Grasse atque Bechfred cum omnibus affrontationibus et cum ingressibus suis sive melioramentibus atque pertinentiis illius et prout melius nunch pertinet et pertinere debent ullo modo sine omni nostra prorsus retentione et meorum causa retinendi dandi, vendendi et quolibet modo alienandi et etiam plenissime faciendi omnes vestras vestrorumque ibi et inde voluntates omni tempore, et sicut etiam melius et ulilius excogitari dici vel intelligi potest ad profectum et salvamentum atque utilem intellectum vestrum et vestrorum irrevocabiliter et prout firmiter continetur in carta vel cartis acquisitionis illius honoris prefati. Vos autem semper et vestri faciatis et solvatis medietatem

tocius census qui inde fieri debet pro vestra parte et Raimundus de Ulugia, frater vester et sui pro sua parte aliam residuam medietatem, sicut in instrumento vel instrumentis acquisitionis dividitur et ordinatur. Hanc autem donatinem vobis et vestris ut predicatur facio et concedo grato servicio et amore que michi fecistis et cause firme et proxime linee parentele que inter est et vos. Et pro decem solidos Barchinone bone monete, quos omnes a vobis in presenti numerando habui recepi. Renuncians exceptioni tocius occasionis et doli et nunquam amplius istam donationem prefatam ullo tempore infringere vel permittere michi liceat ulla lege vel iuro sine consuetudine vel mandato et statuto [atque] cuiuslibet rei alterius beneficio. Imo bona fide promito quod sicut melius supra in hoc scribitur instrumento faciemus semper ego mei omnem iam dictam donationem habere et tenere firmiter et pacifice possidere vobis Petro de Ulugia prefato et vestris vel quibus volueritis ad commodum vestrum et vestrorum bonam et legalem inde guirenciam perpetuo facientes vobis et vestris sine omni dampno et contrarietate vestra et vestrorum et contra omnes personas.

Factum est hoc ·xvii· kalendas ianuarii anno Domini millesimo ·cc^o. quinto decimo.

Sig+num Berengarii de Minorisa, qui hoc totum concedat firmo testesque firmare rogo.

Sig+num B. de Podio Viridi, sig+num Berengarii de Castro, sig+num Petri Am<at>i, testium.

Raimundus Focaldi, qui hoc scripsit et hoc signum (signe) composuit.

538

1215, desembre, 23

Maria, filla del difunt Pere Escanset, i el seu marit Pere de Miralpeix venen, a perpetuitat, per mil dos-cents sous barcelonesos, a Bernat Pelegrí, les cases, i l'hort a la Vilanova de Cervera, que havien pertangut a l'avi de Maria, Guillem Escanset, i que tenen en emfiteusi i a cens d'un parell de gallines pel seu senyor Ramon de Cervera. Amb aquesta venda els venedors eixugen la penyora de mil sous barcelonesos que sobre els esmentats immobles i hort a favor de Bernat Pelegrí i reben, a més, dos-cents sous en moneda corrent de Barcelona.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2776, núm. 19. Original.

Notum sit cunctis quod ego Maria, filia condam Petri Escanseti, et ego Petrus de Mirapex, maritus eius, per nos et per omnes nostros, cum hoc publico instrumento perpetum duraturo, vendimus, donamus, concedimus et corporaliter tradimus vobis Bernardo Peregrino de Cirissa et omnibus vestris aut quibus volueritis, nunc et in perpetuum, omnes illas domos integriter, cum orto sibi coniuncto, que fuerunt Guillelmi Escanseti, avi mei Marie, quas etiam habemus et tenemus per Raimundum de Cervaria in villa Cervarie, in loco vocato Villa Nova. Et affrontant ab oriente in via publica et in honore G. Balb, qui fuit, et in hospitalis Raimundi de Vergos et in domibus Berengarii de Mo<n>te Palacii, qui fui, de occiduo in domibus et in orto Petri de Balzarein, de circio in alia via publica. Quantum, igitur, et quicquid habere omnes affrontaciones includunt et ambiunt eicimus penitus adnomino et iure nostro et nostrorum et cum hoc scripto tradimus et transferimus integraliter totum integre iure emptionis vestre in dominium et ius et corporalem possessionem ac proprietatem vestram et vestrorum, cum ingressibus et egressibus et omnibus melioracionibus et structur[is] suis factis et faciendis et pertinenciis suis omnibus de celo usque in abisso sine omni exceptione et retentione nostra et nostrorum, causa habendi et possidendi, dandi et vendendi, alienandi quolibet modo et etiam causa faciendi ibi et inde omnes vestras vestrorumque perpetuo voluntates prout melius et utilius dici vel intelligi potest ad comodum vestrum et vestrorum, salvis tamen de cetero Raimundo de Cervaria et suis dua paria gallinarum censualia que annis singulis inde accepit et accipere debet. Hanc vendicionem facimus vobis et vestris pro mille solidos Barchinone, quos ibi habetis iure pignoris et pro restauracionibus et censu que inde destis et fecistis et pro .cc. solidos Barchinone publice curribilium recti quaterni, quos noviter a vobis habuimus nostris propriis manibus numerando. Et si forte plus dicto precio valet vel neque valuerit totum illud plus concedimus, diffinimus spontanei vobis et vestris omni vestre voluntati et intellectui perpetuo pro nostra pura libera et irrevocabili donacione. Convenimus itque bona fide et per firmam stipulacionem promitimus bona fide quisque nostrum pro toto quod totam prenominatam vendicionem et donacionem sicut melius hic continetur faciemus vobis et vestris et quibus mandaveritis tenere, habere et possidere sine omni diminucione et contrarietate contra omnes personas perhenniter ad utilitatem et saniolem intellectum vestrum et vestrorum. Et quantum de omnibus hiis et singulis ad nostrum velle sumus bene vestri

paccati scienter consulte et voluntarie renunciamus excepte in pecunie non numerate et doli et omni beneficio dividendi accionis et deceptonis ultra dimidiam et minoris precii et omni auxilio legis iuris consuetudinis et accionis cuiuslibet, tanquam hic specialiter enumeratis quibus contra permissa vel singula possemus punquam in aliquo adiunari vel relevari. Necnon ego Maria antedicta gratis et sine vi sub eadem renunciacione iuro tactis a me corporaliter sacrosantis bona fide promitens me nunquam contra prefata in aliquo venturam nec aliquem contrarie posseuram ratione dotis vel sponsalicii vel cuius vis rei alt[eris] consensu meo vel nomine me sciente, sic me Deus adiuvet, et hec sancta quatuor Evangelia coram posita.

Factum est hoc ·x· kalendas ianuarii anno Domini ·M^o.CC^o.XV^o.

Sig+num Marie, predicte, iurate, sig+num Petri de Mirapex, mariti eius, qui hoc totum firmamus testesque firmare rogamus.

Sig+num G. Scafini, sig+num G. Oromir, sig+num Vitalis Zabata, testium.

Guillelmo de Nargone, qui hoc scripsit et hoc signum (signe) fecit, cum raso et emendato in ·xv^a· linea in loco ubi dicitur mille, die et anno quo supra.

1216, gener, 15

Guillem de Montalbà, per ell i pels seus, lliurement i a perpetuïtat dóna al monestir de Santa Maria de Santes Creus, en presència de l'abat Bernat d'Àger, un corral que té a Tàrrega perquè hi puguin construir cases, més el cens de divuit diners i tot el domini que té sobre les cases de Pons Garreta. Aquesta donació la fa perquè els monjos hi facin el que vulguin, i si no hi volen bastir cases o no desitgen canviar o alienar la propietat, podran gaudir del seu cens mentre visqui i quan mori tot passarà amb els drets a Santes Creus. Alhora, també confirma la donació, que d'antuvi havia fet a favor dels monjos, d'una peça de terra al terme de Tàrrega, al camí que va a Altet, i la donació dels drets d'un cens de deu sous anual, que rep de Guillem de Bell-lloc, sobre una altra peça de terra. Per aquesta donació prega a l'abat de Santes Creus que, en cas de sol·licitar-ho, sigui admès com a monjo de la comunitat, i si mor sense haver fet la professió monacal

sigui sebolliit al cementiri de Santes Creus, tret que la regla monacal no disposi el contrari.

- A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2777, núm. 1. Original.
- B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2777, núm. 2. Trasllat de 17 d'agost de 1239 (*Hoc est translatum fideliter translataum .XVI. kalendas septembris anno Domini .M.CC.XXX. nono, cuius series sic ordinatur*) fet per fra Guillem Riquer ((*signe*) *fratris Guillelmi Richerii qui hoc fideliter translatauit*).

Notum sit cunctis quod ego Guillelmus de Monte Albano, per me et per omnes meos, bono et spontanea voluntate dono et in perpetuum concedo domino Deo et Beate Marie de Sanctis Crucibus et vobis Bernardo, abbati, totique conventus eiusdem loci, presenti atque futuro, pro salute anime mee et parentum meorum, quoddam corrale sive plateam quendam apud Tarregam et censum decem et octo denariorum, cum toto dominio quem vel quod habeo in domibus quas per me tenet Poncii Guerreti. Dictum autem corrale affrontat ab oriente in corrale Petri Guerreti et chohendum suorum et Guillelmi et Guillelmi de Tarrega, ab occidente in domibus Raimundi Ferrarii et de me donante rei, a meridie in cequia molendini, a circio in honore Bernardi de Acrimonti. Hanc quidem donationem facio tali modo quod possitis ibi facere domos pro voluntate vestrum cum omnibus melioramentis que ibidem vel circa quocumque modo facere poteritis, ita tamen quod si in usum domorum dictum locum vertere nolueritis vel mutare domos alias sive statcham vestram construendo, liceat mihi supradictum corrale cum nominato censu Poncii Guerreti tenere, possidere et expletare pro voluntate mea in omni vita mea. Post obitum vero meum, tam corrale supredictum cum omni iure quod habeo in sepedictis domibus Poncii Guerreti, libere et absolute et absque omni retentio meo et meorum, revertatur in ius et dominium plenamque proprietatem monasterii de Sanctis Crucibus, prout melius dici vel intelligi aut excogitari potest aut poterit unquam ad utilitatem vel comodum ipsius monasterii, cum omnibus iuribus in suprascripto loco vel ratione ipsius loci ad me quodcumque modo pertinentibus. Laudo et nichilominus atque confirmo cum hanc cartam perpetuo valitura illam donationem quam feceram alias cum carta inde confecta super quemdam peciam terre que est in termino de Tarrega, que affrontat de una parte in carrera que vadit versus Alted, de duabus partibus in honore Bernardi Calbeti, de quarta in honore Arnaldi Oromir, et super illo iure toto atque dominio, quod habeo et habere debeo quocumque ratione in alia pecia terre censuali in

qua accipio Guillelmi de Pulcro Loco, consors meus pro parte sua ·x· solidos censuales. Set rogo dominum abbatem de Sanctis Crucibus et conventum quod, intuitu pietatis et caritatis, recipiant me in monachum vel confratrem suum quantocumque habitum religionis recipere disposuero in monasterio sepedicto. Si vero quod absit ab hoc seculo migravero in hac terra religionis habitu non recepto de medietate imploro quod ad monasterium suum, si salvo ordine poterit fieri, faciant me portari. In quantum autem pertinet ad omnes donationes superius comprehensas renuncio exceptionibus ex edicto quod metus causa et iuris vel facta ignorancia provenientibus vel proventuris actioni in factum omnique alii beneficio iuri et exceptioni mihi vel meis competenti vel competitore.

Quod est actum ·xviii· kalendas febroarii anno Domini ·M·CC· quintodecimo.

Sig+num Guillelmi de Monte Albano, qui scribere iussi firmarvi testesque firmare rogavi.

Sig+num Raimundi Ferrarii, sig+num Bernardi Calbeti, sig+num Raimundi de Infesta (sic), sig+num Rubei de Flovia, sig+num Guillelmi de Zaportella, testium.

Bernardus, presbiter, hoc scripsit et hoc signum imposuit (signe) die et anno quo supra.

540

1216, maig, 22

Ramon de Cervera atorga el privilegi a l'abat de Santes Creus d'adquirir lliurement a la vila de Cervera tots els béns que els concedeixin o que puguin comprar pertanyents a persones nobles o d'altres estaments.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2777, núm. 3. Original.

Notum sit cunctis, tamen presentibus quam futuris, quod ego Raimundus de Cervaria, ob remedium anime mee et omnium parentum meorum, dono et concedo domino Deo et beate Marie Virgini et venerabili monasterio de Sanctis Crucibus et omnibus ibi habitantibus atque futuris omne que potuerint atquirere in villa de Cervaria vel in terminis suis, qualiscumque modo¹ potuerint a<d>-quirere donacione nobilium et innobilium vel em<p>cione vel aliqua racione. Laudo et concedo sine agano² et sine ulla rete<n>cione quod ego deinceps nec aliquis propter tamen meorum quam possimus

contradicere, impedire vel aliquid inde demandare aliqua ius vel racione et que nulla lex contra istam cartam possit venire.

Hoc fuit factum anno Domini ·M^o·CC^o·XVI^o, ·XI· kalendas iunii.

Sig+num Raimundi de Cervaria, qui hoc laudo et dono testibus firmare precipio.

Sig+num Dalmau de Timor. Sig+num Gormeri. Sig+num Berengarii de Sancta Columba.

Sig+num fratris Jocelini, monachi qui hoc scripsit cum litteris suprapositis in linea quinta ubi dicitur modo, die et anno quo supra.

1. *Interlineat: modo.* 2. *enganno.*

541

1216, agost, 16

Folc, senyor del castell de Sant Martí de Sarroca, per la salvació de la seva ànima i de la dels seus pares, renuncia els seus drets a favor de Santes Creus sobre l'hort que Berenguer de Genestós va deixar als monjos en el seu testament. Tot el que es troba dins els límits d'aquest hort i que consta a l'instrument de donació que Joan Bové i la seva esposa Dolça van fer a favor de Ramon Joan i de la seva muller Maiassenda, ho dóna a Santes Creus, amb totes les entrades i sortides, amb els arbres que hi són plantats, cedint als monjos tots els seus drets, sense cap retenció per la seva part.

[A]: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2777, núm. 4. Trasllat (*Hoc est translatum fideliter factum*) fet per Berenguer Dezcamos el 29 de desembre de 1232 (*Frater Berengarius dez Canos, presbiter et monacho et hoc sig(signe)num fecit ·III· kalendas ianuarii anno Domini ·M·CC·XXX·II·*).

Notum sit cunctis quod ego F<ulconus>, dominus castri Sancti Martini, ob remedium anime mee et parentum meorum, dono, laudo atque concedo domino Deo et domui Sanctarum Crucum et omnibus rectoribus et servientibus eiusdem domus in perpetuum quicquid habeo vel quocumque modo vel iure seu racione in illo orto, quem Berengarius de Genestos dimisit et dedit in suo testamento eidem domui Sanctarum Crucum. Sicut terminatur et assignatur prefatus ortus in illo instrumento donacionis, quam Iohannis Bovis et uxor sua Dulcia fecerunt Raimundo Iohannis uxorisque Mayessendi, ita dono et concedo domino Deo et prenotate domui et suis rectoribus, cum introitibus et exitibus suis et etiam cum omnibus arboribus

qui ibi sunt vel erunt atque cum omnibus aliis eidem orto et mihi inde quocumque modo vel iure pertinentibus, cedendo eidem domui et suis rectoribus atque servientibus locum, voces et omnes acciones meas, quas ibi habeo vel etiam habere debeo aliqua voce vel ratione absque aliqua mea meorumque retencione et exceptione, ad omnes voluntates rectorum eiusdem domus faciendas, ut melius dici vel intelligi potest, ad proficuum et bonum intellectum iam dicte domus Sanctarum Crucum, renunciando quantum ad hoc omni iuri publico vel privato comuni vel singulari legali vel canonico vel consuetudinario qui aliquomodo contra sepedictam domus et suos rectores introducere possem.

Actum est hoc ·xvii· kalendas septembris anno Domini ·M·CC·xvi·.

Sig+num F<ulconi> Sancti Martini, qui hoc concedo et firmo. Sig+num domine Alamande, qui hoc laudo et firmo. Sig+num Guillelmi, presbiteri de Canals, qui hanc cartam vidi firmare domina Alamanda.

Sig+num Raimundo de Podio, testis huius rei. Sig+num P<etri> Muleti, sig+num R<aimundi> de Guarnallo, huius rei testium.

Sig(signe)num Sancii, qui hoc scripsit precepto R<aimundi> de Podio, clerici de Villa Francha, cum literis apposis in secunda linea.

542

1216, octubre, 21

Ramon Despuig, clergue de Vilafranca del Penedès, per la salvació de la seva ànima i de la dels seus pares, lliura, a perpetuïtat, a Déu i al monestir de Santes Creus, tots els seus drets del mas de Ricard, situat a Vallmoll, al terme del castell d'Olèrdola. Rep del monestir, a través de Pere Mulet, la quantitat de quatre-cents cinquanta sous de Barcelona, valor en plata quaranta-tres sous.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2777, núm. 5. Original.

Notum sit omnibus quod ego Raimundus de Podio, bono animo ac spontanea voluntate ob remedium anime mee et parentum meorum,¹ diffinio et evacuo atque in perpetuum dono et concedo domino Deo et domui Sanctarum Crucum et omnibus servientibus eiusdem domus quicquid iuris habeo vel quocumque modo habere debeo in illo manso qui vocatur de Ricard, infra terminos castris Olerdule, iuxta Vallem Mollum. Sicut terminatur et assignatur

predictus mansus a terminis et affrontationibus suis, ita eidem domui et suis rectoribus diffinio et evacuo atque perhenniter dono et concedo quicquid iuris habeo vel aliquo iuris, casu habere, debeo in eodem manso et in omnibus possessionibus et pertinentiis eiusdem mansi, cedendo eidem domui et suis servientibus locum voces et omnes acciones meas absque aliqua mea meorumque retentione et exceptione, ut melius dici vel intelligi potest ad bonum intellectum et proficuum eiam dicte domus et suorum rectorum. Accipio, enim, de bonis eiusdem domus Sanctarum Crucum, per manum Petri Muleti, quadringentos quinquaginta solidos denariorum Barchinone bone monete curribilis, valente marcha argenti ·XLIII· solidos, pro hac deffinitione et evacuatione ac donatione et concessione, quam modo in presenti facio sepedicte domui. Et si amplius istius prenotate pecunie valet vel de cetero valebit hunc predictum mansum, cum omnibus suis pertinentiis, totum dono et remito iam dicte domui et suis servientibus omni tempore. Et quantum ad hoc omni exceptioni non numerate pecunie et dupli enganni omnique etiam iuri publico vel privato comuni vel singulari legali vel canonico vel consuetudinario, que aliquo modo contra predictam domum vel suos introducere possem penitus renuncio.

Actum est hoc ·XII· kalendas novembris anno Domini ·M·CC·VI·.

Sig(signe)num Raimundi de Podio, qui hoc laudo et firmo testesque firmare rogo.

Sig(signe)num Raimundi de Ulmo, scriptoris, sig(signe)num Guillelmi de Leucata, testis huius rei. Sig+num Petri de Manso, sig+num Bernardi de Riparia, huius rei testium.

Sig(signe)num Sancii, qui hoc scripsit precepto R. de Podio prenotati, clerici de Villa Franca, cum litteris appositis in prima linea ubi dicitur ob remedium anime mee et parentum meorum.

1. Interlineat: ob remedium anime mee et parentum meorum.

1216, octubre, 31

Donació que fa el novici fra Bernat d'Oliveres al monestir de Santes Creus. En primer lloc, dóna catorze sous barcelonesos censals sobre dos taules a la draperia de Montblanc, situades al carrer que va a l'església. I en segon lloc, atorga vint-i-cinc sous barcelonesos censals sobre una vinya, també a Montblanc, a l'altre costat del Francolí, propera al camí que va a Prenafeta.

El monestir ha de percebre aquests censos, anualment, el dia 24 d'agost, festivitat de Sant Bartomeu.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2777, núm. 6. Original.

Sit notum cunctis hominibus presentibus atque futuris, quod ego frater Bernardus de Olivariis existens novicius, bono animo spontaneaue voluntate offero, trado ac, cum hac presenti carta, dono domino Deo et beate Virgini Marie et monasterio de Sanctis Crucibus ob remedium anime mee et parentum meorum, sive omnium fidelium defunctorum illos ·XIII· solidos Barchinone censuales, quos habeo in Monte Albo, scilicet in duabus tabulis, que sunt in Draperia, que affrontant et terminant in prima parte in via que tendit ad Forea, in secunda in tabulis Guillelmi de Gaiano, in tercia in tabulis R<aimundi> de Forea, in quarta vero parte in via que tendit ad ecclesia, ante domos Stephani Pelliparii. Quantum his affrontacionibus includitur et terminatur, dono, laudo et concedo sicut superius scriptum est, tali modo quod nunquam possim venire contra hanc donationem sive oblacionem nec aliquis per me nec per meam vocem sive rationem. Et si forte quod absit suadente diabolo de monasterio exiero predictam oblacionem sive donationem actum monasterium teneat, possideat libere et quiete in perpetuum. Similiter offero dicto monasterio ·XXV· solidos censuales, tantum in urta mea, quos habeo in termino Montis Albi, scilicet, super quamdam vineam ultra fluminem Franchulinum. Affrontat in prima parte in orto qui fuit Guillelmi d'Olivariis, in secunda in vinea A<rnaldi> de Segarra, in tercia in vinea riberii, in quarta vero parte in via que tendit ad Pinnam Fractam. Quantum his affrontationibus includitur et terminatur, sic predictos ·XXV· solidos Barchinone censuales, offero, dono, laudo, tantum in urta mea, similiter quod absit peccatis meis exigentibus de dicto monasterio exiero dictam donationem habeat prefactum monasterium libere et quiete, tantum dum vixero sive in ordine sive in seculo. Et est sciendi in quod suprascriptus ·XXV· solidos censuales debent persolvi annuatim in terminio festi sancti Bartholomei, quod similiter in eodem terminio ·XIII· solidos, quos habeo supra dictam vineam. Siquis contra istam cartam donacionis venerit ad dirumpendum nil valeat, set in duplum componat et postea firma pemaneat omni tempore.

Actum est hoc ·II· kalendas novembris anno Domini ·M^o·CC^o·XVI^o·.

Sig+num fratris Bernardi de Olivariis, qui hoc laudo et firmo testesque firmare rogo.

Sig+num Bernardi de Capraria. Sig+num Guillelmi Clementis. Sig+num Petri de Elicsar. Isti sunt testes huius donationis.

Vitalis, sacer, qui hoc scripsit mandato fratris B<ernardi> de Olivariis, die et anno quo su(signe)pra.

544

1216, novembre, 15

Ferrer, senyor del castell de Sant Martí, dóna al monestir de Santes Creus i a tots els que governen la casa i els que la serveixen els drets de l'hort que Berenguer de Genestós va deixar al monestir en el seu testament. Les seves afrontacions són les contingudes a l'instrument de donació que Joan Bové i la seva muller Dolça van fer a favor de Ramon Joan i de la seva dona Maiassenda. Tot el que es troba dins d'aquests límits, Ferrer de Sant Martí ho lliura a l'abat de Santes Creus, sense retenció de cap dret per la seva part, renunciant a tot dret públic o privat, civil o canònic que el pogués beneficiar a favor de la comunitat cistercenca del Gaià.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2777, núm. 7. Original.

Notum sit cunctis quod ego Ferrarius, dominus castri Sancti Martini, ob remedium anime mee et parentum meorum, dono, laudo atque concedo Deo et domui Sanctarum Crucum et omnibus rectoribus et servientibus eiusdem domus, in perpetuum,¹ quicquid habeo vel quocumque modo vel iure seu racione in illo orto, quem Berengarius de Genestos dimisit et dedit in suo testamento eidem domui Sanctarum Crucum. Sicut terminatur et assignatur prephatus ortus in illo instrumento donationis, quam Iohannis Bovis et uxor sua Dulcia fecerunt Raimundo Iohannis uxorique Mayassendi, ita dono et concedo eum domino Deo et prenotate domui et suis rectoribus, cum introitibus et exitibus suis et etiam cum omnibus arboribus, que ibi sunt vel erunt, atque cum omnibus aliis eidem orto et michi inde quocumque modo vel iure pertinentibus, cedendo eidem domui et suis rectoribus atque servientibus locum, voces et omnes acciones meas, quas ibi habeo vel etiam habere debeo aliqua voce vel racione, absque aliqua mea meorumque retentione et exceptione ad omnes voluntates rectorum eiusdem domus faciendas, ut melius dici vel intelligi potest ad proficuum et bonum intellectum iam dicte domus Sanctorum Crucum, renunciando quantum ad hoc

omni iuri publico vel privato comuni vel singulari legali vel canonico vel consuetudinario que aliquo modo contra sepe dictam domus et suos rectores introducere possem.

Actum est hoc ·xvii· kalendas decembris anno Domini ·M·cc·xvi·

Sig+num Ferrarii Sancti Martini, qui hoc concedo et firmo.

Sig+num domine Alamande, que hoc laudo et firmo. (Signe)

Dalmaciis, presbiteri, qui hanc cartam vidi firmare domina Alamanda.

Sig(signe)num Raimundi de Podio, testis huius rei. Sig+num P<etri> Muleti, sig+num Raimundi de Guarnallo, huius rei testium.

Sig(signe) Cancii, qui hoc scripsit precepto R<aimundi> de Podio, clerici de Villa Francha, cum litteriis appositis in secunda linea.

1. *Interlineat: in perpetuum.*

545

1217, gener, 14

Elvira [de Subirats, vídua d'Ermengol VIII] fa donació, al monestir de Santes Creus i a l'abat Bernat d'Àger, del blat que tots els anys rep a cens de Martí Roig d'Arbolí, juntament amb una pineda que té Ramon del Mercadal a cens d'un morabatí anual.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2777, núm. 8. Original.

Notum sit cunctis hominibus quod ego, Alvira, Dei gratia, comitissa Urgelli, ob salutem et remedium anime mee, ad honorem quoque et servitium siderisimi Patris, qui pro salute generis humani unigenitum filium suum ostiam tradere dignatus est ut¹ ceteris vere credentibus fieret propiciatio pro peccatis, offero domino Deo et monasterio de Sanctis Crucibus, dono et cum hac presenti scriptura trado totam annonam illam, quam pro censum singulis annis tenetur dare seu prestare mihi vel alii quicumque ratione mei Martinus Rubeus den Arbolí. Aditio etiam huic donacioni pinetam illam totam, quam quondam tenebat Raimundus de Mercadali nunc autem ipse tenet eam sub censu unius morabetini partem vero sitam, quam i<us>sdem Martinus, pro questia, debet facere singulis annis nichilominus in presentem donationem cedere volo pinetam siquidem liceat ipsi monasterio tenere, possidere et expletare, ita quod vos dominus Bernardus, abbas, et monachi vestri vel alius quicumque nomine vestre possitis exinde summe et in eidem arboreos et ligna quascumque et quoscumque volueritis, prout melius ad quoscumque

usus monasterii dicti noveritis expedire, quod si licite et in pace pinetam non feceris vos possidere et expletare liceat vobis habere ex dono meo quicquid ratione ipsius pinete ius meum meorum contingere poterit quocumque modo. Hanc oram, quemadmodum superius scripta sunt, dono vobis et monasterio vestro ut possideatis ea integre et plenarie tamdiu et non ultra usquequo emerim vel assignaverim redditus competentes ex quibus sufficiente possit annuatim ministrari ea, que tam in pane quam in vino necessaria fuerint ad divinam officiam et sacristiam in singulis altaribus sepedicti monasterii celebranda Deo que oram bene et honorifice facienda ut bonorum omnium retributorum mihi condigne rependat et taxo et prefinio numerum duorum kaficiorum frumenti et centum iugerias vini ad mensuram Ylerde.

Quod est actum ·XIII· kalendas februarii anno Domini ·M^o·CC^o·XVI^o·.

Sig+num Alvire, Dei gratia, comitisse Urgelli, que hoc laudo et firmo testesque firmare rogo.

Sig+num Guillelme de Pulcro Visso. Sig+num Geralde, domine de Podio Viride. Sig+num Bernardi de Corbinio, filii Raimundi de Corbinio. Testium.

Sig+num fratris Petri, prioris de Sanctis Crucibus, qui est testis et firmavit hanc cartam mandato domine Elvire, comitisse Urgelli.

Sig(signe)num fratris Raimundi, cellararii de Sanctis Crucibus, testis huius rei. Sig(signe)num mei fratris Bernardi Calvonis, qui est predictis testis fui.

Sig(signe)num Petri Nicolay, qui hoc scripsit Vosuerd(?), cum literis additis in ·II^a· linea et cum rasis et rescriptis in tertia linea et in quarta dampnavi in ·XV^a· linea ubi dicitur testium.

1. Interlineat: est ut.

546

1217, febrer, 24

Pere Garreta i el seu fill Pere donen unes cases i vinya de Tàrrega al monestir de Santes Creus.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2777, núm. 9. Original.

Notum sit cunctis quod ego, Petrus Guerretes et filius meus, Petrus, in simul quisque nostrum in solidum, per nos et per omnes nostros, bono animo promtaque voluntate, pro redemptione animarum nostrarum et consanguineorum nostrorum, damus et in perpetuum concedimus domino Deo et Beate Marie de Sanctis

Crucibus totique conventui predicti monasterii presenti et futuro, scilicet omne ius nostrum quod habemus et habere debemus in corrale, iuxta domos Guillelmi de Areins, scilicet, de tribus partibus quas ibi habemus in simul cum Raimundus Guerretes, frater meus nostram medietatem sicut nobis pertinet et pertinere debet. Que affrontat de prima parte in statica de Sanctis Crucibus, de secunda in domibus¹ Petri de Claresvals, de tercia in cequia molendini de villa, de quarta in carrera. Et similiter damus vobis quandam vineam in dominicatura de Pera Mola, que affrontat de prima parte in chamino, de secunda in vinea Bernardi Bordi, de tercia in terra Petri Barul, de quarta in terram Petri Morathoni, et unam peciam terre ad Pratum de Offegad, que affrontat de prima parte et de secunda in terra Bernardi Calb, de tercia in chamino, de quarta in terra Guillelmi de Comflent, et aliam peciam ad Podio Conil, que affrontat de prima parte in terra Raimundi Ferrarii, de secunda in terra Ferrarii Gener, de tercia in terra Petri Solimia, qui fuit, de quarta in carera de Verdu, et domos que habemus iuxta Petrum Granellum, que affrontant de prima parte in chamino, de secunda in domibus Petri Granelli, de tercia in domibus Guillelmi Alegret, de quarta parte in corralum Guillelmi de Pulcro Locco. Quantum hee affrontaciones includunt et isti termini ambiunt cum introitibus et exitibus et melioramentis, quos ibi facere potueritis, damus dicto monasterio in perpetuum, scilicet, omne ius nostrum quod habemus et habere debemus in supradictis locis, tali modo facimus hanc donacionem ut recipiatis filium meum Petrum² in monachum et induatis ei habitum religionis sicut aliis monachis predicti monasterii, salvo tamen quod vineam et domos petias terre supradictas habeam et possideam ego dictus Petrus Guerretes omnibus diebus vite nostre et post obitum meum sit predicti monasterii, salvo tamen quod si Petrus, filius meus, transactis duodecim annis non acceperit habitum religionis vel aliquam excusacionem pro malo ingenio habuerit et noluerit esse monachus, teneat et possideat omnibus diebus vite sue. Post obitum meum predictas domos et vineam, et petias terre et post obitum suum sit de predicto monasterio. Et item quod si Petrus, filius meus infra predictis duodecim annis non receperit habitum religionis domus de Sanctis Crucibus non teneatur ei recipere per monachum nec per fratrem et sit omnis honor sepedicti monasterii in perpetuo sine aliquo retentu quem ibi facere nequeamus et quanto retinemus dictam donacionem in vita nostra, preter corralum quem in presenti habeatis sine omni retentu. Convenimus vobis dare annuatim de festo in festum sancti Michaelis

duodecim denarios Barchinonem censuales propter tenedonem vestrum afrirmacionem istius donaciones dum dictam donacionem tenebimus. Et convenimus facere bonam et legalem guiranciam contra omnes personas faciamus vobis et vestris tenere et possidere dictam donacionem pacifice et sine ulla contrarietate perpetuo bona fide et sine dolo.

Quod es actum ·VI· kalendas marcii, anno Domini ·M·CC· sextodecimo.

Sig+num Petri Guerretes. Sig+num Petri Guerretes, filii eius. Nos hoc scribere iussimus, firmamus testesque firmare rogamus., Sig+num Bernardi Pilia, capellani de Tarrega. Sig+num Bernardi Calbeti. Sig+num Bernardi de Capraria. Sig+num Guillelmi de Montalba. Sig+num Raimundi, clerici. Testium.

Bernardus, presbiter hoc scripsit cum literis suprapositis in ·XII· linea ut dicitur Petrum et hoc signum impressit (signe) quo supra.

1. *Repetit: in domibus.* 2. *Interlineat: Petrum.*

547

1217, maig, 1

Pere Bovet, per ell i els seus, ven a Bernat Deodat i als seus, per vint-i-set sous barcelonesos, un cens de tres sous de Barcelona que rep d'unes cases arrendades a Gransabor, Fuser i Vachera, situades a la vila de Montblanc.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2777, núm. 10. Original.

Notum sit cunctis quod ego Petrus Bovet, per me ac meos, vendo vobis Bernardo Deusde et vestris et cui volueritis tres solidos Barchinone censuales, quos mihi faciunt Gransabor et Fuser et Vachera, pro illis domibus, quas pro me tenent in villa Montis Albi, per ·XX·VIII· solidos Barchinone, unde bene paccatus sum mee voluntati, renunciando omni, excepcioni non numerate peccunie et doli. Sicut predicti homines predictum censum mihi faciunt, sic vendo vobis et vestris, cum ingressibus et exitibus suis et cum omni iure ibi pertinenti, sive cum omnibus melioramentis que ibi facere poteritis, franche et libere ad omnes vestras vestrorumque voluntates omni tempore inde faciendas, sicut melius dici vel nominari potest vestro vestrorumque proficuo. Et si plus valet huius precii vel a modo valebit tantum vobis et vestris de ipsa donacione dono et a meo meorumque posse, iure et dominio eicio et in vestro vestrorumque

trado cum hac presente carta et guirentem inde vobis et vestris esse convenio contra omnes personas in perpetuum.

Actum est hoc kalendas madii anno Domini ·M·CC·XVII·.

Sig+num Petri Bovet, qui hoc iussit scribi et firmari.

Sig+num Dalmacii de Rocheta. Sig+num Bernardi de Altedil.

Berengarius Ortolanus, hoc scripsit precepto B. de Tarrega et hoc (signe) fecit.

548

1217, novembre, 8

Guillema, el seu marit Ferrer Ricart i Guisla, la seva mare, venen a l'abat de Santes Creus tot el dret i el domini del mas de Ricard i del seu terme per quatre-cents seixanta sous barcelonesos —valor en plata quaranta-tres sous— que els lliura Pere Mulet per ordre de l'abat.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2777, núm. 11. Original.

Notum sit cunctis quod ego Guillelma et maritus meus Ferrarius Ricard et mater mei Ferrarii, Guilia, per nos et nostros vendimus et concedimus domino Deo et domui Sanctarum Crucum et suis rectoribus in perpetuum, in manu Petri Muleti, totum nostrum ius quod habemus vel quoquo modo habere debemus in toto manso de Ricardo et suis terminis et pertinentiis atque possessionibus. Et de nostro nostrorumque iure et dominio atque potestate in ius et dominium atque potestatem eiusdem domus et suorum, totum predictum ius nostrum tradimus, transferimus et transmutamus et etiam in corporalem possessionem predictam domum et suos inducimus et mitimus ad habendum, tenendum et possidendum omnique tempore expletandum in pace et ad omnes voluntates rectorum eiusdem domus perhenniter faciendas, absque aliqua nostra nostrorumque retentione et exceptione ut melius dici vel intelligi potest ad proficuum et bonum intellectum sepedicte domus Sanctarum Crucum. Et nos et nostri semper erimus inde legitimos auctores et defensores contra omnes personas eidem domui et suis. Et tenemur inde eidem domui et suis de evictione super nos et omnes res nostras habendas et habituras in quibus melius accipere voluerint. Accepimus, enim, per manum tui Petri Muleti ·CCCCLX· solidos denariorum Barchinone, bone monete curribilis, valente marcha argenti ·XLIII· solidos, de quibus bene abere paccati sumus. Et si plus istius valet

precii vel de cetero valebit, totum damus domino Deo et iam dicte domui et suis ob remedium anime nostre. Et quantum ad hoc omni exceptioni non numerate pecunie et dupli enganni et cuilibet alii iuri et rationi legum et consuetudinum penitus, renunciamus et ut melius et firmus omni tempore observetur hec omnia predicta et singula eidem domui et suis. Ego predicta Guillelma tactis Sacrosantis quatuor Evangeliiis per Deum iuro quod ita habeam firmum ut predicatur.

Actum est .vi. idus novembris anno Domini .M.CC.XVII.

Sig+num Guillelme predicte, qui hoc concedo et firmo atque iuro. Sig+num Ferrarii Ricardi eius viri. Sig+num Guille, matris eius. Nos qui hoc concedimus et firmamus.

Sig+num Guillelmi Seger, sig+num Petri de Bassia, sig+num Bernardi Tintorerii, huius rei testium.

Sig(signe)num Sancii, qui hoc scripsit precepto R<aiumudi> de Podio, clerici de Villa Francha.

549

1218, gener, 23

Berenguera, vídua de Pere de Montearagó, ven una vinya i la terra on és plantada, situada a la Palomera de Lleida, a l'abat de Santes Creus.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2777, núm. 13. Original.

Notum sit cunctis hominibus, quod ego Berengaria, que fui uxor Petri de Montearago, defuncti, et ego Guillelma eorum filia et ego Garciolus, filius quondam dicti Petri de Montearagone, quisque in solidum, per nos et omnes nostros vendimus et cum presente instrumento tradimus vobis abbati et priori et conventui domus Sanctarum Crucum, presentibus et futuris in perpetuum, quandam vineam cum terre ibi est plantata in termino Ylerde, scilicet ad Palumbariam in honore vestro, quam scilicet ad censum .XIII. solidos, per vos tenebamus, sicut affrontat ex una parte in vestra dominicatura, et ex alia in vinea Petri Moragues et ex tercia in camino Frage et ex quarta vero parte in vinea Petri de Iacca. Quicquid supradictis affrontationibus concluditur et terminatur, sicut Petrus de Montearagone et nos per dominium Sancte Crucis tenebamus et tenere debebamus, sicut vendimus vobis predictis et domui Sanctarum Crucum, vineam supradictam, cum terra ibi est

plantata, pro triginta quatuor mancizis directe pulcris et bonis boni auri rectique pro centum viginti solidos iaquensis, ex quibus mancuzis et denariis nostre voluntati vestri paccati sumus et eas et illos recepimus per manum fratris Stefani, baiuli domus Sanctarum Crucum in Ylerdam. Et ideo renunciamus exceptioni non numerate peccunie et doli. Et si forte amplius dicto precio valent vel in tempore valebit parum vel plurimum totum quicquid sit ex nostra mera liberalitate damus et concedimus vobis prenominate abbati et priori et conventui et domui Sanctarum Crucum in perpetuum sine aliquo nostro nostrorumque retentu irrevocabili. Renunciantes omni beneficio minoris precii et decepcionis ultra dimidium. Ideoque cum presenti instrumento ex omni nostro nostrorumque iure et posse predictam vineam cum terra ut est extrahimus et eicimus et in vestri vestrorumque ius et corporalem possessionem et tenedonem eam mittimus et transferimus cum ingressibus et egressibus, cum melioramentis cunctisque suis pertinentibus, ad habendum, tenendum, possidendum et expletandum et vendendum, dandum seu impignorandum et alienandum et ad omnes vestras vestrorumque voluntates et domus Sanctarum Crucum omni tempore faciendum, sicut melius dici et intelligi potest comodo et salvamento domus Sanctarum Crucum. Et nos quisque in solidum renunciantes beneficio dividende accionis et nostri faciemus semper inde vobis et domui Sanctarum Crucum bonam et legalem guirentiam contra omnes personas, excepta potestate nostre. Et prout vitios(?) inde sitis ego dicta Guillelma confitens me esse perfecte etatis scienter et prudenter. Renuncians omni beneficio minoris etatis et imperfecte memorie et sine dolo metu et vi tactis corporaliter sancta quatuor Evangeliiis et Cruce iuro me predicta omnia et singula fideliter observanturam et nunquam contra venturam verbo vel facto vel aliquo modo per me vel per interpositam personam, sic me Deus adiuvet et hec sancta Evangelia coram posita.

Quod est actum ·x· kalendas februarii anno Domini ·M·CC· septimodecimo.

Sig+num Berengarie, uxoris quondam Petri de Montearagone, sig+num Guillelme, eorum filie, iurate, sig+num Garciole, filii Petri, qui hoc firmamus et concedimus firmarique rogamus.

Sig+num Guillelmi Morudi. Sig+num Bertrandi Scribe, leudarii. Sig+num Raimundi de Gardia, generi A. de Biosca. Testes.

Sig(signe) Arnaldi Boneti, qui hoc scripsit, cum raso et rescripto in ·v^a· linea.

550

1218, abril, 2

Venda que fan Pere, Berenguer i Guillem de Puigvert, juntament amb Berengueró, fill de Berenguer de Puigvert, per dos-cents cinquanta sous de Barcelona, a Ramon Cerdà, Elisenda de Falcs, dona d'Ermengol, a Guerau de Vallclara i altres homes habitants de la Guàrdia dels Prats, de l'aigua de Piera per regar i perquè s'aprofiti al molí de l'esmentat lloc.

[A]: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2777, núm. 14. Trasllat de 19 d'agost de 1352, fet per Arnau Correger, subvicari de Montblanc (*Sig+num venerabilis Arnaldi Corregerii, subvicarii Montisalbi pro illustrissimo domino rege, qui presenti transumpto cum suo originali bene et fideliter comprobato auctoritatem suam interposuit pariter et decretum ad hoc ut presenti transumpto tanquam suo originali in iudicio et extra fides plenarius ab omnibus inpendatur aponitu hic per manu mei Iohannis Sabater, notarii publici curie vicarie Montisalbi pro dicto domino rege in cuius posse dictus subvicarius hanc firmam fecit decima nona die augusti anno a Nativitate Domini millesimo .ccc. quinquagesimo secundo, presentibus testibus Bonanato Burgera et Miquael Treixera de Montealbo, quadam testimonium permissorum ego dictus Iohannes Sabater sig(signe)num meum aposui et cum emendatis in undecima linea ubi scribitur ducentesimo clausi et sigillum apendicum officii dicto subvicario comissi hi aposui mandato eiusdem.*)

Notum sit cunctis hominibus quod nos Petrus de Podio Viridi et Berengarius de Podio Viridi et Guillelmus de Podio Viridi, filii eius, et ego Berengueronus, filius dicti Berengarii, quisque in solidum per nos et per omnes nostros vendimus, donamus et concedimus vobis Raimundo Cervera et Elicsendis de Falchs, uxori, Ermengaudi Sine Terra, et Geraldo de Valle Clara et universis habitatoribus Gardie de Pratis, tam presentibus quam futuris in perpetuum aquam et aqueductum sufficientem per terminum Apiere ubicumque volueritis, salvo iure pleno molendinorum que ibi sunt, videlicet, Guillelmi de Riberio, et codonine pro ducentis quinquaginta solidis Barchinone ex quibus omnibus nostre voluntati vestri paccati sumus. Renunciantes exceptioni non numerate peccunie et doli et omni beneficio minoris precii et deceptionis ultra dimidium, tradentes vobis et vestris cum hac carta corporaliter possessionem et tenedonem predicte cequie et aque cum suis pertinenciis qua si forte unquam destrueretur pro ruina sine inpetu aque vel alio quolibet modo statim cum volueritis possitis mutare cequam illam et aquam capere per dictum terminum ubi volueritis, salvo iure dictorum molendinorum in facto aqueductu vel quotiens vobis necesse fuerit sufficienter mutato non faciatis nobis vel hominibus nostris, talam

arborum vel vitium seu fructuum extra cequiam de qua cequia et aqua rigent et rigare possint homines Apiere semper dum modo similer in anno unusquisque rigatorum opereretur per totum unum diem in dicta cequia et aptacione sine purgatione eiusdem sine alia eorum expenssa. Et nos quisque in solidum in nostri ffaciemus sub dicto modo vobis et vestris perpetuo dictam cequiam et aqueam habere, tenere et expletare bona fide. Et erimus inde vobis et vestris guirentes i deffensores contra omnes personas iuxta vestrum utilem intellectum et salvamentum et vestrorum. Et renunciamus beneficio dividende accionis.

Quod est actum quinto nonas aprilis anno Domini millesimo .cc. octavodecimo.

Sig+num Petris de Podio Viridi, sig+num Berengarii de Podio Viridi, sig+num Guillelmi de Podio Viridi, sig+num Berengueroni de PodioViridi, qui hoc firmamus et concedimus. Sig+num Arnaldi de Timor, militis.

Bernardus de Juneta, eiusdem loci capellanus et Illerdensis cononicus, qui hoc firmo et + pono, sig+num Yohannis dez Colobrer, sig+num Arnaldi Paylares de Gardia, testium.

Sig(signe)num Arnaldi Beneti, qui hoc scripsit cum supraposito in decima tertia linea ubi dicitur sine alia eorum expenssa.

551

1218, abril

Berenguer de Torró torna a Pere Despuig i als seus una peça de terra, que aquest li havia cedit al mas de Ferretes, a canvi d'una altra situada al seu domini de Pradellvenent.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2777, núm. 15. Original. Algunes paraules il·legibles perquè la tinta està esvanida.

*Notum sit cunctis quod ego Berengarius de Torrone, per me et fratres meos, solvo et diffinio atque in perpetuum remito¹ et eva-
cuo tibi Petro de Podio et tuis illam petiam terre, quam assignavisti
mihi in manso de Ferretis, nam accipio a te in emenda illius petia
terre, aliam petiam terre in tuo dominio de Pratello Venanz, et sic
per me et meos solvo et diffinio tibi et tuis predictam petiam terre
cum manso de Ferretis, quam in compositone, quam mecum fecisti
mihi² assignavisti non minus prope hoc in omnibus terminus sit
firma et stabilis predicta compositio omni tempore, nec ego vel*

fratres mei vel aliquis pro nobis aut voce nostra possit tibi vel tuis aliquid demandare in iam dicta petia terre, set omni tempore tibi et tuis eam diffinio. Renunciando omni iur[e] publico vel privato comuni vel singulari legali vel canonico vel consuetudinario que aliquo modo contra te aut tuos introducere possem.

Actum est hoc mense aprilis anno Domini ·M·CC·XVII·.

Sig+num Berengarii de Torrone, qui hoc concedo et firmo.

Sig+num P<etri> de Colle. Sig+num P<etri> de Minorrisa.

Sig+num Baroneti. Huius rei testium.

Sig(signe) Sancii, qui hoc scripsit precepto R<aimundi> de Podio, clerici de Villa Francha, cum litteris rasis et emendatis in secunda linea et apposis in ·IIII·.

1. *Rectificat: remito.* 2. *Interlineat: mihi.*

552

1218, agost, 8

Testament d'Hug de Torroja. Dóna a Santes Creus els seus dominis de l'Esplug de Francolí a canvi de rebre els béns espirituals de la comunitat monacal.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2777, núm. 16. Original.

B: Trasllat de l'original fet el 7 de març de 1220 per fra Berenguer d'Olzina (*Frater Berengarius de [Ulz]ines, levita qui hoc translatum scripsit et hoc sig(signe)num feci*).

C: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2777, núm. 17. Trasllat fet per fra Ramon de Llorer, diaca i novici de Poblet (*Frater Raimundus de Lauro, diaconus novicius domus Populeti qui translatum scripsit et suum sig(signe)num posuit*), el 19 d'agost de 1231 d'un altre trasllat (*Hoc est translatum fideliter factum a quadam transllato factum ·XIIII· kalendas augusti anno Domini ·M^o·CC^o·XXX^o·I^o, quod sic habetur. Hoc est translatum fideliter factum nonas marcii anno Domini ·M^o·CC^o·XX^o·*).

In Christi nomine. Sit notum cunctis quod ego Ugo de Turre Rubea, sanus et incolumis, in meo pleno sensu et memoria integra, meum facio testamentum, in quo eligo et constituo mihi manumissores meos, Petrum de Podio Viridi et Raimundum de Cervaria et Guillelmum de Guardia et Berengarium de Turre, quibus plenam confero potestatem dividendi et ordinandi omnes res meas, sicut in hac presenti pagina subscribi facio. In primis relinquo corpus meum ad sepeliendum monasterio Sanctarum Crucum et cum corpore meo ibi sepeliendo ob remedium anime mee et parentum meorum et omnium fidelium defunctorum. Dono, offero et dimito

Sancte Marie Sanctarum Crucum et conventui eiusdem loci omnes domenges meos planos quos ego propriis sumptibus et vomeribus propriis facio laborari in Speluncam Franculini et in suis terminis ubicumque sint et omnes vineas et honores, quas et quos habeo in Spelunca Franchulini et in suis terminis ubicumque sint et omnes vineas et honores quas et quos habeo in Speluncha Franchulini et in suis terminis,¹ de quibus mihi datur medietas vel quarta pars expletorum et unum par gallinarum censualium quod mihi faciebat Petrus de Monte Far, de quadam pecia terre quam sibi stabilivi de toto iure et senioratico dicto pari gallinarum pertinenti et pertinere debenti, et volo quod soror mea Aldiardis redimat ea que ibi sunt alicui pigneri obligata, et rogo abbatem et capitulum eiusdem loci quod recipiant me in fratrem et colligant me in suis orationibus et beneficiis universis. Item ob remedium anime mee et parentum meorum et omnium fidelium defunctorum dono, offero et dimito Deo et Militie Templi unum equum meum, cum armis meis et loriam corporis mei, et equi mei. Adhuc dimito dicte Milicie unum mansum meum de Rovira, quem habeo apud Speluncam, cum omnibus honoribus dicto manso pertinentibus et pertinere debentibus. Similiter ob remedium anime mee et parentum meorum et omnium fidelium defunctorum dimito Sancte Marie de Solsona et conventui eiusdem loci, totum hoc quod habeo et habere debeo aliquo iure vel aliqua ratione in Olius et in suis terminis, et rogo prepositum et capitulum ipsius loci quod unus de canonicis dicte ecclesie celebret divina officia singulis annis in perpetuum in tota quadragesima pro anima mea et parentum meorum et omnium fidelium defunctorum, et hoc sit super animam prepositi ipsius loci. Item dimito pro anima mea et parentum meorum et omnium fidelium defunctorum monasterio Populeti, totum illum mansum, qui fuit Petri Ysarni, quem habeo apud Ulmelam, cum omnibus honoribus et pertinentiis suis. Dimito monasterio Vallis Bone, pro anima mea et omnium parentum meorum illum domenge meum planum quod habeo apud Ulmela, versus Montem Blanchetum, iuxta domenge Petri de Aguda et Berengarii de Turre. Volo, eciam, et mando quod soror mea Aldiardis solvat omnia debita mea, que ego debeo aliquibus creditoribus in Bas et in suis terminis. Omnia vero alia debita que ego debeo in Urgello et Silva et in Comalatis et in toto comitatu Urgellensi et in aliis quibuscumque locis solvant per medium dicta soror mea et neptis mee Turrus Rubea. Instituo mihi heredem Turrem Rubeam neptem meam in castro et villa Turrus Rubea et in hominibus et feminabus dicto castro comorantibus et

in omnibus iuribus que in ipso castro et suis terminis habeo et habere debeo aliquo iure vel aliqua ratione et in omnibus iuribus que habeo et habere debeo aliquo modo in villa de Solsona et suis terminis generaliter in omnibus bonis meis quem habeo et habere debeo aliquo iure vel aliquo ratione in toto comitatu Urgellensi et in suis terminis ubicumque sint per omnia loca, sicut melius continetur in instrumento iam inde confecto, exceptis hiis que ibi pro anima mea dimitto et excepto hoc quod habeo et habere debeo in Barbentio et in suis terminis, exceptis iuribus meis de Rocha Laura, que omnia dimitto Arnaldum de Turre Rubea, fratri meo, in omni vita sua et post obitum eius hec omnia revertantur sorori mee Aldiardi. Volo, etiam, quod dicta neptis mea faciat medietatem militum quos ego debeo facere et solvat in debitis meis ut superius est expressum. Instituo mihi heredem Aldiardem, sororem meam, in castro de Speluncha, exceptis hiis, qui ibi dimitto pro anima mea et in castro de Ullmellis et in castro de Barbencio et de Rocha Laura et in terminis eorum et in omnibus iuribus que habeo et habere debeo in Bas et in suis terminis et in illa pecunia, quam ibi dedi in redimendis quibusdam pigneribus, que ibi de meo proprio redemi et generaliter in omnibus aliis bonis meis mobilibus et immobilibus que habeo et habere debeo aliquo iuro vel aliqua ratione ubicumque sint per omnia loca, exceptis hiis que accipio pro anima mea et exceptis hiis que dimitto dicte nepti mee et fratri meo prefato, et ipsa faciat medietatem militum, quos ego debeo facere et solvat in debitis meis ut superius dictum est. Si vero ipsa soror mea sine prole legitima obierit, bona que ei dimitto revertantur nepti mee Turri Rubee. Et si ipsa neptis mea sine prole legitima obierit, bona que ei dimitto revertantur sorori mee predictae. Volo, etiam, et mando quod dicta soror mea atendant de Bas, filio Ugonis de Bas, sicut ego teneor. Et volo quod milites et homines de Bas et terminorum eius² iurent et faciant hominum manibus et ore dicte sorori mee sicut mihi tenentur facere et sicut continetur in instrumento inter me et ipsos facto, salva in omnibus fidelitate dicti filii Ugonis de Bas. Volo, etiam, quod dicti heredes mei respondeant in iure uxori mee de sponsalicio suo si illud quesierit et si aliquid obtinuerit in iure habeat illud quod obtinuerit super possessionibus sibi ratione sponsalicii sui obligatis.

Actum est hoc ·vi· idus augusti anno Domini ·M^o·CC^o·XVIII^o·.

Sig+num mei Ugonis de Turre Rubea, qui hoc testamentum facio et firmo et firmari a manumissoribus et a testibus rogo.

Sig+num Petri de Podio Viridi, sig+num Raimundi de Cervaria, sig+num Guillelmi de Guardia, sig+num Bernardi de Turre, manu-missoribus huius testamenti, qui hoc firmant et laudant.

Sig+num Scale de Barchinona. Sig+num Arnaldi de Cabrera. Sig+num Iachobi de Pratis.

Ego frater Guillelmus Petri accepi firmamentum istius testamenti a Petro de Podio Viridi et a Berengario de Turre.

Ego Guillelmus Vitalis, hoc scripsi mandato magistri Guillelmi Terrachone, notarii, die et anno prefixo.

1. Omès a l'original des de et in suis fins a terminis. 2. Interlineat: et terminorum eius.

553

1219, gener, 25

Ramon de Cervera dóna, a perpetuïtat, al seu fill Guillem de Cervera i als seus fills i successors, el castell de Montoliu de Segarra amb tots els habitants amb ple senyoriu sobre totes les possessions i pertinences per tal que el pugui vendre, canviar, empenyorar o donar. D'aquesta donació li promet que en serà fidel protector contra qui atempti contra la seva voluntat.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2777, núm. 18. Original. Presenta lletres esvanides i el pergamí està estripat a la banda dreta i al mig.

Notum sit cunctis quod ego Raimundus de Cervaria, per me ac per omnes successores meos, bono animo etiam et voluntate spontanea, dono, trado et in perpetuum liberaliter concedo vobis Guillelmo de Cervaria, filio meo, et vestris successoribus et quibus aliis volueritis castrum meum et villam quod vocat Mont Oliu cum hominibus et feminabus ibi habitantibus vel habitaturis, cum seniorivo pleno, cum terminis et pertinenciis suis et affrontacionibus. Quod castrum predictum de Monte Olivo a possessione mea meorumque et donacione abstraho et eicio et nec presencialiter cum hac carta, prout melius et plenius dici scribi vel intelligi potest sive excogitari et totum etiam prout melius et firmitus ego vel antecessores mei unquam illud habuimus, tenuimus vel possedimus quocumque titulo vel modo, trado totum et transfero in vestrum proprium et corporalem possessionem et tenedonem, cum introitibus, exitibus et melioramentis cunctisque suis pertinenciis et cum omnibus illis etiam que gratis vel vi in supradicto castro seu villa suis omnibus suis terminis mihi pertinent vel pertinere debent, aliqua ratione

aliquo modo vel causa nulla vel meis retenta. Habeatis autem nos et nostri omni hec suprascripta et singula per donare, vendere, impignorare, alienare et ad omnes vestras vestrorumque voluntates in perpetuum et irrevocabiliter faciendas. De omni vero supradicta donacionem ego et nostri erimus tamen in perpetuum vobis et vestris boni guirentes et legitimi defensores bona fide contra cunctas personas et sine omni vestro vestrorumque enganno.

Factum est hoc ·VII^a· kalendas februarii anno Domini ·M^o·CC^o· octavodecimo.

Sig+num Raimundi de Cervaria, qui hoc totum firmo testesque firmare rogo. Sig+num Guillelmi de Offegato. Sig+num Bernardi de Castro Novo. Testes.

Bertrandus Virgili, qui hoc scripsit et hanc manum (mà) fecit.

554

1219, febrer, 16

Guillem de Vilafranca s'ofereix a l'abat Ramon de Rifar de Santes Creus com a donat del monestir. Prega que, en el cas de morir sense haver rebut l'hàbit monacal de l'orde del Cister, el portin al cenobi per ésser-hi sebollit, i si, inspirat per la gràcia divina, vesteix l'hàbit cistercenc, promet donar tot el seu patrimoni als monjos. Mentrestant, concedeix als claustrals, a perpetuïtat, tot allò que posseeix per dret o per raó de senyoriu o castlania a les cases que van pertànyer a Guillem Adalbert i a les que Pere Mulet va edificar a Vilafranca del Penedès. Per aquesta renúncia i donació de drets rep dels béns monacals la quantitat de cent quaranta sous barcelonesos.

[A]: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2777, núm. 19. Trasllat d'1 de març de 1236 (*Hoc est translatum fideliter factum kalendas marcii anno Domini ·M·CC·XXX·V·*) fet per fra Berenguer Descanos (*Fra Berengarius Dezcanos, hoc translatum scripsit et hoc sig(sig)ne)num fecit die et anno prefixis*).

In Dei nomine. Sit notum cunctis hominibus quod ego G<uilelmus> de Villa Francha, bono animo et spontanea voluntate, in perpetuum dono et offero meipsum domino Deo et venerabili monasterio de Sanctis Crucibus, tam in vita quam in morte, per confratrem in manu dompnum R<aimundi>, abbatis, tali videlicet pacto que si me mori in seculo cotigerit faciam me prefato monasterio defferri; si vero inspirante Divina gratia habitum religionis

in Cistercensi ordine recepero, promito in monasterio iam dicto agere et portare pecuniam meam. Nunc, autem, cum hoc presenti instrumento perpetuo valituro absolvo et diffinio, dono, laudo et concedo in perpetuum, per me et omnem posteritatem meam, pro salute anime mee et omnium parentum meorum, prefato monasterio quicquid habeo vel habere debeo aliquo iure, ratione, dominio et castlanie in domibus que fuerunt fratris G<uillelmi> Adalberti et in domibus quas P<etrus> Muleti edificavit, que se tenent cum illis a parte orientali et in habitatores earum presentes et futuros et in omnem honorem que iam dictum monasterium habet in Villa Francha et in terminis suis vel deinceps habere vel acquirere poterit, emptione vel dono sive aliqua ratione que dici vel nominari potest, ita sane que deinceps ego nec mei nec etiam aliquis homo vel femina pro me vel pro meis ulla voce vel ratione ibi aliquid requiramus vel requirere faciamus ullo unquam in tempore, set sicut melius dici et sanius intelligi potest habeat iam dictum monasterium et fratres eiusdem presentes et futuri prefatas domos cum habitatoribus earum et omnem honorem que modo habent vel deinceps habere et acquirere poterint in iam dictam villam et in suis terminis, franche, libere et quiete sine omni meo meorumque contradictio et impedimento. Pro hac autem donacione et absolucione accipio de beneficis iam dictum monasterium ·C·XL· solidos bone monete Barchinone, quos omnes me habuisse et recepisse profiteor, ideoque renuncio exceptioni non numerate pecunie.

Quod est actum ·XIII· kalendas marcii anno Domini ·M·CC·XVIII·.

Sig+num G<uillelmi> de Villa Francha, qui hanc donacionem et absolucionem firmo, laudo et concedo testibusque firmare rogo.

Sig+num Iohannis de Sala Viridi, sig+num Iohannis de Sala Viridi, armigeris eius, sig+num B. de Miri Raimundi, huius rei testes.

Ego frater G<uillelmi> Petri, qui hoc scripsi et hoc (signe) signum feci cum literis rasis et emendatis in ·XII· linea et in ·XIII·.

1219, agost, 6

Arsenda de Banyeres i el seu fill Peret de Banyeres prometen a Pere Mulet de Vilafranca del Penedès que respondran, sense que en surti danyat ni damnificat, del deute de cent morabatins que Guillem de Santa Oliva havia contret i del qual en van sortir fiadors.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2778, núm. 1. Original. Estripat i tacat. Presenta dificultats de lectura.

Notum sit cunctis quo ego Arsendis et filius meus Peretus de Bagnearis, per nos et nostros, convenimus tibi Petro Muleti de Villa Francha te servare indemnis et ab omni dampno et missione tueri de illa fideiussione centum morabetinorum, quam pro nobis et precibus nostris Guillelmo de Santa Oliva fecistis [quorum] est terminus usque ad carniprivium. [Quod] si forte aliquod dampnum vel missionem inde te oportuit fallimento nostro fustinere totum convenimus tibi et tuis statim restituere et emendare tibi voluntati de quibus omnibus superius et inferius scriptis, credatur tuo plano verbo sine omni causa et sacramento ac calumpnia, et etiam ultra prefatum terminum possis nos compellere persolvendi predictum debitum et eiciendi te alisque omni tuto de prefata fideiussione dampno et ad tuam maiorem securitatem, si in his omnibus prescriptis defeceris et defectu nostro pacabis predictos ·c· morabetinos, modo in presenti vendimus et concedimus tibi iam dicto Petro Muleti et tuis omni tempore vel cui aut quibus aliquo modo dare volueris pro predictis ·c· morabetinos omnia nostra iura integritur sine ulla diminucione, cum senioratico que habemus, tenemus et habere debemus aliquo modo seu aliqua iuris ratione apud Guarnicas et Salfores, pro cunctis locis ibi et in eorum quadris et terminis cum hominibus, mulieribus, censibus, usaticis, questiis, forciis, totltis, laxacionibus, inventionibus et eorum terris, vineis cultis ibi incultus, quartis, quintis, taschis, decimis, locido, cibariis, gravis aliisque quibuslibet agrariis et firmamentis, stabilimentis, emparamentis sive cum omnibus aliis scriptis vel non scriptis que aliquo modo possunt dici vel intelligi, inde vel ibi nobis pertinentibus sine ulla exceptione. Que omnia scripta et singula, cum introitibus et exitibus et eorum pertinentiis trahentes de nostro posse et dominio in tuum tuorumque dominium et posse transferimus, transmutamus et incorporamus istorum pssessionem te introducimus ad habendum, tenendum omnique tempore possidendum et expletandum et ad omnes tuas tuorumque voluntates inde vel ibi, nunc et in perpetuum, faciendas, secure et potenter in pace, emptione tua propria absque aliqua nostra nostrorumque retentione et inquietacione ut melius dici et intelligi potest ad tuum et tuorumque salvamentum et commodum et si hec predicta apreciabuntur aliquo tempore ad maiorem quantitatem precii ultra predictos ·c· morabetinos, postquam eos persolveris totum illud plus et omnia alia prescripta de nobis et nostris in perpetuum sint tibi et cui tu volueris difinita data et

remissa absque aliqua nostra nostrumque retencione, unde omni excepcioni non numerate pecunie et nec habiti auri et exceptioni duplice decepcionis et cuilibet alteri iuri legali vel canonico aut consuetudinario et privilegio ecclesiastico ac mandato deicali vel laicali facto aut facturo que contra hoc aliquo modo valeremus inducere omnino renuciamus, promittentes tibi et tuis nos esse semper guarentes et defensores huius condicionis prescripte vendicionis et uterque nostrum insolidum tibi et tuis de eviccione tenantur super nos et in nostris rebus mobilibus et immobilibus, quibus melius tua auctoritate volueris recipere.

Actum est hoc ·VIII· idus augusti anno Domini ·M^o.CC^o.XVIII^o.

Sig+num Arsendis, predictae, sig+num Pereti de Bagneariis, eius filius, qui hoc concedemus et firmamus firmarique rogamus.

Sig+num Geraldi Petri, qui hoc concedo et firmo.

Sig·SSS·num Petri, presbiteri in cuius posse et per hanc cartam firmavere Arsendis de Bagnearis in similem.

Sig+num Barceloni de Sancta Oliva. Sig+num Berengarii de Spinellis. Sig+num Berengarii Durandi. Testium huius rei.

Iacobus, levita, qui hoc scripsit, precepto Raimundi de Podio, clerici de Villa Francha, cum literis suprapositis in octava linea, die et anno quo su(signe)pra.

556

1219, novembre, 17

Ermessén, amb el consentiment del seu marit Pere d'Arbeca, ven a Bernat Deodat un censal de cinquanta sous barcelonesos de preu i de pensió anual, a pagar el dia de Tots Sants, sis sous de Barcelona. Com a garantia li deixa un hort situat al terme de Montalbà.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2778, núm. 2. Original. Presenta lletres esvanides i taques.

Sit notum cunctis quod ego, Ermessendis, cum voluntate viri mei, Petri de Arbeca, famis tempestate constricti, quisque nostrum pro toto, per nos ac per omnes nostros, vendimus vobis Bernardo Deodato et vestris cui volueritis ·VI· solidos Barchinone censuales et dominium, quos assignamus vobis super unum ortum in termino de Montis Albi, pro ·L· solidos Barchinone, de quibus a vobis confitemur nos bene esse paccatos, renunciantes omni exceptioni non numerate pecunie et doli. Ortus affrontat de una parte in

Granana, de secunda in Iohanne de Ulmiag, de tercia in Buschavida, de quarta in Tomas. Dictos ·vi· solidos Barchinone vendimus vobis et vestris et dominium integrum assignamus vobis et vestris in predicto orto, ita quod de inde alium dominum de orto non eligamus nisi vos et vestros et persolvamus eos vobis annuatim in festo Omnium Sactorum de bona moneta in Barchinonam curribilis sine omni contradictio. Et cum hoc presenti instrumento de nostro iure et dominio dictum ortum eicimus et in vestro iure posse et dominio illum mitimus et tradimus franchum et liberum ut melius dici ac intelligi potest ad omnem vestram vestrorumque voluntatem penitus faciendam. Et si de inde amplius valebit ista vendicio vel modo valet totum in donacione libere vobis et vestris damus. Et de vendicione et pignore faticam ibi ·x· dierum habeatis. Et liceat vobis precio retinere comuni fusi faciamus inde nostram voluntatem, salv<o> in omnibus iure vestre et censu et fatica et dominio.

Actum est hoc ·xi· kalendas decembris anno Domini ·M^o. CC·XIX^o. Et ego Ermessendis iuro per Deum et super sancta quatuor Evangelia hanc venditionem semper ratam et firmam habere et quod nunquam eam ulla ratione vobis contradicta.

Sig+num Ermessendis, iurare. Sig+num Petri de Arbeca. Sig+num Guillelmi, filii eorum. Nos qui hoc iussimus scribi et firmari.

Sig+num A<rnaldi> Pelliparii. Sig+num B. de Molestelo. Testes huius rei.

Non est in dignum Berengarium ponere signum ·SSS·.¹

Ego Petrus de Altet, levita, hoc scripsi iussu B<erengarii> de Tarrega (mà).²

1. Lletra de diferent mà i escrita amb tinta distinta, potser posteriorment: Non est in dignum Berengarium ponere signum ·SSS·. 2. Hi ha una mà dreta dibuixada.

1220, gener, 3

Pere Mulet i la seva esposa Barcelona donen a l'abat Ramon de Rifar de Santa Maria de Santes Creus, per la salvació de la seva ànima i de la dels seus pares i avantpassats, les cases noves de Vilafranca del Penedès, veïnes a les del monestir, les quals Guillem Adalbert, monjo ja difunt, havia aportat al cenobi. També fan donació dels honors que havien pertangut a Ramon de Figuerola i a Pere de Fonollar. A més, lliuren el mas que havia estat d'Esteve de

l'Argilaga i la vinya situada entre un torrent rocós i l'honor de Berenguer d'Espinells. També atorguen al cenobi cinc-cents cinquanta sous de cens que reben de Ramon Despuig pel mas Ricard. Finalment donen a Santes Creus l'honor comprada a Ramon i Ferrer Ricard que havien adquirit a Bernat Doi, i la propietat comprada a Marieta Flequera, veïna a la dels monjos, que era del domini i jurisdicció de fra Guillem Adalbert.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2778, núm. 3. Original.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2778, núm. 4. Trasl·lat (*Hoc est translatum fideliter translatum cuius series sic ordinatur*) fet per Pere Jaume, per manament de Ramon Despuig, clergue de Vilafranca, i Berenguer Bonell, notari de Vilafranca del Penedès, el 8 de gener de 1233 (*Sig+num Petri Jacobi, qui hoc translatum precepto Raimundi de Podio, clerici de Villa Franca et Berengarii Bonelli, notarii eius [...] i del qual foren testimonis Berenguer Cullerer, prevere, A. Rovira, Guillem de Lillet, Bernat Vidal i Berenguer Bonell.*

Sit notum cunctis quod ego Petrus Mulet et uxor mea Barchinona offerimus, damus et, cum hac presenti carta perpetue valitura, tradimus domino Deo et vobis fratri Raimundo, abbati, et monasterio Sanctarum Crucum, ob remedium animarum nostrarum, illas domos nostras novas, quas habemus apud Villam Francham, iuxta domos vestras, que fuerunt fratris Guillelmi Adalberti, monachi, quondam, vestri. Damus autem eas vobis cum ingressibus et regressibus suis et cum omnibus suis pertinenciis de abisso usque ad celum. Damus, etiam, vobis et prefato monasterio honorem qui fuit Raimundi de Figuerola, et honorem qui fuit Petri de Fonolar et uxoris sue et suorum. Damus, preterea, vobis mansum et honorem qui fuit Stephani de Argilaga et uxoris sue ac filiorum eius, et vineas que sunt inter fluvium litarum et honorem Eimerici de Spinles.¹ Illos autem ·D·L· solidos, quos habuit Raimundi de Podio, pro manso Ricardi, cum iure quod nobis ibidem competit pro ipsis quingenti quinquaginta solidis, iam dictis, nichilominus damus vobis. Adicimus, etiam, presenti donacioni, honorem, quem emi a Raimundo Ricardo et Ferrario Ricardo, et illum honorem, quem emi a Bernardo Do² et uxore sua, qui, scilicet, erat quondam,³ sub dominio Petri de Fonolar. Emptionem, quam feci a Marieta Flequera, que est contigua domibus vestris et que fuit de iurisdictione et dominio fratris Guillelmi Adalberti, similiter dono vobis. Hec omnia, suprascripta singula et universa, damus et tradimus vobis et monasterio memorato, sicut ea melius habemus vel habere debemus aliquo modo vel aliqua ratione ad omnes voluntates vestras inde in perpetuum faciendas, cum omnibus terminis ac pertinenciis suis, sicut melius

resonat instrumentis inde confectis. Quantum ad presentem donationem continet cedimus vobis et in vos transferimus ac transmutamus omne ius omnemque actionem nobis pro his singulis et universis competentem vel competituram, tam utilem quam directam. Adhuc damus et concedimus vobis omnia vasa vinaria, que habemus parva et magna, cum duabus tonnibus que fuerunt fratris Guillelmi Adalberti. Ad maiorem⁴ vero utilitatem et securitatem vestra et vestrorum successorum renunciamus actioni in factum et exceptionibus ex edicto quod metus causa vel doli clausula provenientibus seu etiam proventuris. Et specialiter ego, Barchinona, renuncio expressim et ex certa sciencia, amore Dei et intuitu pietatis, privilegio sexus⁵ et dotis, renuncians generaliter cum marito meo prefato, omni alii iuri et beneficio canonico vel civili, generali vel speciali, scripto vel non scripto civili vel consuetudinario. Nos, vero, frater Raimundus, abbas suprascriptus, et conventus noster, attendentes beneficium liberalitatis tui Petri Muleti et uxoris tue suprascripte Barchinone et affectionem⁶ dilectionis qua nos domum nostram ambo amplectimini in visceribus karitatis, laudamus et concedimus vobis quod hoc omnia universa et singula, que nobis cum presenti carta traditis et donatis et omnia que ex donatione vel racione fratris Guillelmi Adalberti ad nos et domum nostram quocumque modo pertinent vel pertinere dabent, cum omnibus honoribus adquisistis vel acquirendis a nobis oblatione fidelium vel alio quocumque modo infra terminos Olerdule et Castri Veteris de Marcha, a colle Alberici in antea versus Villam Francham teneatis et possideatis et expletetis usufructuario iure in omni vita vestra tantum, ita quod de fructibus et expletis faciatis per omnia voluntatem vestram. Altero, vero, vestrum decedente⁷ qui superstites fuerit non possideant nisi solummodo medietatem et hoc in vita sua tantum et post eius obitum medietas que apud eum remanserat possidenda ad nos et monasterium vestrum pleno iure revertat ac cum proprietate nostra consolidetur, sicut et facerat altera medietas predecidentis que ad nos devolvenda erat. Et sic utriusque decedentes⁸ sua medietas ad nos et nostros successores libere et absque omni contradiccione revertatur.

Quod est actum ·III^o. nonas ianuarii anno Domini ·M^o.CC^o.XVIII^o.

Sig+num P<etri> Muleti. Sig+num Barchinone, uxoris eius.

Nos, qui hoc laudamus et firmamus testesque firmari rogamus.

Sig.S.num Berengarii, presbiteri de Villa Francha in cuius posse dicta Barchinona firmavit.⁹

Sig+num Guillelmi de Colle, huius rey testis. Sig+num Petri de Ylerda, testis. Sig+num Guillelmi Adalberti, filii Arnaldi Adalberti. Sig+num Petri de Aquilone. Testes sumus.

Signum (signe) fratris Raimundi, abbatis Sanctarum Crucum, qui hoc laudo et firmo. Sig(signe)num mei fratris B<ernardi>, prioris. Sig+num fratris Raimundi de Segarrii. Sig+num fratris Raimundi de Monte Acuto. Sig+num fratris Petri Ros. (Signe) Signum fratris A<rnaldi> Gotardi. Sig+num fratris Petri, subprioris. Sig+num fratris Petri de Fonte Luporum. Sig+num fratris Gaufredi de Rocheta. Sig+num fratris Bernardi de Olivariis.

Frater Arnaldus, scripsit¹⁰ et hoc + fecit.

1. B: Spinilis. 2. B: Doy. 3. B: condam. 4. B: mayorem. 5. B: pietati. 6. B: affectione. 7. B: desedente. 8. B: decendenti. 9. *Aquest paràgraf l'ha escrit una mà diferent i amb tinta més ressaltada.* 10. B segueix: cum literis rasis et emendatis in quarta linea ubi dicitur qui fuit et suprapositis in [vii] linea ut dicitur et Ferrario Ricardo et suplivi ut dicitur honorem qui fuit Raimundi de Figerola et.

558

1220, gener, 8

Guerau Romeu, en nom seu i de la seva mare Ermessén, reconeix públicament que ha dipositat, en presència del veguer de Barcelona Berenguer, la penyora, tant en béns mobles com semovents, per raó del plet que sosté contra Ramon de Subirats per causa del mas de la Mata.

[A]: Original perdut.

B: *Trasllat perdut fet per Pere de Sant Cugat el 17 de febrer de 1220 (Sig(signe)num Petri de Sancto Cucuphate, qui hoc translatum fideliter scripsit precepto G<uillelmi>, presbiteri cum literis emendatis in linea .xliii^o, quinto decimo kalendas marcii anno Domini M<cc>^o.xviii^o) del qual foren testimonis Peri, prevere, Pere, sacerdot de Sant Martí, Ferrer, prevere, a més de Bernat de Noguera, Pere del Mas, Ramon Sabater, Pere del Mar, Ferrer del Soler i Guillem, prevere notari ((Signe) Petri, presbiteri, Pere, sacerdotis Sancti Martini (signe), sig+num Ferrarii, prebiteri, testius huius translati; sig+num Bernardi de Noguera, sig+num Petri de Manso, sig+num Raimundi Sutoris, sig+num Petri de Mari, sig+num Ferrariis de Solerio, nos omnes huius translati testis sumus; sig+num Guillelmi, presbiteri notarii).¹*

C: *AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2778, núm. 5. Trasllat (Hoc est translatum fideliter ab altero translato translaturum cuius series sic ordinatur) fet el 27 d'abril de 1221 pel levita Jaume (Iacobus, levita, qui hoc fideliter translatavi precepto Raimundi de Podio, clerici de Villafrancha), els testimonis presencials van ser Pere de la Palomera, prevere, Berenguer Ponç, A<rnau> Ponç i Berenguer, prevere (Sig(signe)num Petri de Palomera, prebiteri, sig+num Berengarii Poncii, sig+num A<rnaldi> Poncii, testium huius translati. Sig+num Berengarii, presbiteri, huius rei testis).*

In Christi nomine. Notum sit cunctis quod ego Geraldus Romei, per me et procuratorio nomine pro domina Ermessende, matre mea, profiteor me nec ipsam habere pignera mobilia vel semoventia que ponam in manu vestri domini Berengarii, vicarii Barchinone, pro causa quam habet contra me Raimundus de Subiratis, super mansis de Mata et aliis capitulis et eorum fructibus unde in defectu mobili-um et semoventium, trado et pono et obligo incontinenti in manu vestra omnes possessiones mobiles et iura que habemus ego et domina predicta, mater mea, in termino de Subiratis et in termino de Marmelar et omnibus aliis locis, cum omnibus pertinentciis et appendiciis suis, excepta statica solummodo de Marmelar. Item obligo vobis omnia mobilia et semoventia que ego et domina predicta, mater mea, habuerimus in futurum, de quibus omnibus satisfaciatis vobis et Raimundo de Subirat<i>s, vendendo vel impignorando vel alio modo alienando si contingeret, quod R<aimundus> de Subiratis contra me sentencialiter obtineret et ego nec mater mea nec aliqua alia persona per nos tangemus ibi nec colligemus vel accipiemus aliquid quosque vobis et sibi sit pleniter satisfactum ad cognitionem vestri et curie Barchinone et super hiis omnibus et eorum fructibus, mandetis sententiam executioni secundum quod videritis expedire et promito vobis quod hec omnia et singula concedet domina mater mea et hoc instrumentum iurabit. Et hec omnia et singula iuro per Deum et hec sancta quatuor Evangelia, que omnia observare promito etiam in fide et legalitate qua tenore domino Iacobo, regi nostro, pro posse nostro. Et ego Berengarius Sunniaris, vicarius, hanc promissionem recipio, salvis fideiussoribus, quos pro ista causa pro directo faciendo a vobis Geraldo Romeo et parte vestra habemus.

Actum est hoc ·vi· idus ianuarii anno Domini ·M^o.CC^o. nonadecimo.

Sig+num Geraldus Romei, sig+num Ermessendis, matris eius, qui predica laudamus et firmamus.

Sig(signe)num Iacobi, notarii de Villafrancha publici, quod compositus prelocutus Geraldus Rumei iuravit e concessit hanc presentem cartam in presentia et visu Raimundi de Vide, Bertrandi de Ballucio et Poncii Grivi aliorumque proborum hominum circumstantium.

Sig(signe)num Guillemi de Leucatta, scriptoris de Villafrancha, sub Iacobo, notario, qui eius mandato et loco recepit firmamentum et instrumentum predictae Ermessendis, matris predicti Geraldus Rumei, istus in castro de Marmelario, in presentia predictis Grivi et aliorum circumstantium.

Si (signe) Petri de Sancto Cucuphate. Sig. SS-<num> Guillelmi, presbiteri notarii.

Signum (signe) Guillelmi, scriptoris, qui hoc scripsit cum literis apositis in linea ·iiii^a. ubi notavit et oblige in continenti et in ·vi^a. ubi dicitur vendendo vel inpignorando vel alio modo alienando et in ·viii^a. ubi scribitur ad cognitionem vestri et curie Barchinone et emendatis literis in linea ·vii^a. ubi continetur et ego, die et anno quo supra.

1. Segons consta a C.

559

1220, març, 14

Elvira, comtessa d'Urgell, per la salvació de la seva ànima i de la dels seus pares i per la de tots els fidels vius o morts, dona a l'abat Ramon de Rifar i al monestir de Santes Creus els seus vassalls de Cervera, Ramon Bru i la seva esposa Galveta, amb totes les cases, béns i persones que hi ha, o hi pugui haver, a les possessions i honors de Ramon Bru, lliures de càrregues i de prestació de serveis, amb la gratificació que una vegada morts ambdós, les persones que hi estableixin els monjos també gaudiran de la mateixa prerrogativa que Ramon Bru i els seus.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2778, núm. 6. Original.¹

Manifestetur cunctis quod nos Alvira, Dei gratia, Urgellensis comitissa, benigno animo et volenti divine pietatis respectu, ob remedium anime nostre et parentum nostrorum atque omnium fidelium, tam vivorum quam defunctorum, donamus inter alia beneficia nostra atque offerimus omnipotenti Deo et genitrici eius gloriose Marie Sanctarum Crucum et vobis Raimundo abbati et omni eiusdem loci conventui, presentibus et futuris, Raimundum Brunum et uxorem eius Galvetam, habitatores Cervarie, et cum domibus vel habitacionibus, possessionibus, honoribus quibuslibet aut rebus eorum mobilibus et immobilibus vel semoventibus, presentibus atque futuris, in hunc modum quod, omni vita nostra eundem Raimundum Brunum et uxorem Galvetam atque eorum locum tenentes per nos et locum nostrum ibi tenentes infranquimus et immunes atque liberos facimus remissione peccatorum nostrorum ab omni penitus servicio et usatico, scilicet, de hoste vel exercitu, questia, cavalcata, bovatico, monetatico comuni ville, guaitis, badis, operacionibus et ab omni penitus vecinali servitute et cum etiam

adempriuo et eorum accione, que unquam antecessores nostri et nos accipimus et accipere debemus aut solemus in predicto Raimundo Bruno et uxore sua Galveta et in eorum possessionibus vel rebus quibuslibet vel decetero accepturi sumus ad fidem bonam et utilem intellectum domus predictae Sanctarum Crucum, et Raimundi Bruni et uxoris sue Galvete et locum eorum tenentum omni vita nostra. Et si forte in vita nostra ipse Raimundus Bruno et uxor eius Galveta decesserint, recipimus atque admitimus in hac liberalitate vel franquitate eos omnes, quos domo predictae Sanctarum Crucum ibidem statuerint vel collocaverint.

Factum est hoc ·ii· idus marcii anno Domini millesimo ducentesimo nonodecimo.

Sig+num Alvire, Dei gratia, Urgellensis comitisse, que hoc totum firmamus et concedimus testesque firmare rogamus.

Sig+num Guillelmi de Monte Albano. Sig+num P<etri> Roberti. Sig+num P<etri> de Ratera. Sig+num Petri de Acrimonte. Testium.

Guillelmus de Nargone, qui hoc scripsit et hoc signum (signe) fecit, die et anno quo supra.

1. El pergamí està tallat, sembla que amb tisora, a la part superior, de la meitat cap a la dreta, i a la part inferior, de la meitat cap a l'esquerra. A la part superior, amb lletra rodona d'impremta, hom hi llegeix: Corresponde hoy a la Sección de Sellos, Cajón 54 documento 11, afegit de l'AHNM, i al marge inferior del document, amb lletra actual: Elvira, condesa de Urgel.

560

1220, abril, 30

Pere de Fonolleres, fill, reconeix la venda que els seus pares, Pere de Fonolleres i Elisenda, van fer a favor de Santes Creus quan era menor d'edat al Penedès. Ara, però, que ha arribat a la plena i perfecta edat, ven i renuncia, a favor del monestir, en presència de Pere Mulet, tots els drets que sobre la venda feta pels seus progenitors té i pot tenir per la quantitat de cent sous de Barcelona.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2778, núm. 8. Original.

Notum sit cunctis quod ego Petrus de Fonolaro, iuuenis, re-conosco et scienter confiteor venerabili domui Sanctarum Crucum et suis in posse Petri Muleti de Villa Francha, me non habere aliquod ius nec aliquam racionem in omni illo honore et in tota illa vendicione, quam pater meus, Petrus de Fonolaro, et mater mea,

Elicsende,¹ prefate domui et suis fecit in Penitensi et petitionem quam ibi faciebam et querimonias, quas inde habebam in iuste et contra ius faciebam. Unde ego recogonoscens me esse in plena et perfecta etate diffinio per me et meos et solvo et pro anima mea dono ac remito prelocute domui et suis, presentibus et venturis, in perpetuum, quecumque iura ibi aliquo modo vel racione habeo vel possem aut poteram habere, concedens et confirmans in omnibus et per omnia, cartam empconis originalem, sicuti ea melius scribitur et raciones in ea continentur et sicut melius potest dici et intelligi in hac presenti carta et in aliis inde factis ad salvamentum et comodum prefixe domus et suorum, sic que nunquam de cetero possim ego vel aliqua persona pro me aliquid ibi petere vel demandare aliquo iure vel racione. Imo autem omnino facio inde sepedicte domui et suis firmam et perpetuam diffinicionem et donacionem ut predictum est, absque aliqua mea meorumque revocacione, retencione, excepcione et inquietacione. Accipio autem pro hac diffinicionem et donacionem per manum Petri Muleti centum solidos denariorum Barchinone, huius presentis bone monete curribilis quaternalis, quos mihi pro benignitate et pro emanda pacientia ex parte domus Sanctarum Crucum dedit, de quibus bene ad meam voluntatem pacatus sum. Unde ego sub sacramento de me inferius facto et nominato omni excepcioni non numerate pecunie² et omni infra annos etati et cuilibet iuri ac racioni legum aut consuetudinum que contra hoc possem aliquo casu inducere, penitus renuncio, iurando per Deum supra sancta quatuor Evangelia hanc diffinicionem et donacionem et hec contra prenominata et singula firmiter semper attendere, complere³ et observare et nunquam aliquo iuris casu vel racione contravenire.

Actum est hoc ·II· kalendas madii anno Domini ·M^o·CC^o·XX^o·.

Sig+num Petri de Fonolario, iuvenis, qui hoc iuro, concedo et firmo firmarique rogo.

Sig+num Petri Brandicii. Sig+num Raimundi de Guarnallo. Sig+num Guillelmi Pilicerii. Sig+num Guaschonis. Testium huius rey.

Iacobus, levita, qui hoc scripsit precepto Raimundi de Podio, clerici de Villafrancha, cum literis emendatis in sexta linea et suprapositis in decima et duodecima et decimatercia, die et anno quo su(signe)pra.

1. *Interlineat:* et mater mea. 2. *Interlineat:* omni exceptioni non numerate pecunie. 3. *Segueix repetit:* et complere.

561

1220, juny, 24

Ramon Alemany i la seva esposa Gueraula fan donació a l'abat Ramon de Rifar i a tot el convent de monjos del monestir de Santes Creus de l'aigua del riu Gaià. Poden agafar-ne tanta com vulguin, amunt i avall del Pont d'Armentera, per regar les terres i moure els molins que construeixin a la vora del riu. Manen als seus súbdits i als homes dels seus honors que no molestin els monjos, ja que si enderroquen les construccions per l'aprofitament de l'aigua les hauran de refer.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2778, núm. 9. Original. Presenta dificultats de lectura ja que la tinta d'algunes paraules està força esvanida, amb algunes taques de fongs.

In Dei nomine. Sit notum cunctis quo ego Raimundus Alaman et domina Geralda, uxor mea, attendentes iuxta divine scripture auctoritatem, quod sicut aqua extinguit ignem, ita helemosina extinguit peccatum. Ad utilitatem animarum nostrarum et omnium parentum nostrorum vivorum et defunctorum, offerimus, donamus atque concedimus domino Deo et beate Marie et venerabili monasterio de Sanctis Crucibus et Raimundo, abbati, omnique conventui, presenti atque futuro, aquam nostram de Gaiano, quantumcumque de ipsa volueritis accipere nequi iure vel ratione servitutis, set tanquam pro alodio et dominio puro, tali modo quod possitis aquam dictam accipere in ipso Ponte de Armenthera vel supra vel infra utricumque volueritis infra terminos Pontis in honore meo. Postquam etiam ipsam semel acceperitis et duxeritis si tempor procedente utilius vobis visum fuerit in alio loco accipere et per aliam partem ducere mei honoris, liceat vobis variare ullam meam meorumque contradictione vel temporis obsistente prescriptione, ita quod ex aqua semel accepta et ducta non possit vobis vel monasterio vestro aliquod prejudicium generari, quo minus eam possitis eleccione acceptacionis aque ductus quam sepius variata quocienscumque sine temporis prescriptione, sicut dictum est, quacumque volueritis accipere vel ducere et prout melius videritis expedire. Item si quacumque occasione vel etiam voluntate nolletis vel non possetis predictam aquam ad presens accipere et ducere nichilominus cum volueritis et oportunum vobis fuerit possitis eam accipere et ducere in infinitum pro tracto tempore omni cuiuscumque temporis exclusa penitus et abiecta presumptione. Hanc siquidem donationem et concessionem facimus vobis pure atque simpliciter ad omnes nos-

tras voluntates in perpetuum faciendas, ita quod nos vel nostri non possimus unquam a vobis vel vestris successoribus aliquem censum, usaticum vel servicium exigere vel demandare, set ipsam aquam habeatis pleno iure, ad utendum pro vestra voluntate, sive ad irrigandum sive ad molendina construenda ac aliis etiam concedendum, comutandum, vendendum, impignorandum vel alias quocumque modo volueritis, tanquam vestro proprio utendum, ita tamen quod principibus terre non possetis inde donationem vel alienationem facere quocumque modo. Si autem per acceptionem et presam et ductionem ipsius aque molendina nostra vel hominum nostrorum que ibi habemus in aliquo deteriorata vel minorata aut ex toto destructa fuerint quod non possent aquam habere vos ad arbitrium proborum hominum teneamini nobis et hominibus nostris ipsum dampnum, tam particulare quam universale, restituere et emendare. Siquid autem iuris nobis nunc competit vel competere potest quocumque modo in flumine de Gaiano ab eo loco, quo incipit decunere infra terminos honorum nostrorum inferius contra quemcumque personam vel locum illud inter vos vestrosque successores cedimus et transferimus absque aliquo nostro nostrorumque retentu. Licet ea ad maiorem cautelam et utilitatem monasterii vestri laudamus, concedimus et confirmamus per presentem paginam omnes donationes et concessionem et instrumenta ab antecessoribus nostris et nobis ipsis monasterio vestri factas atque concessas, ita, scilicet, ut siqua iuris sollempnitate aliqua predictarum concessionum nostrarum vel antecessorum nostrorum fuerint destructa per hanc presentem concessionem et confirmationem plenum atque perfectum robor accipiat firmitatis. Renunciando accione in factum et exceptionibus ex doli clausula iurisque vel facti ignorantia provenientibus vel proventuris omnique iuri alii et beneficio divino et humano et consuetudinario generali et speciali. Et ego domina Geralda consulte et bona voluntate renuncio specialiter privilegio sexus et omni alii beneficio mihi specialiter competenti sive competituro. Et quantum ad predicta omnia promittimus vobis legalem garentiam contra cunctas personas.

Quod est actum ·VIII^o· kalendas iulii anno Domini ·M^o·CC^o·XX^o·.

Sig+num Raimundi Alamandi, qui hoc fir[mo], laudo et concedo testibusque firmari rogo. Sig+num domine Geralde, uxoris eius, qui hoc similiter firmo, laudo et concedo.

Sig+num Guillelmo de Monte Acuto. Sig+num Berengarii de Monte Acuto.

Sig+num mei fratris B<ernardi> Calvonis, prioris, qui a Raimundo Alamagno rogatus, testis interfui.

Sig+num fratris Raimundi de Ostalricco, qui rogatus interfui. Ego frater Guillelmus Petri, qui hoc scripsi et [sig](signe)[navit].

562

1220, juliol, 23

Composició feta entre Bernat d'Albà, en nom seu i de les seves filles Gueraula, Saurina i Elisenda, i l'abat Ramon de Rifar i el monestir de Santes Creus sobre la possessió de l'honor de Pacs, que havia pertanyut al difunt Pere de Baiona. Bernat d'Albà i les seves filles, amb el consentiment dels respectius marits, renunciaven als drets i a la possessió de l'esmentada honor a favor del monestir de Santes Creus a canvi del lliurament per part dels monjos de mil dos-cents sous barcelonesos.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2778, núm. 10. Original.

In Dei nomine. Sit notum cunctis hominibus quod, inter B. de Albano et filias suas Geraldam, videlicet, Saurinam et Elicsendem, ac generos suos Guillelmi de Orpi et Blanchafort, ipso B. de Albano, tam nomine proprio quam nomine predictorum quam etiam nomine filie sue Elicsendis, agente causam ex una parte, et monasterium Sanctarum Crucum ex altera deffendente causam eiusdem et protestante venerabili R<aimundo> eiusdem loci abbate, super honore de Pax, qui fuit quondam Petri de Baiona, questio et controversia vertebatur. Quem, quidem, honorem B. de Albano, tum ratione testamenti Dalmacii de Baiona, tum ratione uxoris sue nomine Baione de Albano, quondam deffuncte, quam nomine dotis nichil [habuisse]^l de bonis Petri de Baiona dicebat, tam etiam quam pluribus modis et rationibus ad se filiasque suas pertinere multipliciter asserebat. Ex adverso pars, monasterii prenominati, pro magna parte infitiando predicta ad prefatum honorem obtinendum se munitum de iure docebat, tum ratione fratris B. de Baiona, qui non obstante habitu religionis, quem assumpserat ad eundem honorem ex causa substitutionis iure hereditario vocabatur, tum etiam ratione dotis, quam Sanctia, nurus, quondam B. de Albano, uxor, nunc, Guillelmi de Monte Acuto, cesserat ac concesserat eidem monasterio, tum etiam aliis multis modis. Ad hec prefate partes ad compositionem et amicabilem transactionem, laude et consilio

nobilis² viri R. Alaman, sponte et ex industria venerunt, pena centum aureorum, hinc inde promissam, quam exsolveret pars que contravenire presumeret, rato et firmo pacto transactionis presentis, nichilominus permanenti. Ego itaque B. de Albano cum consilio et voluntate supradictarum filiarum mearum, consentientibus generis meis suprascriptis, per me et per filias meas generosque meos prefatos omnesque successores meos, diffinio, evacuo et remitto in perpetuum vobis dompno R<aimundo>, monasterii Sanctarum Crucum abbati, omnique eiusdem loci conventui, presenti et futuro, honorem de Pax, quem rationibus predictis a vobis petebam vel aliis quibuscumque causis petere poteram vel etiam demandare. Presentem siquidem diffinitionem et evacuationem ac remissionem facio tali modo quod, numquam ratione predicti honoris possim vos vel successores vestros in causam trahere vel quocumque modo convenire, set habeatis eum pleno iure ad omnes vestras vestrorumque successorum voluntates in perpetuum faciendas, sic melius dici potest excogitari ad vestram, et monasterii vestri, utilitatem, sine omnia molestia et contradictione a me vel suprascriptis personis aut quibuscumque successoribus meis aliquatenus facienda. Si autem aliquis nomine mei vel filiarum mearum ac generum meorum fraude aliqua vel ingenio contra presentem compositionem venire temptaverit, siquid forte dampni aut dispendii vos vestri successores exinde incurreritis illud totum bona fide et per stipulationem omnino cessantere malicia resarcire promitto, dans inde, tam vobis quam successoribus vestris, perpetuum regressum atque recursum adversus omnia bona mea mobilia et immobilia utricumque fuerint constructa. De dampno, autem, et gravamine quod propter predictam causam monasterium nostrum unquam forte contigerit reportare credatur vobis simplici verbo et absque calumpnia iuramenti. Nos, vero, Geralda et Saurina et Elicsendis, sponte et ex certa scientia, non coacte vel dolo inducte, cum consilio maritorum nostrorum G. de Orpi et Blanchafort, laudamus, concedimus et firmamus presentem compositionem seu transactionem, promittentes bona fide quod causa ratam semper et inconvulsam habebimus, nec unquam contraveniemus per nos vel per aliam quamcumque personam, quocumque iure vel quacumque ratione. Sic nos Deus adiuvet et hec sancta quatuor Evangelia a nobis corporaliter tacta. Ad maiorem autem securitatem et cautelam vestram et vestrorum successorum, renuntio ego, B. de Albano, actioni in factum et omni conditioni et exceptionibus et edicto quod metus causa et doli clausula iurisque vel facti ignorantia provenientibus vel proventuris, cedens vobis et

in vos transferens omne ius omneque accionem in bonis Petri de Baiona, infra terminos de Pax, quocumque modo mihi vel meis competentem vel aperturam. Et nos, similiter, Geralda, Saurina et Elicsendis, auctoritate patris nostri et assensu maritorum nostrorum intervenientibus, renunciamus expressim privilegio dotis et sexus et beneficio Senatus Consulti Velleiani omnique alii iuri et beneficio scripto vel non scripto, civili vel consuetudinario, sicut unquam melius ex illo nobis possit imponi silentium et utilitati monasterii prenominati, magis valeat expedire, facemur autem et recognoscimus nos omnes pariter supradicti quod, de bonis monasterii, numerata recepimus numerando ·M·CC· solidos Barchione, monete valente marcha argenti quadraginta ·III· solidos, de quibus sumus bene paccati ad voluntatem nostram, ita quod remanentibus ·CCCC·L solidos, penes B. de Albano, cedunt, in parte³ mei, Geralde ·CCCC· solidi, quos iam me fateor recepisse, in partem vero meam ego, Saurina, ·CCC· L solidos cessisse confiteor, quos similiter iam recepi. Pro his ergo ·M·CC· solidos persolutis ac taliter distributis renunciamus omnes exceptioni non [numerate] peccunie et tradite rei vel solute. Insuper damus vobis firmantiam et fideiussorem R<aimundi> Alaman, qui nobiscum et sine nobis predictum honorem de Pax, faciat vobis tenere, habere et expletare et possidere in pace contra omnes homines et feminas. Et ego R<aimundus> Alaman facio vobis dompno R<aimundo> abbati et successoribus vestris hanc firmanciam sicut melius dici potest et excogitari ad vestram utilitatem et domus vestre in perpetuum.

Quod est actum ·x^o· kalendas augusti anno Domini ·M^o·CC^o·XXX^o·.

Sig+num B. de Albano, qui hoc firmo, laudo et concedo.

Sig+num Raimundi Alamand, fideiussoris et testis. Sig+num fratris Gaufridi de Rocheta, testis, qui presens, cum dompno R. Alaman, fuit quando presentem paginam firmavit predictus B. de Albano.

Sig+num Geralde, filie B. de Albano. Sig+num Guillelmi de Orpi, viri eius. Sig+num Petri, clerici de Orpi, testis. Sig+num Poncii de Orpi, testis. Sig+num Petri de Orpi, laici, testis. Sig+num Raimundi Molinari, testis. Isti omnes presentes fuerunt quando G. de Orpi firmavit, similiter, et uxor eius Geralda presens instrumentum firmavit et iuravit ante fores ecclesie Sancti Michaelis de Orpi. Sig+num Saurine, filie B. de Albano. Sig+num Blanchafort, viri eius. Sig+num Rubei de Infirmitorio, testis.

Sig+num R<aimundi> de Valle Forti.

Sig+num Elicsendis, filie B. de Albano.

Sig(signe)num Iacobi de Pratis, notarii Terrachone, sub magistro Guillelmo, qui accepit firmamentum et super sacrosantis sacramentum a Saurina, uxore Blanchafort, in presencia Raimundi de Valle Forti et Rubei de Infirmaria et Guillelmi Pascalis.

Sig(signe)num Petri de Secura, Celme notarii, qui hanc cartam iussi et scribi.

Ego frater Guillelmus Petri, qui hanc cartam scripsi mandato Petri de Secura, publici notarii de Ceuma et hoc (signe) signum fecit, cum litteris dampnatis in sexta linea ubi dicitur nobilis et suprapositis in vicesima prima ubi dicitur in partem.

1. *Estripat el pergami.* 2. *Repetit i ratllat després: nobilis.* 3. *Interlineat: in parte.*

563

1220, agost, 5

Bernat d'Albà dóna fermances a l'abat Ramon de Rifar de Santes Creus que farà signar la carta de lliurament de l'honor de Pacs a la seva filla Saurina i al seu gendre Blanchafort abans de la propera festa de Pasqua. Promet, si això no és possible, restituir al convent tots els danys i perjudicis que s'hagin produït per no haver-se signat l'esmentada carta, i presenta Ramon Alamany com a garantia de la seva promesa.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2778, núm. 11. Original.

Cit.: Fort, *El senyoriu...*

In Dei nomine. Sit notum cunctis hominibus quod ego B. de Albano, sponte et non coactus, bona fide et sine aliqua fraude, promitto vobis dompno R<aimundo>, abbati Sanctarum Crucum, et successoribus vestris et omni conventui eiusdem, presenti atque futuro, quod firmabo vobis cartam honoris de Pax et faciam eam firmare filie mee Saurine et genero meo Blanchafort usque ad festum Pasche, primo venturo, sine omni contadiccio. Et si forte quod absit hoc non fecero vel facere non potuero, quicquid dampnum vel gravaminis inde vobis vel successoribus vestris provenerit, totum illud vobis et vestris integre et plenarie restituam omni cessante malitia et stas inde crediti vestro simplici verbo absque aliquo dampno et calumpnia iu[ran]tea. Ad maiorem autem vestram vestrorumque securitatem et cautelam trado inde vobis et vestris in pignore et retorn mansos meos, qui sunt in termino castris de

Albano, illum, videlicet, qui vocatur de Miraculo, quem modo recuperavi Guillelmi de Monte Acuto, et illos, qui vocantur de Dextris, cum hominibus et feminis et omnibus eorum pertinenciis, sine aliquo meo meorumque retentu. Et etiam ut tuciores et securiores inde sitis dono vobis firmantiam dopnum R. Alaman, qui mecum et sine me predictos mansos vobis et vestris faciat tenere, habere ac possidere fecere et in pace integre et plenarie contra cunctos homines et feminas, sine omni molestia et impedimento. Et ego R<aimundus> Alaman vobis dompno R<aimundo>, abbati Sanctarum Crucum et omni vestro conentui, presenti ac futuro, hanc firmantiam facio et concedo, sicut melius dici et intelligi potest, ad omnem utilitatem vestram et predicti monasterii, sine omni vestro vestrorumque enganno.

Quod est actum nonas augusti anno Domini ·M^o·CC·XX^o.

Sig+num B. de Albano, qui hoc firmo, laudo et concedo.

Sig+num R<aimundi> Alaman, qui hoc laudo et firmo.

Sig+num mei fratris B<ernardi>, prioris, qui rogatus interfui, sig+num fratris Gaufredi de Rocheta, cellerarii maioris, sig+num fratris Guillelmi Pilosi, hius rei testes.

Ego, frater Guillelmus Petri, qui hoc scripsi et hoc (signum) feci iussu B. de Albano.

564

1220, agost, 10

Testament de Pere Ramon, capellà.

[A]: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2778, núm. 12. Trasllat (*Hoc est translatum*) fet per Berenguer Canseret (*Ego Berengarius Canseret hoc transllatum fideliter translatavi et cum originali benigniter comprobavi et illud fidele invei mandato Petri Bonelli ·IX· kalendas septembris anno Domini ·M^o·CC^o·vicesimo*). Estat de conservació dolent. Gairebé és impossible llegir-lo perquè la tinta està totalment esvanida.

Ego Petrus Raimundus, capellanus sedis Terrachone, meum facio testamentum in quo eligo et constituo mihi manumissores G. de Albanello operarium Terrachone et A. de Fagia, clericum eidem, quibus dono plenam licenciam dividendi omnia bona mea consilio et voluntte prioris de Cartoxa et prioris Sanctarum Crucum. In primis domino archiepiscopo centum solidos et illis ·CC· solidos, quos mihi tenet Raimundi de Valle Forti, subsacrista, et alios ·C· solidos mense canonicarum Terrachone. Dimitto Sanctis Crucibus domos

meas quibus maneo et priori Scale Dei ·ccc· solidos. Dimitto nepoti meo Bernardo totam illam terram quam habeo apud Centum Sellas et domum illam, quam tenet sub pignore G. Figera et ipse teneretur solvere sorore sue Sibilie ·ccc· solidos et redimat ipsam domum de ·c· solidos. Dimitto A. de Fagia medietatem sermonum qui fuerit Petri de Tarrachona et testamentum vetus in quo sunt ·vii· libras et testamentum novum in quo sunt ·xxiiii· libras et in obitu suo reddat unum [...] et alium Sanctis Crucis. Dimitto Ferrario de Guardia Discretaciones Abel et Bonnianni et medietatem sermonum qui fuerunt Petri de Tarrachona. Dimitto inter magister Tarrachone et magister et magister Torram ·xii· solidos omnia alia bona qua debui nominare et in testamento ponere et non fieri, pono in arbitrio Guillelmi de Albaneli, operarii Terrachone et A. de Fagia, manumissorum mei predictorum, ut fiant sicut ipsi disposuerint et ita firmiter mando.

Actum est hoc ·iiii· idus Augusti anno Domini ·M^o·cc^o· vicesimo.

Testes huius rei sunt Raimundus Sancto Felice et Bernardus de Grassa. Et ego magister Constancius subscribo et confirmo. Ego magister Thomas, suscribo et confirmo. Ego Petrus <Raimundus> hoc facio testamento et firmo. Ego Guillelmus, operarius. Ego A. de Fagia, sacerdos, ·SS·.

Sig+num Petri Bonelli, qui hoc scripsit mandato magistri Guillelmi Terrachone notarii, cum suprascripto in linea ·viii· ubi dicitur medietate qui fuerit Petri de Terrachone, die et anno prefixis.

565

1221, gener, 24

Bernat de Benages i la seva muller, atès que ell vol entrar al monestir de Santes Creus com a monjo i ella al monestir de Vallbona com a monja, donen mil sous barcelonesos a Santes Creus i dos mil com a dot a Vallbona. També deixen mil sous barcelonesos a la seva mare i sogra, respectivament, perquè professi al monestir o convent que més li agradi, en aquesta quantitat s'hi han inclòs els sis-cents sous que la seva mare, Ramona, li deu. Fan, alhora, donació a Santes Creus de cent cinquanta sous censals anuals que el monestir haurà de destinar a la pitança i al vestit d'un monjo, aquesta quantitat l'obtindran dels rèdits de l'horta i dels horts de Vilafortuny, amb l'avinentesa que si aquests diners manquessin alguna vegada els monjos podrien usufructuar els

béns produïts pels horts i l'horta fins arribar a obtenir els cent cinquanta sous censals.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2778, núm. 13. Original.

In nomine Domini. Sit notum cunctis quod ego B<ernardus> de Benaies et Marie, uxor mea, religionis habitum assumentes, ad honorem Dei et beatissime Virginis, matris eius, et ob salutem nostram omniumque fidelium vivorum vel defunctorum, de comuni consensu et deliberacione plena constituimus ambo pariter animabus nostris de bonis nostris salubriter providere, offerimus, ergo, et donamus et, cum hac presenti scriptura irrevocabiliter, tradimus monasterio Valle Bone duo milia solidorum Barchinone, monete bone et curribilis, valente marcha argenti ·XL·III· solidos, et monasterio Sanctarum Crucum ·M· solidos, pro quibus omnibus obligamus eisdem monasteriis castrum nostrum de Villa Fortuin, cum omnibus terminis suis et adiacentiis et cum omnibus, que ibidem habemus, mobilibus et immobilibus, ita quod monasterium Sanctarum Crucum vel hii quos abbas et conventus eiusdem loci statuerint teneant tamdiu castrum prenominatum et possideant potenter et integre, donec in predictis summis et quantitibus sit eis plenarie satisfactum. Damus, etiam, libenti animo et spontanea voluntate, domine Raimunde, matri mei Bernardi, nuruique mei Marie ·M· solidos Barchinone, cum quibus possit habitum religionis assumere ubi sibi placuerit, set in hiis ·M· solidis computenter ·DC· solidos, qui a me Bernardo eidem matri mee debentur. Assignamus preterea ambo simul donacione perpetua prefato monasterio Sanctarum Crucum ·C·L· solidos censuales in orta sive in ortis de Villa Fortuin, tali modo ut ex inde singulis annis, tam in victu quam in vestitu, uni monacho ibidem sufficienter necessaria ministrentur. Si vero ex contradicione dominorum vel aliquo alio casu contingente predictos solidos censuales in pace forte nequiverit possidere, monasterium dictum de fructibus et redditibus Ville Fortuin tantum quod possit alibi sufficienter emere ·C·L· solidos perpetuo censuales ad idem servitium faciendum. Donamus insuper et concedimus, absque omni retentu nostro nostrorumque, monasterio prenominato Sanctarum Crucum, videlicet, omne ius omnemque penitus accionem nobis quocumque modo competentem, tam utiler quam directo, adversus P<etrum> Groin, nomine usurarum quas percepere abeo tempor quo ipse et pater eius castrum de Villa Fortuin sub pignore tenuerint. Pro hiis ergo omnibus ut maiorem habeant firmitatem, renunciamus nos ambo supradicti, exceptionibus ex doli clausula iurisque vel facti ignorancia proventibus aut proventuris et accioni in factum

omnique condicioni et specialer ego, Maria prenominata, non coacta vel circumventa neque dolo inducta, set gratis et ex certa sciencia renuncio privilegio sexus et minoris etatis. Renunciamus etiam generaliter nos prefati omni iuri et beneficio scripto vel non scripto, canonico vel civili, si quid posset forte suprascripta in aliquo impedire.

Quod est actum ·VIII^o. kalendas februaryi anno Domini ·M^o.CC^o.XX^o.

Sig+num B<ernardi> de Benaies. Sig+num Maria, uxoris eius.

Nos qui hanc cartam laudamus et firmamus et testes firmari rogamus.

Sig+num fratris Guanfredi, cellerarii maioris. Sig+num fratris R<aimundi> de Monte Acuto.

Sig+num Dulcie de Torano. Sig+num Pere Vermel. Sig+num A. Marcha. Sig+num B. Picher. Isti sunt testes.

Frater Berengarius, levita, qui hoc scripsit et hoc sig(sig)ne)num fecit.

566

1221, abril, 26

Guillema de Castellvell o Castellví, per la salvació de la seva ànima, de la del seu fill, Guillem de Montcada, i de les dels seus pares, dóna al monestir de Santes Creus el mas de Lluna, que per ella té Pere de Ferea, amb totes les pertinences i tinences, afrontacions, entrades i eixides, censos agraris, usatges, serveis, quèsties, emprius, el bovatge, host i cavalcada, el delme i el lloçol, amb totes les dones i homes que hi habiten. Ofereix tot això a Santes Creus perquè el monestir ho posseeixi i ho tingui a perpetuïtat segur i com a senyor potent del lloc. A aquesta donació hi afegeix el lloçol i el delme d'un tros de terra que el mateix Pere de Ferea té per ella proper a l'esmentat mas i els que rep de l'honor de Torrelles de Foix.

[A]: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2778, núm. 14. Trasllat fet pel monjo Guillem de Moreta el dia 16 d'abril de 1237 (*Frater G<uillelmus> de Moreta, monachus, hoc translatum scripsit et hoc sig(sig)ne)num fecit ·X^o.VI^o. kalendas maii anno Domini ·M^o.CC^o.XXX^o.VII^o.*).

Cit.: FORT, *El senyoriu...*

In Dei nomine. Sit notum cunctis quodbis, domina Guillelma de Castro Veteri, ob remedium anime mee et filii nostri, Guillelmi de Montecatano, et parentum meorum, damus et oferimus domino

Deo et monasterio Sanctarum Crucum et omnibus servientibus eiusdem loci, in perpetuum, illum nostrum mansum, quem emimus de Bernardo de Belvis in termino Castri Veteris Penitensis, scilicet, mansum de Lunes, quem tenet Petrus de Ferea, tali vero ratione hunc dictum mansum, cum omnibus suis pertinenciis et tenedonibus, affrontationibus, introitibus et exitibus suis, sensibus agrariis, usaticis et serviciis, questiis, ademprivis, bovaticis, hostis et caval-cadas, decimis et locedo et cum hominibus et feminabus, damus et oferimus predicto monasterio et eiusdem servientibus, ut semper in bona pace habeant et teneant secure et potenter, sine meo meorumque retentu. Et addo huic donacioni illum locedum et decimam, quam habemus et accepimus in illam francheram, quam ipse Petrus de Ferea habet et tenet iuxta vel circa mansum predictum, cum illo quod accipio in illo honore de Torrella. Afrontatur autem predictum mansum et aulodium ab oriente in pagesia de Romegera, a meridie in holodio de Sayg et in illo de Populeto, ab occiduo et a circio in illo camino quod tendit de Marmelar versus Verneto. Siquis hoc fregerit nil valeat, set in duplo componat et post maneat firmum.

Actum est hoc .vi. kalendas may anno Domini .M^o.CC.XXI.

Sig+num domine Guillelme de Castro Veteri, qui hoc laudo et firmo.

Sig+num mei fratris B<ernardi> Calvinis, prioris Sanctarum Crucum.

(Armes: sis bessants) Guillelmus de Monte Catano.

Sig+num Guillelmi de Rosanis. Sig+num Raimundi de Voltrera. Sig+num Bernardi de Serriano. Sig+num Guillelmi de Puteo, clericus Sancti Saturnini. Sig+num Bernardi, presbiteri ecclesie de Almunia.

Nicholai, clericus Castri Veteri (signe), qui hoc scripsi apud Almuniam, mandato domine Guillelme, die et anno quod supra.

1221, maig, 15

Composició i pacte entre Berenguera de Serra i l'abat de Santes Creus, Ramon de Rifar, després de moltes demandes sobre tres-cents sous que Pere de Baiona, oncle de la seva mare, li va deixar al testament. Acorden de bona fe que dels tres-cents sous a percebre sobre l'honor de Pacs, el monestir n'hi lliurarà cent vuitanta, amb

els quals se sentirà plenament satisfet i condonarà tot el deute. Amb aquesta quantitat percebuda renunciarà a tots els drets sobre l'esmentada honor, cedint-la íntegrament a Santes Creus.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2778, núm. 15. Original.

In Christi nomine. Sit notum cunctis quod ego Berengaria de Serra, post multas petitiones et demandas, quas contra vos dominum R<aimundum>, Dei gratia, abbatem Sanctarum Crucum, et capitulum eiusdem, movebam super trecentos solidos, quos Petrus de Baiona, avunculus matris mee, eidem in suo testamento legaverat, bono animo et spontanea voluntate per me et meos, venio vobiscum domino R<aimundo>, abbate, et coventu eiusdem, ad finem et amicabilem compositionem in perpetuum, tali modo, quod recipio in presenti a vobis pro iam dictis trecentis solidis centum octuaginta solidos, de quibus sum a vobis bene paccata, unde renuncio exceptioni non numerate peccunie et non tradite rei. Idcirco non decepta in aliquo nec coacta nec vi aut dolo inducta set gratuita voluntate per me et meos, absolvo, diffinio, remitto et condono vobis et vestris successoribus in perpetuum dictos trecentos solidos et quicquid iuris habeo vel habere debeo aliquo modo in honoribus de Pax et in castro et in terminis eiusdem, ratione parentum vel avorum meorum vel qualibet alia ratione, sic quod ego vel aliquis per me non possimus vobis vel successoribus vestris dictos trecentos solidos vel aliquid de predictis honoribus exigere, petere, demandare, nec inde vos vel vestros successores in causam trahere, set quantam ad hoc mihi et meis heredibus et successoribus omnibus et singulis perpetuum impono silencium. Et dono et cedo vobis et successoribus vestris in pepetuum omne ius et actiones meas utiles et directas et remito quas in sepedictis denariis et in honoribus habeo vel habere debeo aliquo modo et quicquid de predictis trecentis solidis penes vos remanet ultra ipsos centum octuaginta solidos, quos inde a vobis recipio et quicquid iuris hebeo vel habere debeo aliquo modo in iam dictis honoribus et castro de Pax et in terminis suis. Dono et trado vobis in presenti, cum hoc publico instrumento, et in corporalem possessionem vos inde mitto in remissione anime mee et parentum meorum et omnium fidelium defunctorum.

Actum est hoc idus madii anno Domini ·M^o·CC^o· vicesimo primo.

Sig+num mei Berengarie de Serra, que hoc firmo et laudo et firmari a testibus rogo. Sig+num Guillelmi Tonsoris, filii Deusde Tonsoris, qui hoc firmat et laudat, renunciando omni iuri, quod in supradictis omnibus et singulis habet vel aliquo modo habere debet.

Sig+num Raimundi de Gaiano. Sig+num Bernardi Marinarii. Sig+num Arditi de Rivo Ulmorum.

Sig(signe)num Petri Bonelli, qui hoc scripsit, mandato magistri Guillelmi Terrachone, notarii, die et anno prefixis.

568

1221, juny, 19

Composició entre el monestir de Santes Creus i Saurina, muller de Guillem de Pontils, i els seus fills, sobre el castell i terme de Selmella. Ambdues parts acorden, primerament, que Saurina i els seus fills donen a Santes Creus tots els drets sobre el castell i terme de Selmella, els que tenien Guillem de Pontils i els seus avantpassats; alhora cedeixen totes les donacions que l'esmentat Guillem de Pontils havia lliurat al monestir, tant abans de casar-se amb Saurina i de néixer els seus fills, com les que havia fet posteriorment. Per aquesta renúncia Saurina i els seus fills reben dels béns monacals la quantitat de cent sous barcelonesos, i garanteixen als monjos que mai no els importunaran, ni ells ni els seus successors.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2778, núm. 16. Original.

Notum sit cunctis qualiter post multas contenciones que fuerunt inter domum de Sanctis Crucibus, ex una parte, et dominam Saurinam, uxorem G<uillelmi> de Pontils, et filios eius, ex altera, super castro de Olmella et terminis eius, quod castrum olim dederat dictus G<uillelmus> monasterio supradicto, tandem ad amicabilem compositionem et diffinitionem pervenerunt in hunc modum. Nos itaque supradicti Saurina et B. de Pontils et Ermesendis, filii mei, non seducti vel coacti diffinimus, damus et cum hac presenti carta, perpetuo valitura, concedimus totum ius nostrum tocius castrum de Olmella, cum omnibus terminis suis et possessionibus, monasterio prenominate, sicut melius habuit et tenuit G<uillelmus> de Pontils et antecessores sui. Concedimus, etiam, omnes donaciones scriptas vel non scriptas, quas dictus G<uillelmus> fecit monasterio de Sanctis Crucibus super castro prenominate antequam me Saurinam in uxorem duxisset vel filios ex me procreasset vel postea fecisset. Pro hac ea diffinitione et evacuacione et absolucione accipimus de bonis monasterii ·C· solidos Barchinone, valencium marcha argenti ·XL·III· solidos, de quibus bene paccati sumus, renunciantes exceptioni

non numerate peccunie, quod amplius valet totum mera liberalitate et pro salute anime dicti G<uillelmi> de Pontils et nostrarum animarum et omnium parentum nostrorum. Deffinimus et damus Deo et monasterio supradicto ad habendum, tenendum, vendendum, alienandum omnesque suas voluntates faciendum. Et de nostro iure in suum tradimus cum hoc presenti instrumento, renunciantes omnes in simul et singuli omni iuri scripto vel non scripto, canonico et civili. Et, etiam, omni quod contra monasterium posset aliqua ratione a nobis vel a nostris successoribus proponi vel allegari, convenimus, etiam, esse guarentes monasterio contra omnes personas generis nostri unusquisque nostrum de supradicta donacione.

Quod est actum ·XIII^a. kalendas iulii anno ab Incarnatione Domini ·M^o.CC^o.XX^o. primo.

Sig+num Saurine. Sig+num B. de Pontils. Sig+num Ermesendis. Nos, qui hanc cartam laudamus et firmamus et testes firmari rogamus.

Sig+num R<aimundi> Alamanni, qui hoc laudat et firmat.

Sig+num mei fratris B<ernardi>, prioris. Sig+num fratris Gaufredis, cellararii maioris.

Sig+num A. de Mirales. Sig+num G<uillelmi> de Monte Accuto. Sig+num Berengarii de Monte Accuto. Sig+num Ardid de Rivo Olmorum. Sig+num Pere de Aquilone. Sig+num B. de Aquilone. Sig+num Pere de Guinovard de Tarrega. Sig+num Bertrandi de Pontils. Sig+num Berengarii Tarul. Sig+num Pascalis Ferrarii. Isti sunt testes.

Frater Berengarius Dezcanos, levita, qui hoc scripsit et hoc sig(sig)ne)num fecit, die et anno quo supra.

569

1221, setembre, 15

Guerau de Selmella, per ell i per tots els seus, i per renei de les seves ànimes, dóna a Déu, a santa Maria i al monestir de Santes Creus, a perpetuïtat, tots els drets que té sobre el castell i terme de Selmella, retenint-los mentre visqui. I perquè aquesta donació tingui més fermesa els lliura l'honor de la Romeguera, que té al mateix terme, amb la condició que sigui sebollit al monestir.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2778, núm. 17. Original. Il·legible. Utilitzarem el trasllat notarial, document núm. 18.

- B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2778, núm. 18. Trasllat notarial fet per fra Berenguer Dezcanos el dia 7 de gener de 1241 (*Frater Berengarius Dezcanos, hoc translatum fideliter scripsit et hoc sig(signe)num fecit ·vii· idus ianuarii anno Domini ·M^oCC^oXL^o·*).
- C: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2778, núm. 19. Trasllat notarial fet per fra G. de Tarragona el 13 de març de 1247 (*Frater G. de Tarragona, monachus, hoc translatum fideliter translatavit ·iiii· idus marcii anno Domini ·M^oCC^oXL^oVI^o· et hoc signum (signe) fecit*).

Notum sit cunctis quod ego Geraldus dez Olmela, per me et per omnes meos, cum auctoritate¹ presentis pagine omni tempore valiture,² benigno volenti et consulte³ animo, ob remedium anime mee et parentum meorum, dono, concedo penitusque confirmo irrevocabiliter omnipotenti Deo et beate eius genitrici Marie et monasterio Sanctarum Crucum et fratribus eiusdem, presentibus et futuris, et quibus, etiam, voluerint nunc et in perpetuum omnia iura quecumque habeo et accipio et habere sive accipere debeo et spero, quibuscumque rationibus, in castro dez Olmela et in eius villa et habitatoribus et honoribus et terminis et pertinenciis omnibus longe et prope. Omnia siquidem iura, que in predicto de dez Olmela et in omnibus pertinenciis nominatis et nominandis habeo et accipio et habere sive accipere debeo et spero, ratione paterna et materna sive quibuslibet aliis modis, sicut melius et plenius ad me pertinent et pertinere debent, dono et laudo et omnio concedo domino Deo et beate Virgini Marie et domui Sanctarum Crucum et eiusdem fratribus, presentibus et futuris, ad omnes eorum voluntates et quorum voluerint ibi et inde perpetuo faciendas eorum bone cognitioni. Verum presente retineo mihi et statuo quod in omni vita mea habeam et possideam totum donum prefatum et post meum obitum prefate domui et fratribus absolute et libere et sine omni obstaculo revertatur. Ut autem iam dicta donacio maiorem habeat firmitatem modo a presenti instrumento ratione tenedonis tocuis doni concedo, trado et delibero premissis cenobio Sanctarum Crucum et ipsius fratribus totam illam dominicaturam meam vocatam de Romegera,⁴ quam habeo in termino dez Olmela et amplius totum ius, dominium et mandatum, quod habeo et habere debeo in omnibus iuribus que predictum habet cenobium et habere debet in predicto⁵ castro dez Olmela et in omnibus eius terminis et pertinenciis, ratione B. de Pontils et G. de Pontils, condam, patris ipsius, sine omni exceptione et retentione mea et meorum, ad omnes eorum voluntates perhenniter faciendas, sicut melius et utilius dici potest et intelligi ad bonum eorum intellectum et salvamentum. Ne vero in vita sive in ultima voluntate predictam donacionem per-

mutare infringere vel contra eam in aliquo venire valeam, sciens consultus et spontaneus renuncio omni legi, iuri et accioni, quibus contra premissa posse unquam adiuvari et in aliquo vel relevari, nec non per me et meos, convenio bona fide legalem semper guirenciam facere de hoc toto contra omnes personas supradicte domui et fratribus et quibus voluerit sine omni eorum fraude. Preterea cum testimonio huius scripti dono et concedo corpus et animam meam prefato monasterio Sanctarum Crucum, promitens quod utricumque morte preventus futuro, corpus meum defferii faciam in dictum cenobium causa sepulture ibi accipiendo.

Factum est hoc .xvi. kalendas octobris anno .M^o.CC^o.XX.I.

Sig+num Guiraldi dez Olmela, filii G. dez Olmela, qui hoc totum concedo et firmo, testesque firmare rogo.

Sig+num Petri de Pulcro Loco. Sig+num R<aimundi> Bruni. Sig+num B. filii G. de Corzano. Sig+num B. Scafini. Sig+num B. de Moros. Testium.

Guillelmus de Ponte, qui hoc scripsit et hoc signum (signe) fecit.

1. C: auctorite. 2. C: valitura. 3. C: consulto. 4. C: Romiguera.
5. C: prescripto.

570

1222, abril, 9

Composició i pacte entre Ramon de Freixa, en nom de la seva mare Guillema de Freixa, i l'abat de Santes Creus, Ramon de Rifar, sobre els drets i la propietat de les honors, motiu de disputa entre ambdues parts, les quals havien pertangut al monjo difunt, Guillem Adalbert, situades a la parròquia de Santa Margarida, al terme del castell d'Olèrdola, al Penedès. Per aquest pacte Ramon de Freixa renuncia a tots els seus drets i accions a favor del monestir a canvi del pagament de trenta sous, moneda corrent de Barcelona.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2779, núm. 2. Original.

Notum sit cunctis quod ego Raimundus Feixo, fateor et recognosco me iniuste et absque raonabili causa movisse vobis dompno Raimundo, abbati Sanctarum Crucum, et domui vestre contentionem et litem nomine Guillelme de Feixa, matris mee, super quibusdam honoribus et possessionibus quos et quas habetis et possidetis titulo

ac donatione sive occasione Guillelmi Adalberti, monachi quondam vestri, infra terminos castri de Olerdola in Penitensi, in parrochia Sancte Margarite. Predictos itaque honores et possessiones quascumque, pro quibus sicut supradictum est vos iniuste vexaceram, absolvo ex habundanti evacuo et remito vobis, prenominato abbati et domui vestre, in perpetuum, ita quod non possim unquam vos vel vestros successores ex inde inquietare vel in causam trahere aliquo iure vel aliqua ratione. Siquid autem iuris prefatis honoribus ad me pertinuit husque modo vel pertinere potuit quoquo modo illud totum cedo vobis et domui vestre ex toto, cum hac carta perpetuo valitura, absque omni meo vel meorum retentu, prout melius dici vel excogitari potest, ad vestrum vestrorumque successorum comodum ac profectum. Et ut magis mihi et matri mee suprascripte silentium imponatur. Fateor me de bonis vestris recepisse et habuisse .xxx. solidos, bone monete curribilis Barchinone. Pro hiis vero omnibus sicut in presenti habeantur instrumento, renuncio actioni in factum et exceptionibus que ex doli clausula seu iuris vel facti ignorantia possent afferre mihi vel meis in aliquo subsidium vel iuvamen, omni etiam iuri et beneficio civili vel consuetudinario, scripto vel non scripto. Renuncio similiter consulte et ex certa sciencia tanquam hic esset enumeratum specialiter et expressim, ut autem hec predicta firmius et inviolabiliter teneantur et observentur. Ego predictus Raimundus Feixo iuro eta atendere et observare in perpetuum ut superius scribitur, sic me Deus adiuvet et hec sancta quatuor Dei Evangelia tactis a me corporaliter.

Actum est hoc .v. idus aprilis anno Domini .M^o.CC^o.XX^o. secundo.

Sig+num Raimundi Feixa, qui hoc feci scribere testibusque firmari.

Sig+num Geraldi de Valle Clara. Sig+num Guillelmi de Riber. Sig+num Avinaxie. Testes huius rei.

Bernardus de Tapiis, presbiter, hoc scripsit mandato B. de Tarrega et hoc (signe) fecit.

571

1222, abril, 14

Berenguer de Vilalba(?) promet a l'abat Ramon de Rifar fer-li donació de tres mitgeres de blat, cada any el dia de la Mare de Déu d'Agost, de les rendes de l'honor que té a la vila i terme de Montblanc, perquè amassin pa blanc sense cap mixtura.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2779, núm. 3. Original.

Notum sit cunctis quod ego Berengarius de Villa Limba, bono animo et spontanea voluntate, per me ac per omnes successores meos, presentes et futuros, dono, promitto et in perpetuum convenio, domino Deo et beate Marie et conventui Sanctarum Crucum universo et Raimundo, eiusdem loci abbati, pro redemptione anime mee parentumque meorum, scilicet, tres migerias frumenti boni, pulcri, optimi et recipientis sine aliqua mestura in unoquoque festo annuatim Sancte Marie Augusti, sine aliqua transgressione et dilacione super ipsum totum feudum quod habeo vel habere debeo in villa et in termino Montisalbi. Tamen si aliquis contradixerit prenotatam donacionem et super omnia alia bona mea, mobilia et immobilia, que habeo vel habere debeo in dicta villa et terminis suis, sicut in aliis locis, habeatis, teneatis et semper possideatis in perpetuum. Girentiam vero me esse promitto contra omnes personas perhenniter ante omnem causam et placitum, absque omni dolo et excusatione. Quicumque, etiam, contra presentem paginam in aliquo attemptaverit, iram Dei omnipotentis et gloriose Virginis Marie omniumque sanctorum incurrat et a comunione corporis et sanguinis domini nostri Ihesu Christi alienus fiat et extorris et cum Iuda traditore partem habeat et pena Dathan et Abirim a Domino puniatur et ne pena temporalis ei desit et meum successorumque meorum se sciat perpetuum inimicum et post ammissionem suarum rerum a me tamquam traditorem gravitur sine aliquo remedio puniendum. Ego, autem, prescriptus Raimundus, Crucum Sanctarum abbas, promitto et in perpetuum convenio et concedo vobis dicto Berengario de Villa Limba quatinus annuatim in die Veneris Pasche Domini in perpetuum omni prelibato Sanctarum Crucum conventui ex ipso frumento dicto panem pulcrum, bonum et optimum sine aliqua mestura ei penitus attribuam.

Actum est hoc ·xviii^o· kalendas madii anno Domini ·M^o·cc^o·vegesimo secundo.

Sig+num Berengarii de Villa Limba, qui hoc iussi scribi et firmari.

Sog+num Bertrandi de Sala Nova. Sig+num Guillelmi Petri Arnaldi. Testium

Ego Bertrandus de Tapiis, presbiter Montis Albi, notarius hoc (signe) feci.

Petrus de Secura, diachonus, hoc scripssi iussu B. de Tarraga et B. de Tapiis, notarii et hoc (signe) feci.

572

1222, maig, 7

Venda dels drets del mas Ricard feta per Guillem de Vallmoll, fill de Pere Ricard, la seva mare Maria i les seves germanes Maria i Ermessén, a favor de l'abat de Santes Creus, Ramon de Rifar, per quaranta sous barcelonesos.

[A]: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2779, núm. 4. Trasllet de 19 de març de 1237 (*Hoc est translatum fideliter factum .XIII. kalendas aprilis anno Domini .M^o.CC^o.XXX^o. sexto*) fet per fra Pere Arnau, subprior (*Sig(signe)num fratris Petri Arnaldi, siubprioris qui hoc scripsit die et anno quo supra*). Els testimonis eren fra. G. Traver, cellerer mitjà i fra Pere de Fontdellops (*Signum + fratris G. Traver, cellararium medii; sig+num fratris Petri de Fonte Luporum*).

Notum sit cunctis quod ego Guillelmi de Valle Molle, filius Petri Ricardi, et mater mea Maria et sorores mee Ermesendis et Maria, per nos et nostros, damus et concedimus domino Deo et domui Sanctarum Crucum et omnibus servientibus eiusdem domus quicquid iuris habemus et habere debemus in manso de Ricardo et in suis pertinenciis et terminis. Et de nostro nostrorumque iure et dominio atque proprietate in ius et dominium atque posteritate eiusdem domus et servientum suorum tradimus, transferimus et transmittimus totum. Et, etiam, in corporalem possessionem predictam domum et suos servientes inducimus et commutamus ad habendum, tenendum et possidendum omnique tempore expletandum in pace et ad omnes suas suorumque voluntates inde vel ibi perhenniter faciendas alisquali qua nostra nostrorumque retentione et exceptione, ut melius dici vel intelligi potest ad profectum et bonum intellectum iam dicte domus. Et nos et nostri semper erimus inde auctores et defensores contra omnes personas eius iam dicte domui et successoribus et servientibus et tenemur me eidem domui et suis de] evictione super nos et omnes res nostras. Accepimus omni de bonis eiusdem domus pro hac donatione et concessione per manum Petri Muleti .XL. solidos denariorum Barchinone, bone monete curribile, et valente marcha argenti .XLIII. solidorum, de quibus bene ab ipse paccati sumus. Et si plus valet vel de cetero unquam volebit totum damus et remitimus domino Deo et eidem sepedicte domui Sanctarum Crucum et suis rectoribus ob remedium anime nostre et quantum ad etiam omni exceptioni non numerate peccunie et duplici enganni et cuilibet alii iuri et rationi legum et consuetudinum que contra predictam domum vel suos intoducere possemus penitus renunciamus.

Actum est hoc nonas madii anno Domini ·M^o·CC^o·XXII^o.

Sig+num Guillelmi de Valle Molle. Sig+num Marie, matris eius. Sig+num Ermessendis, sig+num Marie, sororum dicti Guillelmi. Nos qui hoc concedimus et firmamus.

Sig+num Guillelmi Segarii. Sig+num Petri de Lileto. Sig+num Bernardi de Riparia. Huius rei testium.

Ego G. de Masgrad, presbiter in Reds, qui hoc instrumentum vidi et feci firmare domine Marie, et filiabus suis Marie et Ermessendis.

Sig+num fratris Sancii qui hoc scripsit precepto B. de Podio, clerici de Villa Franca.

573

1222, maig, 25

Concessió a Ermengol Sense Terra, a la seva esposa Elisenda i al seu fill Ponç de les batudes i joves del terme de la Guàrdia dels Prats, i dels tragins, a escollir entre els de la Guàrdia dels Prats i els de la Torre de Falcs, del pa, del vi i de la carn.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2779, núm. 5. Original.

Notum sit cunctis omnes homines per nos ac per omnes nostros probis homines de Guardia Pratis, laudamus et concedimus et recognoscimus autem vobis domino Ermengaudio Sine Terre, et domina Eligsendis de Falxs et Pontii, filii eorum, omnes ioves, batudes, tragins, in tali pacto quod, ioves et batudes fatiamus intus termino de castro Guardie Pratis per totum termino tantummodo<do>, et dictum tragino ad Turrem de Falx vel ad Guardiam ubique volueritis melius. Et vobis dictos seniores faciatis ad ipsos ioves et batudes et traginos omnem opus de pani et vini et carne, sicut mos est in terra, et est sciendum de ipsos probis hominibus que sunt mansos et medium mansos tantummodo et non alios. Et hoc totum supradictum promittimus nos et per omnes nostros in perpetuum, ita atendere et observare ut superius scriptum est, quod nos et nostros^l successores nostros nostrorumque non possum extraere neque penitere per nullam rem, sicut scriptum est, ita atendere et observare omni tempore. Siquis hoc fregerit in dupplo componat et post firmum remaneat omni tempore.

Actum est hoc ·VIII· kalendas iunii anno Domini ·M·CC·XXII·.

Sig+num Bernardi de Olugia. Sig+num Petri Albarich. Sig+num Berengarii de Villa Grassa. Sig+num Iohanni Irovardi. Sig+num Guillelmi de Sancti Tantuli.

Petrus de Planis, presbiter, scripsit et rasisit et emendavit in octava linea ut dicitur ita atendere² et hoc (signe) fecit.

1. *Segueix ratllat: et.* 2. *L'esmena que diu que es fa a la vuitena línia, s'efectua a la novena, amb el ratllat de et, talment com ho fem constar.*

574

1222, juny, 24

Confirmació i venda feta per Berenguer de Vilafranca a favor de Ramon de Rifar, abat de Santes Creus, de tots els drets i pertinences de la propietat monacal de Fontscaldetes, de l'honor de Sant Pere del Gaià i de l'honor de Vila-rodona per cent cinquanta sous de Barcelona.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2779, núm. 6. Original.

In nomine Domini. Pateat universis quod ego Berengarius de Villa Francha, dessistens ex toto a questionibus et demandis, quas ad usus domum Sanctarum Crucum facere proponebam et propter quibus causa quasdam feceram commiseraciones super honoribus vriusis(?) quos habet et tenet domus dicta a flumine Gaiane versus Capram et Sanctam Mariam de Plano, gratis et spontanea voluntate per me et per omnes meos, ob remedium anime mee, cum hac carta inviolabiliter duratura, laudo, concedo et]confirmo vobis dompno R<aimundo>, prefate domus abbati et eiusdem loci conventui, tam presenti quam futuro, grangiam vestram de Fontibus Calidis, cum omnibus terminis et pertinenciis suis et honorem Sancti Petri de Gaiano, cum molendinis ibidem factis et faciendis et cum aliis terminis et pertinenciis ac tenedonibus suis et omnes honores, quos habetis et habere debetis a flumine Gaiani versus collem de Capra et Sanctam Mariam, cum honore de Villa Rotunda et ceteris honoribus vestris infra predictos terminos compre<h>ensis. Predictos honores laudo, concedo et confirmo vobis et successoribus vestris in perpetuum cum omnibus iuribus et rationibus et possessionibus universis ad vos et domum vestram quocumque modo vel ratione ibidem pertinentibus, sicut melius dici potest ven intelligi ad vestram utilitatem et profectum, absque omni meo meorumque detentum. Siquid autem iuris in prefatis honoribus et locis ad me usque in presentem diem pertinuit vel pertinere potuit, quoquo modo, totum illud cedo vobis in vos vestramque domum transfero cum omnibus

accionibus mihi competentibus, tamen utilibus quam directis, ad omnes vestras vestrorumque voluntates perpetuo faciendas et ad maiorem autem securitatem et cautelam. Promito vobis bona fide et per stipulationem sollempniter interpositam me presentem concessionem et confirmationem ratam et inconcussam perpetuo habiturum, ita quod contra non veniam aliqua fraude vel ingenio per me vel per aliam quamcumque personam et pro his omnibus suprascriptis ex certa sciencia obligo me vobis de eviccionem me et omnia bona ea utricumque sint, mobilia et immobilia, specialiter autem promito vobis, que si Guillelma, consanguinea mea, uxor condam Petri de Aguda, aut filii sui vel aliquis de genere meo seu alius quicumque, de honore Sancti Petri de Gaiano vel de aliis honoribus suprascriptis temptaverit unquam aliquid a vobis evincere vel extorquere. Ego pro ruriis suprascriptibus vos et domum vestram defendam. Quod si quos sumptus vel gravamina vos aut vestros successores facere unquam propterea oportunis preter obligationem generalem superius factam, dono vobis speciale retorn atque degressum super universis et singulis quos habeo et habere debeo sub dominatione archiepiscopi et ecclesie Terrachone. Intendens autem amplioem adhuc vobis facere gratiam ob salutem anime mee et confirmo et laudo vobis et vestris successoribus per me et omnes meos donaciones omnes et concessionem a me <h>actenus. Vobis factas et omnes honores et bona seu iura quos et que habetis et habere debetis in quibuscumque locis prope vel longe positis ultra Gaianum velo citra quemadmorum ad vos et sepe dictam domum Sanctarum Crucum ex donacionibus, emptionibus, laxacionibus et adquisicionibus quibuscumque pertinent vel pertinere debenti de bonis vero vestris faceor me habuisse a vobis centum quinquaginta solidos Barchinone, de quibus in his que opus habebam mihi liberaliter subvenistis renunciatis me excepcioni non numerate peccunie. Etiam presencium robur semper habendum, renuncio scienter et consulte excepcionis ex doli clausula et iuris vel facti ignorancia provenientibus vel pro venturis et accioni in factum et omni condicioni omnique alii iuri et beneficio scripto et non scripto humano vel divino generali vel speciali mihi competenti vel competituro.

Actum est hoc apud Monte Album, in domo Petri Iohannis, ·IX· kalendas iunii anno Domini ·M^o·CC^o·XX^o· secundo.

Sig+num Berengarii de Villa Francha, qui hoc iussi scriberet et firmari. Sig+num Iohanni de Aula Viridi. Sig+num Raimundi de Bono Vivere. Sig+num Bernardi Sancii. Sig+num Bertrandi de Sala

Nova. Sig+num Gaufridi, cellerarii maioris de Sanctis Crucibus. Sig+num fratris Bernardi de Turre. Testes huius rei.

Ego Bernardus de Tapiis, presbiter, Montis Albi, notarius, hec (signe) feci. Sig+num mei fratris B<ernardi> Calvinis. Testis sprascriptorum.

Ego Guillelmus de Foree hoc scripssi iussu Berengari de Tarrega, et B<ernardi> de Tapiis, Montis Albi, notarii, et hoc (signe) feci.

575

1222, juliol, 18

Galceran de Pinós, amb el consell del seu pare Ramon Galceran, dóna a Ramon de Rubió i a la seva esposa Arsenda i als seus descendents el castell de Montalbà, amb el terme i tot el que hi ha, amb les mateixes condicions i de la mateixa manera que el va tenir el difunt Arnau de Mor; les terres del terme, amb les entrades i eixides, amb les fortificacions i amb tots els drets; amb les cases i estances, amb el senyoriu sobre tots els homes i les dones, i el dret de jutjar; decidir i cobrar els judicis i plets; amb els emprius, les herbes i les palles i tots els serveis com correspon a un feu. Tot ho lliura amb la condició que Ramon de Rubió i els seus no tinguin cap més senyor que no sigui ell o els seus.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2779, núm. 7. Original.

B: ANC. Còpia microfilmada dels pergamins de l'AHNM. Carpeta 2779, núm. 7.

C: AHCV. Còpia de la còpia microfilmada de l'ANC. Microfilm núm. 7 de la carpeta 2779 de l'AHNM.

Notum sit cunctis presentis atque futuris quod ego, Gaucerandus de Pinos, per me et per omnes meos, presentes et futuros, consilio et voluntate Raimundi Gaucerandi, patris mei, reddo, laudo et concedo atque noviter, cum hoc presenti instrumento, dono et trado vobis R<aimundo> de Rubio et uxori vestre Arsende et vestris omnique in perpetuum vestre posteritati, videlicet, primum castrum de Monte Albano, cum omnibus terminis sibi pertinentibus, veluti A. dez Mor, condam, et sui per nos et per nostros eum habuerunt et tenerunt et in cartulis suis denotatur que dictum castrum de Monte Albano, cum omni terminis suis, cum introitibus, exitibus atque reductibus, cum hermis et populatis, cum pascuis, aquis et lignis, nemoribus, garricis, cum comuniis et semitis, cum hominibus et feminabus, cum dominicaturis, cum redditibus et exitibus ad

ductibus et reductibus omnibusque iuribus et affrontacionibus, cum domibus et staticis, a celo usque in abissum, cum mandato et senioriatico, districto in hominibus et feminabus, presentibus et futuris, cum stacamentis et placitis et omnibus ademprivis, erbis et paleis atque serviciis omnibus fevo dicti castris pertinentibus. Hec omnia predicta et singula veluti A. dez Mor per fevum tenuit et habuit, cum omnibus decimis et iuribus gratis vel vi fevo dicto pertinentibus et instrumentis suis denotare fecimus, ita reddimus, laudamus et concedimus ac noviter firmiter damus et tradimus vobis dicto R<aimundo> de Rubio et uxore vestri Arsende et vestris omnique in perpetuum vestre proieniei et quibuscumque volueritis, ut melius dici et intelligi potest, a quolibet viro iurisperito ad omnem vestrorumque utilitatem pro dare et tenere et vendere sive quocumque modo alienare volueritis ad omnes vestras voluntates et vestrorum hic et inde faciendas, perpetuo iure possidendum et habendum sine omni contradictio omni absolvimus vobis illud emparamentum que dicto A. nec suis fecimus. Et si quam ab eo vel a suis querimoniam habuimus necque aliquo iuste vel inuste sibi fecimus petitionem nec facere poterimus usque in hunc presentem diem in quo hec presens perpetuo valitura scribitur carta, totum vobis difinimus, absolvimus et relaxamus, renuncians omni accioni et iuri, que contra hoc nos vel nostris iuvare posset. Et vos nec vestros nocere valent ideoque pro iam dicto dono nos predicti receptores et vestri posterii post vos sitis mei solidi et valitores et defensores mei et meorum contra cunctos homines et feminas, exceptis ipsis senioribus dez Mor, cum omnibus convenienciis et omni servicio, que dictus A. dez Mor mihi et meis facere debebar et sibi in scriptis suis nostri precessores firmaverunt, concesserunt. Et si facte(?) te aliquis de predicto dono vobis minuerit vel abstulerit sive in aliquo vos perturbaverit, totum illud que de predicti et omnibus minutum vel abstultum esset in meis dominicaturis et aliis exitibus meis vobis restituissem. Quapropter ego, predictus Gaucerandus, et omnis tuus me mea posteritas erimus inde legalis guirentes de prescripta donacione et defensores contra omnes personas omni vestra vestrorumque fraude remota.

Facta carta .xv. kalendas augusti anno Domini .M^o.CC^o.XX^o.II.

Sig+num Gaucerandi, qui hoc laudo, concedo et firmo et a testibus firmari rogo.

Sig+num G. Angleola. Sig+num P<etri> de Acuta. Sig+num G. de Boxados. Sig+num B. de Besulduno. Sig+num P<etri> de Verduno, qui huius rei testes sumus.

A. de Pino scripsit et hoc signum (*signe*) fecit, die et anno quo supra.

576

1222, agost, 13

Berenguer de Torró retorna per sempre a Pere de Puig la peça de terra, que era d'aquest, que li havia cedit per esmena de l'honor que aquell posseïa al terme del castell de Sant Martí, a Pradellvenent, entre l'honor de Pere de Pradellvenent i el camí.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2779, núm. 8. Original.

Notum sit cunctis quod ego Berengarius de Torrone, per me et meos, solvo, reddo atque diffinio tibi Petro de Podio et tuis omni tempore vel cui au<t> quibus aliquo modo dare seu dimittere volueritis, illam petiam de terra tuam propriam, quam mihi dedisti pro emenda cuiusdam honoris infra terminum katri Sancti Martini, apud Pratellum Venancium, inter honorem et domos Petri de Prately Venancio et viam publicam. Sicut terminatur dicta petia de terra a terminis isitis sive affrontacionibus suis, sic tibi et tuis et cui tu volueris eam solvo, vendo, reddo atque diffinio in perpetuum, cum introitibus et exitibus omnibusque suis pertinentiis sine ulla mea meorumque excepcione. De meoque posse et dominio in tuum tuorumque posse et dominium eam transfero, trado et transmuto ad habendum, tenendum omnique tempore possidendum et expletandum et ad omnes tuas tuorumque voluntates, inde vel ibi, nunc et in perpetuum, faciendas secure et potenter in pace, empcione tua propria absque aliqua mea meorumque retentione ut melius potest dici et intelligi ad tuum tuorum tuorumque salvamentum et commodum et ut melius scribitur in carta, quam inde mihi fecisti quam tibi reddo, solvendo et evacuando tibi et tuis omni tempore totum illud pro quo tu mihi prefixam petiam dederas. Unde quantum ad hoc totum renuncio omni iuri et rationi legum et consuetudinum, que contra hoc possem aliquo modo inducere.

Actum est hoc idus augusti anno Domini ·M^o·CC^o·XX^o· secundo.

Sig+num Berengarii de Torrone, qui hoc totum concedo et firmo firmarique rogo.

Sig+num Berengarii de Spinlis. Sig+num Bertrandi de Valle Molli. Sig+num Raimundi de Guarnallo. Testium huius rey.

Iacobus, levita, qui hoc scripsit precepto Raimundi de Podio, clerici de Villafrancha, et iussu predicti Berengarii de Torrone, die et anno quo su(signe)pra.

577

1222, agost, 13

Pere Mulet en el seu testament elegeix marmessors Arnau Clergue, capellà seu, i Pere de Manresa. Mana ser enterrat a Santes Creus, i per aquest acte fa donació als monjos del seu honor, tot confirmant la que amb anterioritat els havia fet de l'honor esmentat, segons consta al pacte i convinença que ambdues parts havien signat. A aquesta donació i confirmació, afegeix l'honor de Benages, a excepció de la vinya de Gil de Gornal i de la d'Arnau Seguí. Estableix i designa dona forta i potent dels seus béns la seva esposa Barcelona. Deixa a Pere Despuig, capellà de Vilafranca, deu sous; a l'hospital dels pobres dotze diners, i a la seu de Barcelona dotze diners.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2779, núm. 9. Original.

Quoniam nullus in carne positus absque ordinacione suorum rerum existere debet. Idcirco in Dei nomine ego Petrus Muleti, sanus et letus existensque mea plena memoria timore subitaneae mortis, meum facio testamentum, in quo meos eligo manumissores Arnaldum Clericum, capellanum meum, et Petrum de Minorisa, quibus precipio omnia mea dividere et partiri sicut hic invenerint scriptum et ordinatum. In primis dimitto corpus meum ad sepeliendum beate et venerabili domui Sanctarum Crucum, concedens ac confirmans eidem domui et suis in perpetuum totum illum honorem et omnia illa que sibi eis dedi iam diu olim ut melius scribitur et continetur in cartis convenientiarum inter me et eos factis. Adhuc addo et dono prefate domui et suis omni tempore totum illum honorem integritate de Benagis, cum vineis et aliis omnibus, ut melius habeo ratione empcionis mee aliisque quibuslibet vocibus, excepta viana cum terra Gili de Guarnallo et vinea Arnaldi Seguini, que retineo. Et retineo omnia expleta exitura de eodem honore in tota vita mea. Volo et concedo Barcelonam, uxorem meam, esse dominam et potentissimam, sicut melius scribitur in prefatis convenientiis inter nos et sepefatam domum Sanctarum Crucum et suos factis. Et quod insuper habeat medietatem de omnibus expletis honoris omnis de Benagis quamdiu supervixerit mihi. Dimitto

Raimundo de Podio, capellano de Villafrancha ·x· solidos; hospitali pauperum ·xii· denarios; sedi Barchinone ·xii· denarios. Omnia alia mea hic non scripta retineo ad meas voluntates et mando istud testamentum esse firmum et perpetuum, si forte moriar antequam aliud faciam.

Actum est hoc idus augusti anno Domini ·M^o·CC^o·XX^o· secundo.

Sig+num Petri Muleti, qui hoc concedo et firmo firmarique rogo.

Sig(signe)num A<rnaldi>, presbiteri iam dicti, qui hoc confirmo. Sig+num Petri de Minorisa, qui hoc firmo.

Iacobus, levita, qui hoc scripsit precepto Raimundi de Podio, clerici de Villafrancha.

578

1222, desembre, 13

Concòrdia entre Arnau de Timor i Ramon de Rifar, abat de Santes Creus, amb la qual s'acaba el plet i disputa que mantenien sobre els drets de joves, cavalcades, batudes, toltes i altres serveis que Arnau de Timor acostumava a rebre de les honors, ara en poder dels monjos, a Sant Gallart i Torre Vella. Pacten que Arnau de Timor reitera la donació de les propietats a favor de Santes Creus i que els homes del monestir hauran de fer el servei de la batuda i de la jova un dia a l'any al senyor.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2779, núm. 10. Original partida per ABC.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2779, núm. 11. Original partida per ABC.

C: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2779, núm. 12. Trasllat d'1 de març de 1235. Partit per ABC. De difícil lectura.

D: Trasllat de l'1 de març de 1235. Partit per ABC. Perdut.

E: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2779, núm. 13. Trasllat de 28 de juliol de 1237.

In nomine Domini. Ego Arnaldus de Timor venio vobiscum dompno Raiumundo, Sanctarum Crucum abbas,¹ et cum conventu vestro, ad finem et concordiam et amicabilem transaccionem super controversia que de honoribus de Senil Galard et de Turre Vetere, inter me et vos diu fuerat agitata. Manifestum namque est quod a dictis honoribus vos ex toto de iure repellere contendebam vel quod saltem ad minus iure feudali hiidem honores consuetis servicis que videlicet ego et antecessores mei in eisdem semper accepimus obnoxii tenerentur iovas, enim, et truginis, batudas, toltas, cavalcatas

et alia huiusmodi servicia mihi in hominibus de Senil Galard competere proponebam sicut per testes a me super his productos sufficienter probasse credebam pro turre autem vetere quamvis quibusdam aliis locis ad iunctis ballistarium unum semper tempore guerre apud Sanctam Columbam stare debere dicebam, sicut recognoscebat conversus vester frater Berengarius de Sancta Columba, qui a me et a² vobis ad rei seriem manifestandam comuniter electus fueratur assumptus super his itaque omnibus mihi et meis perpetuum inponens silentium et prudenter renunciando produccioni testium quam feci in posse Guillelmi de Gardia super prephatis serviciis et confessioni fratris vestri superius nominari, absolvo, diffinio, evacuo et remito vobis et vestris successoribus in perpetuum prephatos honores de Senil Galard et de³ Turre Vetere, cum omnibus terminis suis et pertinenciis, sicut melius potest dici vel intelligi ad vestrum comodum et profectum, tali modo quod homines de Senil Galard, unam iovam singulis annis et unam batudam mihi et meis successoribus perpetuo facere teneatur, preter que duo iovam sicilicet et batudam nichil unquam ego vel mei neque nomine servi- aut cuiuscumque ademprivi seu usatici exigere possimus vel deman- dare aliqua ratione in eisdem hominibus seu honoribus prefatis, etiam si inter vos et Raimundum Adalbertum ac suos prefati ho- mines semper manserint non divisi, verumtamen ex hac compositione non paretur mihi vel meis preiudicium in aliquo adversus Raimundum Adalbertum et bona sua que habet apud Senil Galard quominus convencionibus inter me et ipsum facitis libere possim uti, hoc etiam ex pacto et consensu vestro mihi retineo quo prefata loca vos vel vestris successores absque mea meorumque voluntate vendere vel permutare minime valeatis. Recipio autem ego Arnaldus de Timor per me et omnes successores meos honores supradictis, cum hominibus, bestiis, blado, vino et ceteris omnibus ad eos pertinentibus vel ibidem consistentibus sub speciali proteccionem mea emparancia et ducatu bona fide et sano intellectu, ita quod vobis et vestris quantum in nobis de fide bona fuerit illesa semper maneant et segura. Fateor autem me habuisse et recepisse de bonis monasterii vestri pro hac compositione mulum unum bonum et duos bacalarios sarracenos mediocres pro quibus renuncio exceptioni non tradite rei ad maiorem etiam presentium firmitatem. Renuncio exceptionibus doli et ex iuris vel facti ignorancia provenientiibus vel proventuris et actioni in factum omnique condicioni et iuri civili vel consue- tudinario scripto vel non scripto generali vel speciali.

Actum est hoc ydus decembris anno Domini .M^o.CC^o.XX^o.II^o.

Sig+num Arnaldi de Timor, qui hanc cartam scribere mandavi et testes firmare rogavi.

Sig+num Berengarii de Monte Pavone. Sig+num Petri de Timor. Sig+num Berengarii de Monte Brio. Sig+num Guillelmi de Balzarens. Sig+num Raimundi Poncii. Sig+num Arnaldi Rossel. Sig+num Arnaldi de Naarii. Isti sunt testes.

Frater Berengarius Dezcanos, presbiter et monachus, qui hanc cartam scribit et hoc sig(signe)num fecit die et anno prefixis cum literis appositis in septima et octava et undecima et quinta decima linea ubi dicitur Adalbertum.

1. abbate. 2. Interlineat. a. 3. Interlineat. de.

579

1223, febrer, 19

Alamanda, vídua de Pere Escafi, concedeix al seu fill Bernat Escafi, a perpetuïtat, els mil sous barcelonesos del seu esponsalici.

[A]: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2779, núm. 14. Trasllat de 8 d'abril de 1247 (*Hoc est translatum fideliter translatum .vi. idus aprilis anno Domini .M^o.CC^o.XL^o. septimo, cuiusdam instrumenti cuius series sic habetur) fet per Guillem Brula (*Ego Guillelmus Brula hoc scripsi translatum et hoc sig(signe)num feci*). Els testimonis eren Ferrer, prevere d'Estopanya, Pere Escafi, Guillem Comtals, prevere, R. de Copons, prevere, Guillem de Nargó i Miquel Calb, prevere (*Ego Ferrarius, presbiter de Stopania sum inde testis; Ego Petrus Scafini hic me pro teste subscribo; Ego Guillelmus Comitalis, presbiter hic me pro teste subscribo; Ego R. de Copons, presbiter hic me pro teste subscribo; Ego Guillelmus de Narbone sum huius translati testis; Ego Michaelis Calb, presbiter, hic me subscribo pro teste*).*

Notum sit cunctis quod ego, Alamanda, uxor condam Petri Scafini, non coacta vel seducta in aliquo set benigno consulto et libero animo, dono, concedo et corporaliter trado tibi, Bernardo Scafino, filio meo et omnibus tuis aut quibus volueris, nunc et in perpetuum, omnes illos mille solidos Barchinone, quos voce sponsalicii habeo et habere debeo super omnia bona et res predicti Petri, de quibus idem P<etrus> dimisit mihi medietatem ad omnem meam voluntatem et amplius totam medietatem et ius quod iure emptionis habeo in illis domibus Ville Nove, que olim fuerunt Guillelmi Escanseti, quas ego et vir meus, predictus, emimus de Bernardo Peregrino de Crassa, condam, fratre meo, et amplius, etiam, omnem medietatem et ius quod habeo in emptionibus subscriptis, scilicet,

in illis triginta solidos Barchinone censualibus ex euntibus de illis domibus de platea, que fuerunt B<ernardi> Peregrini, condam avi mei, quos ego et vir meus, iam dictus, comparavimus de Elicsende, sorore mea, et de marito eius G. de Rocamador, et in illis duodecim solidos Barchinone censualibus ex euntibus de illo operatorio de platea iuxta domos R<aimundi> de Cardona, qui fuit, quos ego et idem vir meus emimus de G. de Crassa, condam fratre meo, et in illa vinea de Planis, quam nos sepdicti comparavimus de G. de Rocamador et de uxore eius Elicsende. Similiter dono et trado tibi B<ernardo> et tuis totam illam cumbam alodii vocatam de B. Peregrino, quam B. de Crassa, pater meus, mihi dedit in tempore nupciarum. Item dono et trado tibi tuisque omnia iura et omnia bona mobilia et immobilia, que voce paterna et materna et propria et qualibet alia habeo et habere debeo in cunctis locis, notandum autem quod omnes domus et honores promissi sunt infra villam et terminos Cervarie. Hec inquam omnia prenominata et singula eicio penitus a dominio, iure et vinculo meo et meorum et cum hoc scripto, trado et transfero iure hereditario et donationis mee in dominium et ius et corporalem possessionem et proprietatem de B<ernardi> Scafino, filio meo, et de tuis, cum ingressibus, egressibus, structuris, affrontationibus, melioramentibus et pertinentiis suis omnibus, de celo usque in abissum, sicut melius et plenius ad me pertinent et pertinere debent, sine omni retentione mea et meorum ad omnes vestras vestrorumque voluntates et quorum volueritis ibi et inde quolibet modo perhenniter faciendas, sicut melius et plenius dici potest et intelligi ad vestrum vestrorumque commodum et salvamentum, exceptis tamen illis ducentis morabetinis anfossinis, quos propter hanc donationem de te recepi et dedi in dote marito meo Poncio de Costa, quos omnes mihi retineo ad omnem voluntatem perpetuo faciendam; et exceptis septuaginta morabetinis anfossinis, quos ratione donationis mee et hereditatis eorum materne, pro iam dicto, dono tribuatis et persolvatis, scilicet, filie mee Blanche ·xxx· morabetinos et filie mee Brunissendi ·xxx· morabetinos et filio meo Petro ·X· morabetinos; et exceptis, etiam, quinque solidos censualibus, quos mihi retineo ad omnem meam voluntatem faciendam de supradictis ·xii· solidos Barchinone censualibus, qui exeunt de operatorio iam dicto. Et quem de supradictis ducentis aureis michi retentis et de hiis omnibus et singulis ad meum velle sum bene tua paccata gratis et sine vi scienter atque consulte renuncio, exceptioni peccunie non numerate et doli et omni beneficio legis, iuris, consuetudinis et actionis cuiuslibet, tanquam hic scpecialiter enumerato,

quo contra premissa vel singula possem unquam adiuvari in aliquo vel relevari. Nec non iuro spontanea in Deo et cruce eius + tactis a me coporaliter sacrosantis Evangeliiis bona fide promittens me nunquam contra prefata in aliquo venturam nec aliquam contraire passuram ratione dotis vel sponsalicii vel cuius vis rei alterius me sciente, sic Deus me adiuvet et hec Sancta Dei quatuor Evangelia coram positam.

Factum est hoc ·XI· kalendas marcii anno millesimo ·cc^o· vicesimo secundo.

Sig+num Alamande, uxoris P. Scafini, qui fuit iurate. Sig+num Petri Scafini filii eius, qui hoc totum firmantes concedimus testesque firmare rogamus.

Sig+num G. de Rocamador. Sig+num B. de Castro. Sig+num G. de Odena. Sig+num A. de Solanell. Sig+num G. Scafini. Testium.

Guillelmus de Ponte, qui hoc scripsit et hoc signum (signe) fecit.

580

1223, març, 5

Sentència arbitral dictada per Ramon Despuig al plet entre Sança, filla de Guillem de Ribes i muller de Bernat de Centelles, i el monestir de Santes Creus, representat per fra Jofre de Roqueta, cellerer major, i Bernat Calvó, sobre l'honor i els béns de Pere de Baiona, al terme de Pacs.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2779, núm. 15. Original.

In nomine Domini. Sit notum cunctis quod controversia vertebatur inter Sanciam, filiam, olim Guillelmi de Ripis, uxorem Bernardi de Sintillis, Petro de Sintillis, sacrista Barchinone, causam cuiusdem agente ex uno latere, et monasterium Sanctarum Crucum, ex altero, partem ipsius defendentibus fratre Gaufrido de Rocheta, cellerario maiore, et fratre B<ernardo> Calvone, eiusdem loci monachis, super honoribus quibusdam, quos prefatum monasterium, ratione et causa filiorum Petri de Bayona, condam defuncti, infra terminos de Pax habebat et possidebat. Impetebat namque, prefatus Petrus de Sintillis, monasterium dictum, super dictis possessionibus illud asserens quod absque consensu suo vel legitimo consensu sue partis, dicti honores non poterant de iure ad monasterium ante dictum, aliquatenus pertinere eo quod iurisdictio castri de Pax ad memoratam Sanciam pertineret, quare neque iure allodii neque iure

feudi absque diminucione iuris sui potuerint in ius et proprietatem ipsius monasteriū transire nisi sicut dictum est legitimo consensu sue partis adhibito. Ex aduerso, autem, prefati monachi respondebant se ad questionem propositam in aliquo non teneri eo, quod omnes honores predictos iure allodii monasterium de Sanctis Crucibus possidebat sicuti fecerant Petrus de Bayona et eiusdem postea successores preserum cum tale sit allodium illud seu talia debebant censerī allodia, que non poterant ex causa ingratitudinis vel alia quacumque causa revocari, ad que omnia tam per instrumenta, quam per causam possessionis longeve, nec non, etiam, per rationes alias se multipliciter defendebant. Ego itaque [Raim]undus¹ de Podio, de consensu predictorum, arbiter constitutus, pena centum aureorum, hinc inde promissa quam utraque pars reliquere parti se promisit exsoluturam, si meo parere nollet arbitrio, ipso rato nichilominus manenti de utriusque partis consensu. Visis et auditis rationibus universis et allegacionibus, que arbitraque parte coram me fuerunt proposita, diligenter etiam inspectis instrumentis a parte monasterii predictis et confessionibus utriusque partis fideliter acceptis, absolvo de iure prefatos monachos fratrem, videlicet, Gaufredum de Rocheta et fratrem B<ernardum> Calvonem pro se et monasterio Sanctarum Crucum, ab impetitione memorati Petri de Sintillis et Sancie suprascripte, illud vehementer attendens et considerans quod, honores de quibus actum est superius iure privilegiati allodii seu allodiorum puta ex causa emptionis, tam infra ambitum castrī quam extra libere et absque omni honore et genere servitutis² P. de Bayona, militi, condam fuerant adquisiti, unde in monasterium supradicti quod multiplici gaudet religionis favore transferri potuerunt omnimodis iuri consona ratione. Fateor, autem, fabricam de Pax super qua que admodum et de aliis inter partes fuerat contencio in censura presentis arbitrii minime comprehendo. Recognosco, etiam, quod Petrus de Sintillis supra memoratus generalem habet amministrationem et legitimam super omnibus bonis Sancie sepedicte et specialem super universis negociis vel causis ad castrum de Pax pertinentibus quoquomodo de quibus amministrationibus per inspectionem instrumentorum que inde sunt facta liquido mihi constat.

Actum est hoc ·v· nonas marci anno Domini ·MCCXX· secundo.

Sig(signe)num Raimundi de Podio, qui permissum arbitrium sentencialiter tulit utraque parte persente sub congrua [di]ei et loci assignati[ve], presentibus honestis viris B. Busceti, clerico Barchinonensi et G. de Barberano, canonico Barchinonensi, et

prescriptis testibus aliisque prolibus sententie istius promulgationi assistentibus.

Sig+num Guillelmi de Subiratis. Sig+num Petri de Castro Pulcro, quibus presentibus hoc arbitrium fuit prolatum.

Sig(signe) num B. de Solerio, notarii publici, qui hoc scripsit precepto R. de Podio, clerici de Villa Francha, cum litteris appositis in quinta decima linea ubi incipit tam infra et cetera et in sexta decima ubi dicitur servitutis et ib terminatur suprascriptio.

1. *Tacat de tinta que no permet veure Raim.*
2. *Interlineat tam, etc.*

581

1223, juny, 23

Testament de Guillem de la Torre. Designa marmessors seus Ramon del Forn, Pere Gorovard i Castelló de Pontons. Mana ésser sebollit al cementiri del monestir de Santes Creus. Llega als monjos un porc i un cup que té a casa d'Ermessenda de la Torre, a Cabra, i la meitat del que posseeix al mas que va ser de la seva mare, Maria de la Torre, proper a la granja monacal de Fontscaldetes, i que ella li va deixar. Tot ho dóna als monjos per la redempció de la seva ànima i de la dels seus pares. El cenobi ho rebrà a la seva mort, si no ha fet cap més testament.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2779, núm. 16. Original.

Quoniam nullus in carne positus mortem evadere potest propter peccatum primi hominis, ego, Guillelmus de Turre, iaccio in egritudine et timeo penas inferni et cupio pervenire ad gaudia Paradisi, ideo facio meum testamentum in mea plena memoria et loquela integra, in quo eligo manumissores meos, scilicet, fratrem R<aimundum> de Furnis et P<etrum> Gorovard et Casteilonum de Pontonis, ut ipsi habeant potestatem distribuendi omnes res meas mobiles et immobiles, sicut in hac carta scriptum invenerint. In primis dimitto corpus meum domino Deo et Beate Marie de Sanctis Crucibus ad sepeliendum in cimmiterium monasterii Sanctarum Crucum. Et dimitto monasterio et fratribus eiusdem loci unum porcum, quem habeo in porqueria dicti monasterii, et unum cubum, quod habeo in domibus Ermesendis de Turre, in villa de Capra et porzionem meam, sicilicet, medietatem, quam habeo in ipso manso,¹ qui fuit de matre mea Maria de Turre, iuxta grangiam que vocatur Fontis Calidis et dicta mater mea dimisit me de dicto manso, cum

suis pertinenciis, medietatem. Quapropter in presenti, cum hoc presenti testamento, ob redemccione anime mee et animarum patris et matris mee et parentum meorum dimitto, ut dictum est, dictum porcum et cubum prefatum et omnia dicta mea honore que habeo vel habere deo in dicto manso in terminis eius domino Deo et dicto monasterio et fratribus eiusdem loci ad omnes voluntates suas faciendas post obitum meum, nisi aliud testamentum fecero.

Actum est ·IX· kalendas iulii anno Domini ·M^o·CC^o·XXIII·

Sig+num Guillelmi de Turre, qui hoc laudo et firmo testibusque firmare rogo.

Sig+num fratris R<aimundi> de Furnii, sig+num P<etri> Gorovard, sig+num Casteiloni de Pontonis, manumissorum, qui hoc firmamus.

Sig+num Alexandri, sig+num Duranni de Albano, qui huius rei testes sumus. Sig+num Vidali Molinari, similiter testis.

Sig+num fratris Raimundi Segarrii, qui hoc scripsit die et anno quo supra et literis suprapositis in novena linea ut dicitur manso.

1. Interlineat: manso.

582

1224, febrer, 23

Guillem de Montoliu, el seu fill Guillem i la seva esposa Gueraula empenyoren a favor de l'abat de Santes Creus, per tres-cents sous barcelonesos, que els dóna el cellerer del monestir, el delme sobre el pa, el vi, l'oli i d'altres productes que acostumen a percebre de la granja monacal de Montornès. El monestir podrà retenir el valor del delme fins que el deute no hagi estat redimit, i el seu valor anual mai no podrà servir per a rebaixar la quantitat deguda, la qual haurà de ser satisfeta totalment per Sant Miquel, i no abans, o en les posteriors festivitats i no abans, en cas de fer-se a la primera. Amb aquest instrument d'empenyorament en resta confirmat un altre per la mateixa quantitat de tres-cents sous en poder de l'abat i monestir de Santes Creus. Si algú atemptava contra el dret dels monjos promet donar-los la quarta part de tot el delme de la castlania de Tamarit.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2779, núm. 17. Original.

In Dei nomine notum sit cunctis quod ego Guillelmus de Monte Olivo et filius meus Guillelmus et uxor eius Geralda, per nos et

omnes nostros, impignoramus vobis domino R<aimundo>, Dei gratia, abbati Sanctarum Crucum et conventui eiusdem, totum ius quod habemus et habere debemus nos et alii domini sive castlani castri de Tamarito in decimis panis, vini et olei et omnium aliorum grangie vestre de Monte Tornesio pro trecentis solidis Barchinone, quos a manibus cellararii vestri nomine vestro recepimus numerando, unde renunciamus, exceptioni non numerate pecunie et non tradite rei, totum, autem, ius nostrum totius decimi supradicti impignoramus vobis et vestris et tradimus sub hac forma quod vos et vestri tamdiu ipsum colligatis, incipiatis et habeatis quousque vobis predictos ·ccc· solidos persolvamus, et quicquid inde receperitis non computetur vobis in sortem debiti vestri nec diminuat eam, set habeatis illud proprio dono nostro nos autem non possimus hoc pignus redimere ante festum sancti Michaelis, deinde vero possimus si voluerimus et liceat nobis ipsum redimere de festo in festum sancti Michaelis, et nos et nostri faciemus hoc pignus vobis et vestris in pace tenere et habere donec redimatur. Cum hoc, etiam, instrumento laudamus, concedimus et confirmamus aliud instrumentum pignoris quod penes vos habetis similiter de trecentis solidis cuius series sic habetur. In nomine Domini. Sit notum cunctis quod ego, Guillelmus de Monte Olivo et ego Berengaria, uxor eius, per nos et per omnes nostros et cetera. Nunc autem habetis sic in ipsis decimis, predictos trecentos solidos, quos iam ibi habebatis et istos ·ccc· solidos, quos a vobis recipimus in presenti, promittimus itaque vobis inde legales esse auctores et deffensores contra omnes homines, obligando vobis quod siquis in hoc pignore vobis contradixerit vel retigerit aut forifecerit, quod accipiatis quartam partem totius decimi ab integro omnium bonorum de castlari in recompensacione huius decimi de Monte Tornesio et nos faciemus ipsam quartam partem vobis in pace recipere et habere et ad hec omnia fideliter sic complenda obligamus vobis omnia bona nostra mobilia et immobilia, renunciando omni iuri et exceptioni et privilegio fori et militari, et specialiter ego, Geralda, renuncio beneficio velleyani et iuri ypotecarum mearum. Item ad maiorem huius rei securitatem ego, Guillelmus de Monte Olivo, iunior, iuro per D[eum]^l et hec sancta quatuor Dei Evangelia corporaliter a me tacta, quod contra hoc pignus non veniam aliquo iure vel aliqua racione, renuncio omnia que predicta sunt rata et firma habeo et inviolabilia observabo.

Actum est hoc ·viii^o· kalendas marcii anno Domini ·M^o·cc^o·xx^o· tercio.

Sig+num mei Guillelmi de Monte Olivo, sig+num Guillelmi, filii mei, sig+num Geralde, uxoris eius, qui hoc firmamus et laudamus.

Sig+num Petri de Martorello. Sig+num Bernardi Marine. Sig+num Archerii. Sig+num Bernardi Serrador.

Sig(signe)num Iacobi de Pratis, qui hoc scripsit mandato magistri Guillelmi Terrachone, notarii, die et anno quo supra.

1. *El pergami està mossegat.*

583

1224, març, 13

Marta de Termenés entra com a donada a l'hospital de Santa Maria Magdalena de Montblanc. Lliura al procurador de l'hospital unes cases i un hort que té a la vila, més dotze sous censals, dels quals Pere de Savardú en satisfà vuit i els altres quatre Elisenda de Guialmons. Reconeix que el procurador Bernat ha satisfet dels seus deutes la quantitat de cent trenta sous barcelonesos. Promet entrar com a donada, no abandonar mai la casa i no contraure cap més matrimoni, finalment accepta viure segons les normes i costums de la comunitat en la qual és ben rebuda i acceptada pel seu procurador.

[A]: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2779, núm. 18. Trasllat de 19 de desembre de 1239 (*Hoc est translatum similiter factum .xiiii^o. kalendas ianuarii anno Domini .M^o.CC^o.XXX^o.IX^o.*) fet per Pere de Copons (*Ego Petrus de Copons, qui hoc translatu<m> fideliter translatavi et hoc (signe) fecit.*)

Notum sit cunctis quod ego Marta de Termenes dono et offero corpus meum et animam meam domino Deo et beate Marie Magdalene et domui hospitalis Montis Albi et in posse Bertrandi, procuratoris dicte domus, et omnium aliorum fratrum, cum quibusdam domibus et cum uno orto in villa de Montis Albi et cum .xii. solidis censualibus, de quibus Petrus de Savarduno tribuit .viii. solidos et Elicsendis de Guialmons .iiii. solidos Barchinone. Domus et ortus affrontant ex una parte in domibus Sanctarum Crucum, de secunda in Petro de Savardu<no>, de tercia in riguo fontis. Et recognoscho vobis dicto Bertrando quod in meis debitis persolvistis .c. xxx. silidos Barchinone et deinceps nullo modo possit me dare alicui religioni nec virum accipere in omni vita mea, set modo cum hoc presenti instrumento reddo ibi me ipsam esse pro sorore et convenio predictae domui et vobis dicto Bertrando et omnibus aliis fratribus et suc-

cessoribus vestris semper esse fidelis et obediens in omnibus et dum vixero ibi sine proprio esse et eciam omnes consuetudines et mansuetudines constitutas vel constituendas ero observatura et sicut mos est domus. Et ego Bertrandus, dictus procurator illius domus, una cum consilio et asensu aliorum fratruum, recipio te Martham per sororem esse predictae domus, sicut quod unus ex nostris sororibus tamen quod teneas mansuetudines domus uti predictum est.

Actum est hoc ·III^o. idus marcii anno Domini ·M^o.CC^o.XX^o.III^o.

Sig+num Marthe de Termenes. Sig+num Petri, sig+num Guillelmi, eius filiorum. Sig+num Bertrandi. Nos, qui hoc iussimus scribi et firmari.

Sig+num Iohannis de Salaverd. Sig+num Petri de Termenes. Testes huius rei.

Ego Bernardus de Tapiis, presbiter de Montis Albi, notarius, hoc (signe) feci.

Ego Vitalis de Abraphim, scholaris, qui hoc scripsi iussu Berengarii de Tarrega et Bertrandi de Tapiis, Montis Albi notarii, et hoc (signe) feci.

584

1224, juliol, 19

Concòrdia i composició signada entre Bernat Espígol i la seva muller Ermessenda i fra Pere, monjo encarregat del vestuari del monestir de Santes Creus, sobre l'honor que Pere Espígol, germà de Bernat, va lliurar al monestir per quatre-cents sous barcelonesos. Al davant de Pere, capellà de Velosell, de Domènec de Velosell, de Bernat Ros i Joan Gras, pacten que de les rendes de l'honor el cenobi en rebí dues terceres parts i Bernat i Ermessenda la resta, fins que el monestir hagi amortitzat els quatre-cents sous de Barcelona, dels quals ha rebut cent setanta-cinc sous i sis diners.

[A]: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2779, núm. 19. Trasllat de 19 de juny de 1241 fet per fra Bernat de Torró (*Frater Bernardus de Torro hoc translatavi ·XIII^o. kalendas iulii anno Domini ·M^o.CC^o.XL^o primo et hoc signum (signe) fecit.*)

Anno Domini ·M^o.CC^o.XX^o.III^o, in mense iulii, in die sancte Iuste et Rufine, Bernardus Espigol et uxor eius Ermessendis, venerunt ad compositionem et concordiam coram Petro, capellano de Velusello, et Domenico de Velusello et Bernardo Rosso et Iohanne Grasso, cum vestiario de Sanctis Crucibus, super honorem, quem P<etrus>

Espigol, frater dicti Bernardi, reliquit monasterio de Sanctis Crucibus ·cccc· solidos Barchinone. Tali modo venerunt ad compositionem, quod B<ernardus> de Espigol et uxor eius Ermessendis possideant et habeant terciam partem dicti honoris et vestiarius de Sanctis Crucibus duas partes, usque sint persoluti dicto monasterio dicti ·cccc· solidos, de quibus iam recepit dictum monasterium ·CLXX·V· solidos et ·VI· denarios.

Sig+num fratris P<etri>, vestiarii, sig+num Bernardi Espigol, sig+num Ermessendis, uxoris eius, qui hoc laudaverunt et firmaverunt.

Sig+num Petri, capellani de Velusello. Sig+num Dominici de Velusello. Sig+num B<ernardi> Rossi. Sig+num Iohannis Grassi. Testes huius rei.

585

1224, agost, 9

Confirmació de Ramona, muller d'Arnau de Timor, a Ramon de Rifar, abat de Santes Creus, de la donació que el seu marit va fer al monestir de Sant Gallard i del seu terme, i de la Torre Vella perquè els monjos ho puguin posseir a perpetuïtat.

[A]: Original perdut.

B.: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2780, núm. 1. Trasllat de 7 de gener de 1235 (*Hoc est translatum fideliter factum ·VII· idus Ianuarii anno Domini ·M·CC·XXX·IIII·*) fet per fra Berenguer Dezcamos (*Fra Berengarius Dezcamos hoc translatum scripsit et hoc sig(signe)num fecit die et anno prefixis*).

In nomine Domini. Sit notum cunctis quod ego Raimunda, uxor A<rnaldi> de Timor, ad honorem Dei et ob salutem anime mee, laudo, concedo et corroboro ac confirmo, libenti animo et spontanea voluntate, vobis dompno R<aimundo>, abbati Sactarum Crucum, et conventui eiusdem loci, illam compositionem et pausam, quam fecistis cum A<rnaldo> de Timor, viro meo, de Sent Galart et terminis eius et Turre Vetere itaque habeatis predicta loca sicut melius habeatis et habere debetis ac melius continetur et plenius in instrumento compositionis inter vos et ipsum facte, prout melius dici potest ad utilitatem vestram et domus vestre in perpetuum.

Actum est hoc ·V· idus augusti anno Domini ·M·CC·XX·IIII·.

Sig+num domine Raimunde de Timor, qui hoc laudo et firmo testibusque firmari rogo.

Sig+num A<rnaldi> de Vernet, sig+num G. de Segura, sig+num R<aimundi> de Cheralt, huius rei testis.

Berengarius, scholaris, qui hoc scripsit iussu P<etri> de Timor, die et anno quo su(signe)pra.

586

1224, agost, 13

Guillem de Castellar, pare, confirma i atorga íntegrament al monestir de Santa Maria de Santes Creus la donació que el seu difunt fill, Guillem de Castellar, en el seu testament, va concedir als monjos, és a dir, el mas de les Certs, del terme d'Orpí, i l'honor de l'Almozara.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2780, núm. 2. Original.

Notum sit cunctis quod ego, Guillelmus de Castelar, maior, per me et omnes meos, presentes et futuros, laudo et concedo domino Deo et gloriose Virgini Marie Sancte Crucis et domino abbati omnique conventui et omnibus fratribus ibidem commorantibus, videlicet, tantum ipsum manssum integriter qui vocatur de Zescerts qui est in termino de Orpino, cum omnibus suis pertinentiis et tenedonibus et cum omnibus rebus que ad ipsum manssum pertinent vel pertinere debent, sicut melius iam Berengarius de Castelar, filius meus, olim defunctus, supradicto loco Sancte Marie Sancte Crucis, et totum ipsum honorem integriter dez Almozarra similiter dimisit dicto loco in suo testamento ad diem obitus sui. Ita totum sicut superius scribitur sicut melius dictus filius meus Berengarius vobis assignavit et dimisit, eodem modo ego, supradictus Guillelmus de Castelar, maior, per me metipsum dono et concedo et hodie trado memorato loco Beate Marie de Sancte Crucis et omnibus fratribus ibidem comorantibus totum supradictum honorem integriter, cum omnibus suis pertinenciis et tenedonibus et cum omnibus rebus, que ad ipsum honorem supradictum pertinent vel pertinere debent, sine omni retentu, quod me non facio et sicut ego melius habeo et habere debeo et excepto habere omnia mea iura per alaudem franchum et liberum. Hanc supradictam concessionem dicti filii mei Berengarii et donationem meam, quam hodie facio, facio namque pro remedio anime mee et dicti filii mei Berengarii et omnium parentum meorum et cunctorum fidelium christianorum.

Actum est hoc idus adgusti anno Domini Incarnationis ·M^o·CC^o·XX^o·III^o.

Sig+num Guillelmi de Castelar, maioris, qui hoc donum meum scribere facio et concessionem dicti filii mei Berengarii laudo et concedo testesque affirmare rogo.

Sig+num¹ Berengarii de Scequa. Sig+num R<aimundi> den Bernat. Sig+num G. Fontlocuste. Testium.

Sig+num Berengarii Boschet. Sig+num En Monge. Sig+num R<aimundi> de Brugerias. Sig+num Bernardi de Ferrera, in quorum presentia et visione, dictus Berengarius de Castelar dimisit totum prefatum honorem dicto loco Sancte Marie Sancte Crucis et testes tunc interfuerunt.

1. *Segueix R. envoltada de puntets amb significat d'anul·lació.*

587

1224, setembre, 13

Guillem de Montcada, vescomte de Bearn, aprova i confirma, a l'abat Ramon de Rifar de Santes Creus, les donacions dels honors i altres deixes de béns que el seu pare, Guillem Ramon de Montcada, va llegar a favor del monestir en el seu testament.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2780, núm. 3. Original.

Notum sit cunctis quod nos G<uilelmus> de Montecatano, Dei gratia, vicecomes Bearnensis, per nos et per omnes successores nostros laudamus, approbamus ac etiam confirmamus vobis dompno R<aimundo>, abbati Sanctarum Crucum et eiusdem loci conventui, presenti atque futuro, omnes honores illos et legata, quos et que G<uilelmus> R<aimundus>, pater nostri, vobis in testamento suo reliquit eo, videlicet, modo ut habeatis, possideatis perpetuo ad omnes voluntates vestras et vestrorum et successorum, inde libere faciendas, sicut plenius et melius ea vobis in testamento eiusdem, patris nostri relicta sunt. Verumtamen quia testamentum illud non approbamus neque approbare propopmus cum aliud testamentum a prefato patre nostro factum sit in Vaschonia, tempore mortis sue, certum volumus fieri apud omnes et viva vocem protestantura hanc confirmacionem facere, non ut volentes sequi testamentariam voluntatem, set potius ex dono et liberali<ta>te nostra¹ ut remunerates affectionem vestram, qua erga nos sentimus in Domino vos moveri et etiam ut cupientes saluti animarum nostri et patris nostri prefati in refrigerium providere sempiternum. Religionem itaque vestram atendentis qua Deo famulamini die cotidie in remedium anima-

rum nostrarum et omnium fidelium in corporalem possessionem omnium predictorum vos inducimus cum hac presenti carta perpetuo valitura.

Testes huius rei sunt domina G<uilelma> de Castro Veteri et B. de Castro Episcopali et A. de sa Talavera et frater Michaelis et frater B<ernardus> Calvo.

(Armes de Montcada) Guillelmus de Montecatano.

Sig+num domini G<uilleme> de Castro Veteri. Sig+num B. de Castro Episcopali. Sig+num A. de sa Talavera. Sig+num mei fratris B<ernardi> Calvinis. Sig+num magistri Michaelis ordinis Predicatorum.

Signum (signe) S. notarii domini G<uillelmi> de Montecatano, qui hanc cartam scripsi mandato suo et suprascripti in linea septima ubi dicitur ex dono et voluntate² nostra.

Actum est hoc idus mensis septembris anno Domini .M^o.CC^o.XX^o.IIII^o.

1. Interlineat: ex dono et liberalite nostra. 2. A l'interlineat no hi posa voluntate sinó liberali<ta>te.

588

1224, setembre, 17

Gràcia i els seus fills Maria i Pere venen a l'abat Ramon de Rifar de Santes Creus, per sis-cents sous barcelonesos, mil sous de penyora que Hug de Torroja havia concertat amb l'esmentada Gràcia i el seu difunt marit Pere de la Riera.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2780, núm. 4. Original.

In Dei nomine. Noverint universi quod ego Gracia et filii mei Marie et Petrus, quisque nostrum pro toto, per nos ac omnes nostros, damus, absolvimus et in perpetuum diffinimus vobis Raimundo, Sanctarum Crucum abbati, et omni conventui eiusdem loci et successoribus vestris illud pignus quod ego Gracia et Petrus de Riera, pater filiorum supradictorum, condam mortuus, tenebamus a domino Ugone de Turre Rubea, pro dua milia solidorum, ita quod aliquo tempore in predicto pignore aliquid non exigemus nec exigere homine nostro alicui persone faciemus aliqua racione vel iure nobis competenti vel competituro. Imo penitus illud pignus vobis et successoribus vestris diffinimus et in perpetuum damus et cum hoc presenti instrumento evacuamus et pro hac diffinitione recipimus

a vobis ·DC· solidos Barchinone, ex quibus sumus bene peccati et ipsos cum nostris manibus numerando accipimus. Unde renunciamus omni exceptioni non numerate pecunie et doli et ut melius quicquid supra dictum vel infra sit scriptum observetur. Nos omnes Gracia et Maria et Petrus renunciamus in hoc contractu sive promissione fori privilegio et omni alii iuri nobis adiutorio et etiam illis legibus que prohibent mulieribus dum in potestate mariti sint contraere et omni iuri quod contra vos vel contra heredes vestros aliqua ratione vel iure movere poteramus. Item, ego Maria et Petrus renunciamus omni exceptioni nobis adiuvanti et iure et specialiter minori etati nec non etiam quod dicere possitis nos in alicuius potestate esse, imo penitus extra et nostri iuris esse. Et his cum ego Maria concedo mecum illos ·DC· solidos in matrimonio omne collocata omnino illud pignus vobis et successoribus vestris absolvimus¹ et quod contra diffinitionem istam ullo modo venire nos nec aliquis nomine nostro aliqua ratione venire temporibus. Imo si aliquis contra diffinitionem istam veniret per firmam stipulationem promittimus vos et successores vestros indemnes servare et etiam in iudicio et extra ab omni questione vos defendere. Et si aliquas forte faceritis inpensas in supradicto pignore defendendo in causa vel extra in iudicio vel extra iudicio vobis et vestris promittimus esse restituendas. Item, ego Maria renuncio omni exceptioni non numerate pecunie et doli. Imo profiteor me bene esse peccata et vos illos ·DC· solidos mihi et marito meo omnes numerasse et nos in vestra esse versus utilitate. Et pro observando quidquid supradictus sit dictus inferius obligamus vobis et successoribus vestris omnia bona nostra presenciam et futura ratione vendendi vel impignorandi vel etiam aliquo alio titulo alienandi, et vestra propria auctoritate predicta pignora intrare, vendere vel obligare et in presentis omnibus vobis satisfacte

Actum est hoc ·xv· kalendas octobris anno Domini ·M^o·CC^o·XX^o· quarto.

Sig+num Gracie, sig+num Marie, sig+num Petri eius filiorum. Nos qui hoc iussimus scribi et firmari.

Sig+num magistri Iohannis. Sig+num R<aimundi> de Ventaliola. Sig+num Guillelmi de Tuxen. Sig+num Iohannis Sordet. Huius rei testes.

Ego Bernardus de Tapiis, presbiter Montis Albi, notarius, hoc (signe) feci.

Ego Bernardus Arnaldus hoc scripsi iussu Berengarii de Tarrega et B<ernardi> de Tapiis, notarii, cum literis rasis et emendatis

ubi dicitur nec non etiam quod dicere possitis et suprapositis ubi dicitur absolvimus, et hoc (signe) feci.

1. *Interlineat: absolvimus.*

589

1224, octubre, 24

Fra Bernat, regent de l'hospital de Santa Maria Magdalena de Montblanc, amb el consell de tots els germans i germanes de la casa, permuta amb l'abat Ramon de Rifar de Santes Creus i amb els monjos de la comunitat, un hort i una casa que tenen per donació de Marta de Termenés, ara germana seva, a la vila de Montblanc, per un violari de vint-i-cinc sous censals, que Bernat d'Oliveres va rebre del seu oncle Guillem d'Oliveres, sobre una vinya i que en testar va deixar a l'hospital.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2780, núm. 5. Original. Carta partida per ABC.

Notum sit omnibus hominibus quod nos frater Bertrandus, minister hospitalis Sancte Marie Magdalene in Monte Albo, cum consilio et voluntate fratrum ipsorum et sororum, excambiamus vobis dompno Raimundo, abbatis de Sanctis Crucibus, et conventui eiusdem loci, presenti et futuro, quemdam ortum cum quodam casali in termino et in villa Montsalbi, que habuimus de Martha de Termenes, sorore nostra. Qui dictus ortus affrontat de duabus partibus in honore et in casali, que habuimus de dicta Martha, sorore nostra, de tercia parte in honore vestro, quem habuistis de fratre Guillelmo de Geleta, de quarta vero parte in parietibus Bernardi de Speluncha. Set casal affrontat de una parte in nostro casali, de secunda in orto, quem excambiamus vobis, de tercia et quarta parte in domo Elicsendis de Guialmons et in domibus vestris. Quantum his affrontationibus includitur et terminatur totum vobis et successoribus vestris excambiamus, absolvimus, diffinimus cum hac presenti carta de iure nostro eicimus et penitus a vobis evacuamus et in vestram liberam potestatem et dominium et tenedonem vos introducimus perhenniter possidendos, sicut melius dici vel intelligi potest, ad omnes vestras vestrorumque voluntates faciendas, et ad maiorem vestram securitatem promitimus vobis et vestris esse semper guirentes et defensores contra omnes personas, tali vero pacto predictam excambiationem facimus quod nos et nostri possideamus, expletemus illud violarium, scilicet, ·xx·v· solidos censuales, quos

frater Bernardus de Olivariis, monachus vester, reliquit vobis, tantum modo in vita sua, super quamdam vineam, quam Guillelmus de Olivariis, avunculus eius, reliquit ei, tantum modo in vita sua, quam vineam post decessum ipsius reliquit hospitali nostro perpetuo possidendo, sicut continetur in suo testamento. Et nos, frater Raimundus, dictus abbas de Sanctis Crucibus, cum consilio et voluntate nostri conventus, predictam excambiationem facimus et concedimus vobis fratri Bernardo et fratribus et sororibus vestris, presentibus et futuris, et cum hac presenti carta dictum violarium, scilicet, ·xx·v· solidos censuales et omnes rationes et iura, que ibi habemus de nostro iure eicimus et ex toto a nobis evacuumus et in vestram potestatem et dominium tradimus, quod vos habeatis, possideatis, expletetis illud violarium supradictum, id est, ·xx·v· solidos censuales, quos dictus frater Bernardus de Olivariis, monachus noster, reliquit vobis in vita sua, et promittimus vobis inde esse guirentes, sicut dictum est, tantum modo in vita sua. Et in presenti damus vobis per tenedonem vestram, et vestram ·xx·v· solidos Barchinone.

Actum est hoc ·IX· kalendas novembris anno Domini ·M^o·CC^o·XX^o·IV^o.

Sig+num Bertrandi, ministri hospitalis. Sig+num Arnaldi. Sig+num Geraldi. Sig+num Marthe.

Sig(signe)num fratris Raimundi, abbatis, qui hoc laudo et firmo et concedo vobis, quod minetis aqua per ortum nostrum ad vestrum, videlicet, unde a nobis melius placuerit. Sig+num fratris P<etri>, prioris. Sig(signe)num mei fratris B<ernardi> Calvonis. Sig+num fratris Petri. Sig+num fratris P<etri> A<rnaldi> subprioris. Sig+num fratris B<ernardi> de Olivariis.

Ego Bernardus de Tapiis, presbiter, Montisalbi notarius, hoc (signe) feci.

Ego Guillelmus de Sanauga, scholaris, hoc scripsi iussu Berangarii de Tarrega et B. de Tapiis, Montis Albi notarii, et hoc (signe) feci.

590

1224, novembre, 14

Donació de Guillem de Mediona i Saurina de Castellet, per la salvació de les seves ànimes, de les dels seus pares i de tots els fidels difunts, dels masos de Comalonga i de Pere de Ferrera que tenen al terme de Castellví de la Marca al Penedès.

- A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2780, núm. 6. Original.
- B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2780, núm. 7. Trasllat (*Hoc est translatum quod sub hiis verbis continetur*) fet per Berenguer Descanos el 13 d'octubre de 1226 (*Frater Berengarius Dezcanos, presbiter et monachus, qui hoc translatum fideliter scripsit et hoc sig(signe)num fecit, anno Domini ·M^o·CC^o·XX^o·VI^o. idus octobris*).

Sit omnibus notum quod nos Guillelmus de Mediona et uxor mea Saurine de Castelleto, ob remedium anime nostre et parentum nostrorum et omnium fidelium deffunctorum, damus et offerimus Deo et domui Sanctarum Crucum in manu Raimundi, abbatis, et Arberti, cellerarii eiusdem domus, omnem nostram partem integriter sine aliqua diminutione, quam habemus et accipimus in comitatu Barchinone, in termino Castri Veteris de Penitense, in manso, videlicet, de Coma Longa et in manso Petri de Ferrari et in omnibus honoribus, tenedonibus seu possessionibus predictorum mansorum. Omnem autem predictam nostram partem totius dicti donum sine aliqua retencione damus et offerimus Deo et dicte domui Sanctarum Crucum. Et de nostro nostrorumque iure sive posse traymus et in iure et in posse dicte domus et domini Raimundi, inde abbatis, et Arberti, cellerarii, et omnium fratrum ipsius domus presencium et futurorum, corporaliter mitimus et transferimus cum omnibus nostris iuribus et vocibus et accionibus tam realibus quam personalibus et cum hoc presenti instrumento licituro perpetuo in corporalem possessionem dictam domum inde mittimus et dompnum Raimundum, abbatem, et Arbertum, cellerarium, et omnes fratres ipsius domus, presentes et futuros, ad habendum et tenendum et perpetuo in pace possidendum, sine omni nostro nostrorumque retentu, ut autem hec donatio semper obtineat plenam firmitatem, omni auxilio ac beneficio legum et decretorum et consuetudinum et omni accioni reali et personali sive mixte observentur et consulte et ex certa sciencia penitus renunciamus.

Actum est hoc ·XIX· kalendas decembris anno Domini ·M^o·CC^o·vicesimo quarto.

Sig+num Guillelmi de Mediona, sig+num Saurine de Castelleto eius uxoris, sig+num Raimundi de Ripis, qui predicta laudamus et firmamus et etiam Raimundus de Ripis absolvo et penitus dono quicquid habeo vel debeo vel aliquo modo possum habere in predicta donacione.

Sig+num Raimundi de Pax. Sig+num Geraldi de Vice. Sig+num Carbonelli de Pax. Sig+num Arnaldi de Papiolo. Sig+num Raimundi de Cardona. Sig+num Guillelmi de Rubei.

Sig+num Raimundi de Ripis, qui hoc laudo et firmo. Sig+num Berengarii de Ripis, fratris eius. Sig+num A. de Setme. Testes firmamenti Raimundi de Ripis.

Sig+num frater Petri, prioris de Sanctis Crucibus, qui accepit firmamentum Raimundi de Ripis mandato Guillelmi de Ollesa notarii huius carte.

Sig(signe)num Guillelmi de Ollesa, publici Barchinone notarii, qui hoc scripsit, cum literis supprapositis in linea tertia et comisit vices suas abbati Sanctarum Crucum vel priori vel etiam frater B<ernardus> Calvonis, quod ab R<aimundo> de Ripis firmamentum istius carta recipiant, die et anno prefixis.

591

1225, gener, 19

Ramon de Cervera ven, per sis-cents morabatins alfonsins d'or, a Guillem de la Guàrdia, el castell i vila de Gramuntell, amb els cavallers i els homes i dones que hi habiten, amb les cases, amb el terme, les terres, l'aigua i els aqüeductes que la porten, les pastures, les vinyes i els boscos, amb els censos i els mals usos.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2780, núm. 8. Original. Carta partida per ABC.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2780, núm. 9. Trasllat fet per fra Ponç Babot, notari públic del monestir de Santes Creus, amb data posterior a 1296 (*Sig(signe)num ffratris Poncii Baoti, notarii publici monasterii Sanctarum Crucum, [facti] cum auctoritate in presentia et precepto domini abbate, qui hoc translatum scribi, feci et clausi et signum aposui*).

Notum sit cunctis quod ego Raimundus de Cervaria, per me et per omnes meos presentes atque futuros, non inductus, dolo nec vi nec suggestionem seu cabbdicare aliqua neque circumventus seu consulte et caute agendo, bono animo ac spontanea voluntate, vendo tibi Guillelmo de Guardia et tuis perpetuo totum meum castrum et villam Agramuntello, cum solo et edificio quod ibi est vel erit de abisso ac nubes, cum militibus et aliis hominibus et feminis, tam presentibus quam futuris, et cum omnibus suis terminis, cum terris et vineis et cum omnibus arboribus, que ibi sunt vel erunt et cum terris in quibus sunt plantate, cum cultis et eremis, cum pratis et pascuis et aquis et aqueductibus et garricis et silvis et nemoribus, cum agrariis et censibus et usaticis, cum questis et toltis et forciis et serviciis et ademprivis et ad emparamentis, cum firmanciis et

placitis, cum homicidis et cocuciis et arsinis et cum omnibus aliis iusticiis, cum inttestacionibus et exorquiis et cum omnibus que in predicto vel pro predicto castro vel villa, accipio vel habeo vel habere debeo iure vel consuetudine, vi vel gratis vel aliquo modo. Ita ut habeas et possideas et teneas et expletes predicta omnia et singula tu et cuicumque quoquo modo alinare velis, cum omnium rerum dominiis et proventibus, cum ingressibus et egressibus, cum omnibus suis tenedonibus et pertinenciis tam principaliter quam accessorie ubicumque sint et qualiscumque sint ad omnes tuas tuorumque voluntates ibi et inde in perpetuum faciendas pro libero et franco alodio sine omni meo meorumque retentu cunctisque accionibus et exceptionibus, rationibus et vocibus eo nomine vel propter predicta omnia et singula mihi competentibus vel competituris tibi cassis et in te translatis et penes te et tuos perpetuo valituris prout melius et plenius dici vel intelligi possint. Hec omnia supradicta et singula a tua tuorumque utilitatem in perpetuum, pro qua vendicione confiteor me a te recepisse in solidum, exceptioni non numerate peccunie et non tradite non renunciando ·DC· morabetinos anfossinos fini et puri auri rectique ponderis unde convenio ac promito tibi bona fide et firmam estipulationem quod totam pretaxatam vendicionem et universa supradicta et singula faciam tibi et tuis habere et tenere in pace et ab omni contradicente persona deffendam et etiam quos teneat inde tibi et tuis sufficienter legitime et plenissime de evictione obligando ad hec omnia tibi et tuis meosque heredes et successores omnia bona mea mobilia et immobilia presentia vel futura generaliter et specialiter. Et promito tibi per me et per omnes successores meos bona fide, similiter et convenio quod universsa supradicta et singula observem et compleam nec contraveniam in totum vel in partem nec venire faciam nec consentiam aliqua arte vel aliquo modo. Renunciando sd hec gratis et ex certa sciencia omni iuri divino et humano, scripto et non scripto publico et privato generali et speciali canonico et scolastico et legali quod a me vel per me vel a meis vel per meis contra hec sicut plenius suprascripta sive a prima linea usque ad ultimam modo vel in posterum allegarii vel dici possit.

Actum est hoc ·XIII· kalendas februarii anno Domini ·M^o·CC^o·XX^o·III^o·.

Sig+num R<aimundi> de Cervaria, qui hoc firmo firmarique rogo. Sig+num Guillelmi de Cervaria filii eius, qui hoc similiter laudo et firmo. Sig+num Iacobi, filii eius, qui hoc eodem modo firmo.

Sig+num Mironis de Aquilario. Sig+num Guillelmi de Seccavecs. Sig+num Guillelmi de Ofogat. Sig+num Dalmacii de Cirera. Sig+num Arnaldi de Vila Nova.

Cervinus, diaconus, publicus scriptor de Basso, qui hoc scripsit rogatus die annoque prefixo (signe).

592

1225, març, 12

Guilem de Foix, amb el consell i la voluntat de Guilem d'Òdena, ven a l'abat Ramon de Rifar i al monestir de Santa Maria de Santes Creus, per quatre-cents sous, diners de Barcelona, equivalents a vuitanta-vuit sous de plata, els masos que són al capdavall del terme de Pontons: el de Clots, que per ell té, ara, Berenguer de les Toses, el de Terradella i el de Marutxa, i també les tinences que posseeix al terme de Vilademàger, els quals ha heretat del seu oncle matern, Arbert de Pontons.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2780, núm. 10. Original.

Notum sit cunctis quod ego, Guillelmus de Fodex, gratuita voluntate et certa scientia, cum consilio et voluntate Guillelmi de Otina, per me et meis, vendo domino Deo et Beate Marie de Sanctis Crucibus et fratri Raimundo, abbati et omni conventui ei subdito ipsius loci de Sanctis Crucibus, etiam presentis et futuris, scilicet, illos mansos de Clotis, infra terminum castris de Pontons, sicut tenent et possident pro me hodie et possidere debent, videlicet, Berengarius de zes Toses et de Terradela et Maruchi, videlicet, cum terminis et affrontationibus et possessionibus longe et prope, pascuis, lignis, petris, aquis, viis ductibus et inductibus et quantum dici et intelligi potest quod ad ipsos mansos pertinent et pertinere debet, longe et prope, et adhuc cum omni tenedone et possessione illa de termino de Villa de Mager, quam Berengarius de zes Toses tenet pro me iusta ipsos mansos de Clotis. Quos mansos et tenedones ac possessiones advenerunt mihi propter leexam avunculi mei Arberti de Pontons et sicut hoc ex eo mihi advenit, ita de meo posse, gratuita voluntate et certa scientia et cum consilio predicti Guillelmi de Otina et sua licencia et etiam cum <con>silio et voluntate mee uxoris Ermesendis et aliorum amicorum meorum, totum integriter in posse predicti fratris Raimundi, abbatis, et de ei conventu, presenti et futuro, de Sanctis Crucibus pro mea vendicione et sua conceptione

in corporalem possessionem omnium istorum mito, libero et transfero, scilicet, dominium et potestatem eorum ad faciendum ibi et inde omnes suas voluntates propter alaudium franchum et liberum sine omni retentu meique meorum et etiam ad habendum et tenendum omnique tempore possidendum et expletandum nec et in perpetuum secure et in pace. Accipio autem pro precio huius vendicionis ab utroque parte placibili ducentos morabetinos bonos in auro anffusinos et directi ponderis, quos de vestris manibus in meis recepi et nichil ex eis apud vos in debito remansit. Et etiam si ultra hoc precium predictum dicta vendicio valet vel forte de cetero valebit totum illud plus dono, remito et in propter diffinio propter remedium anime mee et parentum meorum ad fidelium defunctorum predictae beate Marie et predicto fratri R<aimundo> abbati et omni conventui de Sanctis Crucibus, unde omni exceptioni non numerate pecunie et doli et excepcioni duplicis decepcionis et cuilibet iuri legali vel comonicio aut consuetudinario que contra hanc vendicionem aliquo modo possem inducere prosus renuncio, promittens me esse semper guarentem et defensorem huius vendicionis vobis emptoribus et successoribus vestris et teneor etiam inde vobis et vestris in propter de eviccione faciens quantum ad hoc per vos directum et mitens pigera in causa cum omni persona inde querelante obligando in hoc casu vobis predictis me et omnes meas res mobiles et immobiles in quibus melius vestri auctoritate accipere volueritis. Item ego, Guillelmus de Otina, per me et meis laudo, concedo ac confirmo hanc vendicionem quam G<uillelmus> de Fodex ad monasterium de Sanctis Crucibus facit infra terminum castri de Pontons in predictis locis de Clotis et adhuc dono pro remedio anime mee predictae Beate Marie de Sanctis Crucibus et servitoribus eius monachis et fratribus inde et omni tempore ipsas duas partes decimorum quas habeo in illo manso iusano de Clotis et sic laudo et confirmo ac dono cum introitibus et exitibus et adempramentis de pascuis et de omnibus causis ad usum et servicium hominis, que illi mansi opus habent infra termino de Pontonis, tamen ad bonum intellectum, videlicet, propter vestrum alaudium franchum et liberum sine omnique ibi retentu meique meorum, videlicet, de forciis nec de toltis nec de iovis, de truginis, de operis nec de ullis costumis, guaites et cavalcatas, totum ex mea parte et meorum, sicut datum et remisum omnique tempore beate Marie et servitoritus eius et ut melius veleat et firmior sit. Accipio de monasterio de Sanctis Crucibus ·cccc· solidos denariorum istius bone monete Barchinone nove valente moneta argenti ·LXXX·VIII· solidos, quos in meis manibus

recipi. Et confiteor a monasterio ex eis esse bene paccatus tantum ut promito pro me meis omni tempore beate Marie et servitoribus eius de toto esse guarentes et defensores et facere legalem guarenciam contra me ipsum et meos et ceteros homines et feminas secundum meum posse.

Actum est hoc ·III· idus marcii anno Domini ·M^o·CC^o·XX·III·.

Sig+num G<uillelmi> de Fodex, qui hoc iussit scribere et firmavi. Sig+num Ermessendis, eius uxoris, sig+num Poncii de Fodex, sig+num Berengarii, sig+num Arnaldi, fratris Willelmi de Fodex, quod laudantes et firmantes hoc.

Sig+num G<uillelmi> de Otina, qui hoc laudo et dono et firmo. Martini clerici in cuius posse firmavit hanc cartam G<uillelmus> de Odena in presencia de R<aimundi> de Otina. Sig+num R<aimundi> de Otina.

Sig+num Berengarii de Guardia. Sig+num G. Ferrarii et suum signum fecit (signe). Sig+num domine Elicsendi uxoris G<uillelmi> de Odena, qui hanc cartam firmavit in posse R<aimundi>, sacerdos Sancti Petri de Odena. Sig+num Arberti de Guardia. Sig+num Jaufredi. Sig+num A. de Gemeneles. Sig+num fecerunt Saturnini, qui fuerunt et viderunt firmare hanc carta, scilicet, G<uillelmi> de Fodex, et Ermesendis uxoris eius. Nicholay, clericus Catri Veteri (signe) in cuius posse scanerto firmavi (signe).

(Signe) Guillelmus de Petra, presbiter, qui hoc scripsit et signum prefixit, cum literis supra scriptis in linea ·XVII· et dicitur corporalem et dampnatis in linea ·XXIII· ibi dicto et ad huc dampnatis in linea ·XXX·IX· ubi et dictum in facta termine dieque anno quo supra.

593

1225, març, 14

Berenguer de Canyelles concedeix permís a l'abat Ramon de Rifar per vendre, comprar i mercadejar productes de Santes Creus a la fira de Vilafranca del Penedès sense obligació de satisfer la lleuda.

[A]: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2780, núm. 11. Trasllet (*Hoc est translatum fideliter factum*) fet per Berenguer Dezcamos el 29 de desembre de 1232 (*Frater Berengarius Dezcamos, presbiter et monachus, hoc translatum scripsit et hoc sig(signe)num fecit ·III· kalendas ianuarii anno Domini ·M·CC·XXX·II·*).

Sit notum cunctis quod ego, Bertrandus de Caneles, dono ob salutem anime mee et offero domino Deo et vobis dompno Rai-

mundo, abbati, et conventui Sanctarum Crucum, presenti et futuro, quod nunquam in nundinis de Villa Francha pro mercimoniis vestris teneamini mihi vel meis successoribus aliquid dare nomine leude vel alicuius servituris aposite vel apponende, set liceat vobis semper et vestris fratribus quamdiu, scilicet, duraverint nundine predictae vendere et emere quicquid volueritis por voluntate vestra libere et absque omni honore servitutis, ita quod neque leudam sicut predictum est nec aliquid quodcumque servicium vel usaticum accipere inde valeamus aliqua ratione. Et quantum ad presentem donacionem pertinet vel pertinere melius potest ad vestrum comodum vel profectum re[mito] pro me et meis omnibus accioni in factum et omni condicioni et exceptionibus ex doli clausula iurisque vel facti ignorancia provenientibus vel proventuris et omni et omni alii iuri et beneficio iuris vel consuetudinis scripto vel non scripto.

Actum est hoc ·II· idus marcii anno Domini ·M·CC·XX·III·.

Sig+num Bertrandi de Caneles, qui hoc laudo et firmo testesque firmare rogo.

Sig+num Berengarii de Villa Francha. Sig+num G<uillelmi> de Villa Francha. Sig+num Berengarii de Seguda.

Sig·SSS·+num fratris A., scribe, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

594

1225, març, 28

Elisenda de Prat, amb el consell dels seus fills Berenguer i Aimeric i de les seves filles Anglesa, Maria i Sibil·la, dóna, per la salvació de l'ànima del seu marit, Berenguer de Prat, i per la de la seva i la dels seus pares, al monestir de Santes Creus, l'abat del qual és Ramon de Rifar, una quadra, en franc i lliure alou, que té al terme del castell de Garidells.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2780, núm. 12. Original. Algunes parts, on hi posem [±], en mal estat, la qual cosa impedeix la lectura.

Sit notum cunctis quod ego Eligendis de Prato, libera ac spontanea voluntate, cum consilio et voluntate meorum filiorum, videlicet, Berengarii et Aimerici et filiarum mearum, videlicet, Anglese, Marie et Sibilie, dono et offero cum hac presenti pagina perpetuo valitura, ob remedium anime viri mei Berengarii de Prato et salutem

anime mee et parentum meorum, domino Deo et Sancte Marie de Sanctis Crucibus et vobis Raimundo, abbati eiusdem loci et ei conventui eiusdem loci, presenti atque futuro, unam quadram terre per franchum alodium, que est in comitatu Barchinone in territorio Terrchonensis in termino castris de Garidels, cum ingressibus et egressibus suis et cum omnibus arboribus diversi generis, que ibi sunt vel fuerunt, cultum et heremum, cum aquis vel petris et aliis melioramentis, sicut melius dici vel intelligi potest ad utilitatem et profectum dicti monasterii et ad vestram vestrorumque voluntatem faciendam. Quod autem quadra terre terminatur ab oriente in torrente Madii Longe, a meridie in honore Podii Deifini, a circio in ortis qui iam sunt datis, sicut ascendit [±4] esse terminatum et fixuratum ex una serra in aliam sicut aque discurrent infra cumbam et extendit et [.....] usque ad torrentem Madii Longe, ab occiduo in flumine Franchulini, sicut ab his terminis concluditur et ter[mi]natur], dono et concedo predictam quadram terre, sicut superius dictum est, domino Deo et predicto monasterio et vobis Raimundo, abbati et omni conventui eiusdem loci, presenti et futuro, ad omnem vestram voluntatem ibi et exinde faciendam per franchum alodium, sine alio meo meorumque retentu. Et ego, Eligsendis, predicta, de Prato, per me et per meos convenio facere legalem guarentiam de omni illo honore vobis predictis et dicto monasterio contra cunctos homines vel feminas per secula cuncta. Et si aliqua persona [±3] poterit abere honorem vestrum et [...]nteret vos inde facere aliquam missionem vel emendam omnia per me et meorum faciam illam pro vobis, et convenio facere in placito et extra placitum.

Actum est hoc ·v^o· kalendas aprilis anno Domini ·M^o·CC^o·XX^o·V^o·.

Sig+num Eligsendis de Prato, uxoris Berengarii de Prato, qui hoc laudo et firmo testesque firmare rogo.

Sig+num Berengarii de Prato,¹ sig+num Aimerici, sig+num Anglese, sig+num Marie, sig+num Sibilie, filiorum et filiarum, domine predicta Elicsendis, qui hanc donationem laudamus et firmamus.

Sig+num Guillelmi de Prato. Sig+num Aimerici de Spinles. Sig+num Arnaldi de Papiol. Sig+num Berengarii de Corron. Sig+num Gerdaldi de Artica. Sig+num Bertrandi de Plicamanibus. Testium huius rei.

Sig+(signe)num Bernardi, presbiteri de Garidellis, qui fecit scribere istam donacionem. Sig+num Guillelmi de Claro Monte, qui hoc laudo et firmo.

Sig+num fratris Petri Arnaldi, monachi, qui hanc cartam de mandato Bernardi, presbiteri de Garidellis, scripsit, cum literis dampnatis in decima linea ubi dicitur filii, die et anno quo supra.

1. *Segueix, filii, ratllat, i e, ratllada.*

595

1225, abril, 13

Confirmació de les adquisicions i de la renúncia de drets a favor de Santes Creus feta per Guillema, senyora de Castellvell, del mas de Clots, al terme de Pontons, que l'abat va comprar a Guillem d'Òdena, a Guillem de Foix i a Bernat de Rovira, i de la donació que Guillem de Mediona va fer a l'abat dels masos de Pere de Ferran i de Comalonga, al terme de Castellvell de la Marca del Penedès.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2780, núm. 13. Original.

Sit notum cunctis quod nos Guillelma, domina de Castro Veteri, per nos et omnes nostros presentes atque futuros omni tempore, laudamus et concedimus vobis Raimundo, abbati Sanctarum Crucum, et toti vestro conventui atque omnibus successoribus vestris illas compras, quas fecistis in termino de Pontons, mansum, scilicet, de Clotis, quem emistis a Guillelmo de Odena et G<uillelmo> de Fox et de Bernardo de Ruvira, totum nostrum ius et dominium, quod ibi habemus et habere debemus vel quicquid in eodem castro adquisistis donacione, empcione, excambio alicuius persone, militis vel pedonis, usque ad hodie diem, et in termino de Castro Veteri de Marcha, scilicet,¹ donacionem, quam Guillelmus de Mediona fecit vobis in mansis Petri de Ferran et de Comba Longa, ut habeatis et teneatis per vestrum alodium in pace omni tempore.

Actum est hoc idus aprilis anno Domini ·M·CC·XX·V·.

Sig+num Guillelme, domine de Castro Veteri, que hoc laudamus et firmamus. Sig+num Mir de Castro Veteri. Sig+num Petri de Castro Veteri.

Sig+num Geraldí de Mora. Sig+num Ferrarii de Turricellas. Sig+num Petri de Caneto. Testes.

Signum ·SSS· Bernardi, presbiteri et capellani domine Guillelme de Castro Veteri, qui hoc scripsit, cum literis appositis in linea septima die et anno quo supra.

1. *Segueix ratllat: mans.*

596

1225, abril, 14

Elisenda de Bellpuig, els seus fills Maimó i Berenguer i la seva filla Beatriu venen, per dos-cents morabatins alfonsins, a Ramon de Rifar, abat de Santes Creus, l'honor de l'Esplugu de Dalt i de l'Esplugu de Baix, al lloc anomenat el Domenge o Cavalleria de l'Albió.

[A]: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2780, núm. 14. Traslát (*Hoc est translátum fideliter translátatum cuius series sic ordinatur*) fet l'11 de febrer de 1229 per Bartomeu d'Agramunt, novici de Santes Creus (*Actum est hoc trnaslatum .iiii. idus febroarii anno Domini .M^o.cc^o.xx^o. octavo. Ego Bartolomeus de Acrimonte, existens novicius in domo Sanctarum Crucum, hoc fideliter translátavi die et anno quo su(signe)pra, cum literis emendatis in linea octava ubi dicitur potest et in decima sexta ubi dicitur qui omnes et in vicesima ubi dicitur Dalmatii, punctos atque non feci in signo Borrassa [...] non erant in originali instrumento et suprapositis in tercia ubi dicitur atque et in septima ubi dicitur omni et rasis in quinta*). En algunes parts presenta dificultats de lectura.

In nomine Domini. Sit notum cunctis quo ego Eligsendis de Pulcro Monte et filii mei Maimonus et Berengarius et Beatrix, filia mea, bono animo et spontanea voluntate, per nos et per omnes heredes et successores nostros, vendimus vobis dompno Raimundo, abbati Sanctarum Crucum, et conventui eiusdem loci presenti et futuro illum honorem nostrum quem habemus apud Speluncam Superiorem et Inferiorem, in loco qui dicitur Domenge sive Cavalleria de Albione. Vendimus vobis cum ingressibus et egressibus, cum suis aquis et aqueductibus et cum omnibus accessibus suis, cum omni iure et dominio ad nos in eodem pertinenti vel pertinere debenti, tam in decimo quam in aliis omnibus pertinenciis eiusdem sive ratione matris mee, quondam defuncte, vel aliis quibuscumque modis ad nos spectare veleant quoquo modo. Accepimus autem¹ a vobis numerando de bonis vestris et domus vestre precio predicti honoris ducentos morabetinos anfussinos de paga boni auri rectique ponderis pro quibus cum simus inde ad beneplacitum nostrum paccati. Renunciamus exceptioni non numerate peccunie et non solute rei, tali modo que si unquam plus dicto precio valuerit aut valere visus fuerit totum cedat in donacionem vestram pro remedio animarum nostrarum. Affrontat siquidem prefatus honor ab oriente in via qua itur de Spelunca versus Balancham Fortem, a meridie in honore Petri den Mir et in honore, qui fuit Geraldí de Monte Acuto, ab occiduo in vobis emptoribus, a circio sive a septemtrione

in honore Raimundi Moleti et Arnaldi Moleti, sicut dividit in serra cum honore de na Montfar. Predictam vendicionem facimus vobis et vestris successoribus cum auctoritate et beneplacito dominorum de Speluncha, per quos prefatum honorem tenemus et tenere debemus, libere et absolute, et per vestrum franchum allodium absque omni² retentu nostro nostrorumque, prout melius dici potest vel intelligi, ad omnes vestras vestrorumque successorum voluntates perpetuo faciendas, unde memoratum honorem de nostro iure, dominio et potestate trahimus ex toto et in vos ac domum vestram penitus transferentes et transmutantes cedimus vobis et vestris successoribus omne ius omnemque accionem quod vel que ad nos ibidem competit vel competere potest utiliter aut directe. Et cum hoc publico instrumento in possessionem eiusdem corporaliter vos mittentes et inducentes. Promittimus vobis bona fide et per estimationem quod quitium, liberum et absque omni impedimento illorum laboratorum omnium, qui ad tempus vel in perpetuum aliquid ibi adquisieret faciemus vobis memoratum honorem pacifice possidere, ita quod nos faciamus eos ab omni inquietudine vestra omnimodis conquiescere et cessare, et legali autem gaurentia et de his omnibus supradictis plenius et efficacius ad vestrum comodum, atendendis et faciendis obligamus vobis prenotatis et monasteri vestro omnia bona nostra mobilia et immobilia ubicumque sunt vel fuerint constituta, iurantes tactis ab unoquoque nostrum sacrosantis quatuor Evangeliiis que hec omnia prout in hac carta scripta habeantur firma habebimus et penitus inconvulsa nec unquam contraveniemus per nos vel per aliquam quamcumque persona nec per fraudem aut dolum contravenire ab aliquo patiemur autem omnibus melius complendis tam super eviccionem quam super laboratoribus prenominatis per compositionem seu aliis modis ab his que sibe competere puterat in sepedicto honore non admitendis, set prout magis nobis secundum Deum expedierit expellendis. Damus vobis firmancias Geraldum de Valle Clara et Berengarium de Monte Pavone, qui nobis et sine nobis faciant et compleant que nos supra promisimus completuros. Ad maiorem etiam presentium firmitatem nos supradicti venditores renunciamus prudente et ex certa ciencia accioni in infactum et omni condicioni et exceptionibus ex doli clausula iurisque vel preci ignorantia provenientibus aut proventuris omnique alii iuri et beneficio divino et humano, scripto vel non scripto. Et specialiter ego Eligsendis et filia mea Beatrix renunciamus expressim privilegio sexus et Beneficium Senatus Consulti Velleiani. Nos itaque Geraldus de Valle Clara et Berengarius

de Monte Pavone facimus vobis emptoribus hanc firmanciam bona fide et sine omni malo ingenio super omnibus bonis nostris mobilius et immobilius ad vestrum sanum et bonum intellectum, ita quod unus non possit se pro altero excusare. Renunciantes inde nove contitutioni et epistole divi Adriani, ad hoc nos Guillelmus de Guardia et Elliardis de Palati, domina Turris Rubea, et Raimundus Fulcho de Cardona laudamus et concedimus vobis prefatis abbati et conventui Sanctarum Crucum vendicionem predictam cum suis terminis et adiacentiis universis ut videlicet habeatis prefatum honorem in perpetuum ad faciendum ibi vel exinde quicquid volueritis per vestrum proprium et franchum allodium sine omni nostro nostrorumque retentu.

Actum est hoc ·xviii· kalendas maii anno Domini ·M^o·CC^o·XX^o·V^o·.

Sig+num Eligsendis de Pulcro Monte. Sig+num Maymonis, sig+num Berengarii, sig+num Beatricis, filiarum eius, qui omnes hoc firmamus, laudamus atque iuramus et firmari a fideiussoribus et dominis Spelunce supradictis et testibus rogamus.

Sig+num Geraldi de Valle Clara, sig+num Berengarii de Monte Pavone, qui hoc laudamus.

Sig+num Petri de Monte Olivo. Sig+num Petri de Vilar. Sig+num Arnaldi de Peladela. Sig+num A. capellani de Conesa. Sig+num Bernardi, clerici. Testium

Sig+num Berengarie de Lorag, que hoc laudo et firmo.

Sig+num Guillelmi de Guardia, sig+num Elliardis de Palati, sig+num domine Turris Rubea, sig+num Fulchonis de Cardona, qui hoc laudamus, firmamus et etiam aprobamus.

Sig+num Borrassa, filie predictae Eligsendis. Sig+num Berengarii de Aquilone, iunior. Sig+num Bernardi de Piles. Testium, qui vidimus firmare hanc cartam Guillelmi de Guardia.

Sig+num A. de Ville Nove, militis. Sig+num Petri, clerici Sancti Privati. Sig+num Berengarii de Speluncha. Testium, qui vidimus firmare hanc cartam domine Elliardi de Palati.

Sig+num Dalmacii de Timore. Sig+num G. de Alentorn. Sig+num Raimundi de Clareto. Testium, qui vidimus firmare hanc cartam Raimundi Fulchoni et domine Turre Rubea.

Sig+num P. Amalric. Sig+num G. Iener. Testium, qui vidimus firmare hanc cartam Beatrici, filie predictae Eligsendis.

Ego Iohannes de Podio, Montis Albi, notarius (signe) hoc firmo et mandato mei frater Petrus Arnaldi, monachus hanc cartam scripsit.

Sig+num fratris Petri Arnaldi, monachi, qui hoc scripsit mandato Iohannis de Podio, Montis Albi notarii, cum literis dampnatis in linea vecesima octava ubi dicitur Consultus, die et anno quo supra.

1. *Interlineat: autem.* 2. *Interlineat: omni.*

597

1225, maig, 7

Elisenda, vídua de Bernat de Vilafranca, el seu fill Pere i els altres fills, amb el consentiment i la voluntat dels marmessors testamentaris del seu difunt marit i del seu castlà Guillem de Vilafranca, de Ramon de Vernet i de Bertran de Canyelles i d'altres amics, com ara Ramon Dezpuig, Pere de Vilafranca i Guillem de Vilafranca, venen sis sous censals a Santes Creus, pel preu de quinze sous, sobre l'hort de Ponç Vedell, i dotze diners, sobre l'hort de Pere Perellada, per la mitgera de blat de cens que Pere de Vilafranca va assignar a favor de Santes Creus de la seva honor del Camp de Tarragona.

- A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2780, núm. 15. Original.
- B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2780, núm. 16. *Trasllat (Hoc est translatum fideliter factum) fet per fra Berenguer Dezcanos el 3 de desembre de 1231 (Frater Berengarius Dezcanos, presbiter et monachus, hoc translatum scripsit et hoc sig(signe)num fecit ·III^o nonas decembris, cum literis suprapositis in ·v· linea ubi dicitur; Pater dicti B. de Villa Francha, anno Domini ·M·CC·XXX·I·).*

Notum sit cunctis quod ego, Elicsendis, uxor que fui Bernardi de Villa Francha, olim defuncti, et filius meus, Petrus, atque alii filii mei, assensu et voluntate manumissorum predicti B<ernardi> de Villa Francha atque Guillelmi de Villa Francha, castlani, et Raimundi de Verneto atque Bertrandi de Canellis et etiam amicorum nostrorum, scilicet, Raimundi de Podio et Petri de Villa Francha atque Guillelmi de Villa Francha et aliorum, per nos et nostros, damus et assignamus domino Deo et domui Sanctarum Crucum et suis rectoribus, in perpetuum, sex solidos censuales, monete quaternalis, de quibus accipimus quinque solidos in ortis Poncii Vituli et duodecim¹ denarios in orto Petri de Pariliatis, pro una migeria frumenti censuali, quam P<etrus> de Villa Francha, pater dicti B<ernardi> de Villa Francha,² predictae domui et suis rectoribus assignaverat in honore, quem habebat in Campo Terrachone, quem

vendidit ipse B<ernardus>, quos mitimus et convenimus predictae domui et suis rectoribus facere, tenere, habere, possidere et expletare secure et potenter in pace omni tempore suo proprio dono, absque aliqua nostra nostrorumque retentione, inquietatione, revocatione et exceptione ut melius dici vel intelligi potest ad salvamentum et comodum predictae domus et suorum rectorum.

Actum est hoc nonas madii anno Domini ·M·CC·XX· quinto.

Sig+num Elicsendis, predictae, sig+num Petri, eius filii qui hoc concedimus et firmamus.

Sig(signe)num G<uillelmi> de Villa Francha. sig+num Raimundi de Verneto, sig+num Bertrandi de Canellis, quibus concedimus et firmamus.

Sig+num Petri de Villa Francha. Sig(signe)num Raimundi de Podio.

Sig(signe)num Bartolomei de Acromonte, notarii, qui hoc scripsit precepto R<aimundi> de Podio, clerici de Villa Francha, cum literis emendatis in quarta linea et in sexta.

1. B: ·XII·. 2. B *interlineat*: Pater, dicti B. de Villafrancha.

598

1225, maig, 22

Berenguer d'Oliveres, fill del difunt Guillem d'Oliveres de Montblanc, s'ofereix com a germà de Santes Creus i lliura la seva ànima i el seu cos al monestir. Dóna als monjos tot el dret i les rendes del forn que té al carrer de Ramon de Gaià, a la vila de Montblanc, i l'octava part dels altres forns que posseeix a la mateixa població, amb la condició que quan vulgui vestir l'hàbit monacal sigui satisfet el seu desig.

- A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2780, núm. 17. Original.

In Christi nomine. Sit notum cunctis quod ego Berengarius de Oliveres, filius Guillelmus de Olivarias de Monte Album, olim defunctus, bono animo et voluntate mea, pro redemptione anime mee et omnium parentum meorum, dono corpus meum et anima mea domino Deo et beate Marie et monasterii Sanctarum Crucum. Et dono cum corpore meo et anima mea, scilicet, duas partes integriter de ipsum octavonum de furnum novum, qui est in villa de Monte Album, scilicet, in vico de Raimundus de Gayano. Item dono domino Deo et monasterii Sanctarum Crucum totum meum

ius et racione quam ego habeo et habere debeo in totis furnis que de inde faciant in villam de Monte Album, pro omnibus locis. Sub tali vero condicione dono domino Deo et beate Marie et monasterii Sanctarum Crucum, predictum octavonum de furno supradictum et totum ius et racione de aliis furnis, quos ibi de inde faciant ut predictum monasterium teneat et abeat et expletet secure et potenter in pace in perpetuum sine omni meo meorumque retentu ad omnes voluntates monasterii faciendas. Et si forte ego habebat temptacione vel mutavit voluntatem supradicta donacionem habebat monasterii sine vinculo meo vel meis vel aliqua persona et ego nec meis unquam deinde licitum non habeamus deinde antea per ullam racionem in predictum furnum nec in aliis et cum hoc instrumentum trado predicto furno in possessione monasterii et in tenedone sine aliqua contrarietate ad bonum intellectum sine omni excusacioni. Et quandocumque hora ego habeo animum de vestire in ordine quod vestiarius faciat mihi vestidures quantas mihi sint necessarias.

Actum est hoc ·XI· kalendas iunii anno Domini ·M^o·CC^o· viginti et quinto.

Sig+num Berengarii de Olivariis, qui hoc facio, firmo <et> testes firmare rogo.

Sig+num Bernardi de Rivo Pollini, sig+num Bertrandi Enfermaris, sig+num Bertrandi de Casales, testis.

Berengarius, presbiteri de Episcopali, notarii Ville Rotunde, qui hoc scripsit, vice G. Cenie; et dampnavit in ·v· linea ubi dicitur ac, et rasisit et emendavit et dampnavit in ·VIII· linea ubi dicitur antea, die et anno quo (signe) supra.

599

1225, maig, 30

Testament de Ferrer de Viver, novici de Santes Creus.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2780, núm. 18. Original.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2780, núm. 19. Original.

In nomine Domini. Ego Ferrarius de Viveriis, adhuc existens novicius infra annum, videlicet, probacionis, constitutus sanus et incolumis, meum facio testamentum, in quo eligo mihi manumissores fratrem Arbertum de Pontons, fratrem¹ Gaufredum de Rocheta, Bernardum² de Valle Forti et Guillelmum³ de Solario, quibus confero plenam potestatem distribuendi et disponendi de bonis meis et

rebus, sicut in hac carta invenerint ordinatum. In primis dimitto domino Deo et monasterio Sanctarum Crucum, in quo sub monachico habitu semper vivere, Domino faciente, propono mansum meum de Ulmo, quod situm est in termino de Olerdula, infra parrochiam Sancti Petri de Avinione. Predictum mansum relinquo prefato monasterio cum omnibus iuribus et rationibus ad me pertinentibus in eodem sive per paternam aut maternam successionem sive per titulum emptionis vel aliis quibuscumque modis ad omnes suas voluntates in perpetuum libere faciendas, salvo tamen usufructu et violario, quod in medietate ipsius mansi pertinet ad dominam matrem meam. Verumtamen volo et mando, quod tam de medietate fructuum predicti mansi, quam percipio in presenti quam etiam de alia medietate quam iure usufructus percipit domina mater mea si ipsam priusquam memoria contigerit vel ab hoc seculo discedere religionis habitum assumendo satisfiat inde plenarie in vita mea tamen omni querelanti qui super usuriis aut iniuriis adversum me iustam querelam proposuerit vel demandam. Dimitto etiam eodem monasterio illos ·DCC· solidos, quos tradidi Vitali Ermangaudo cum omni emolumento et prodo quod debeo habere ex societate quam cum eodem contraxi per instrumentum inde confectum. Adhuc dimitto prefato monasterio ·C·L· et ·VI· solidos monete quaternalis, quos mihi debet Berengarius de Campcenteles et ·XXX· et ·VII· mazmutinas quas mihi debet Guillelmus⁴ de Claromonte, cum ·XL· solidos quaternalis,⁵ quos ex alia parte isdem nobilis mihi solvere tenetur, prout resonat in instrumentis inde confectis. Sub tali condicione supra dicta omnia lego et dimitto monasterio iam dicto, quod tota pecunia suprascripta assignetur et expendatur in honoribus arrabazandis apud grangiam de Monte Tornes et commito fidei dompni abbatis et conventus quod in nullos alios usus hec pecunia convertatur nisi solummodo in arrabazandis honoribus sicut dictum est apud Montornes. De fructibus autem quos Deus dederit in honoribus, de hac pecunia arrabazatis nec non et de fructibus mansi de Ulmo suprascripti proveideatur singulis annis in perpetuum per totum Adventum Domini conventui Sanctarum Crucum in pane pulcro et bono ac comestibili qualis videlicet infirmis dabitur et minutis. Item mille⁶ solidos quos habeo in libris, qui fuerunt magistri Raimundi⁷ de Pennaforti, dono, assigno in cisterna seu szafaregio⁸ faciendo apud Sanctas Cruces in eo loco in quo dompnus abbas magis videtur expedire nec in alios usus prefati mille⁹ solidi expedantur. Si quid vero facto szaffaregio¹⁰ inde superfuerit, apud Montornes collocetur in arrabazatis faciendis, cum additamento

quingenta¹¹ solidos quaternalis,¹² quos habeo apud Granatam in operatorio Bernardi¹³ de Bassia ratione Guillelmi¹⁴ de Sancto Marciali. Dimito fratri meo Durando de Viveriis quicquid iuris habeo vel habere debeo apud Orlach. Dimito eidem similiter quicquid ad me pertinet vel pertinere potest in eo violario, quod Arnaldus¹⁵ de Salfores habet ratione uxoris condam sue Guillelme, sororis, videlicet, nostre. Dimito sorori mee Raimunde, uxori Guillelmi¹⁶ de Colle et filio suo Bernardo,¹⁷ post eam, vineam meam quam habeo apud Suiner. Dimito sorori mee Ermessendi domos meas, quas habeo apud Villam Francham, exceptione quam feci ab Arnaldo¹⁸ Angeler et suis. Domine autem mee Bernarde dimito ad usumfructum et violarium tamen vineam suprascriptam teneatque domos memoratas usque ad tempus quo soror mea predicta Ermessendis tradetur nuptui et post obitum eiusdem¹⁹ matris mee fiat de vinea sicut superius ordinatum habetur.²⁰ In debitis autem que hic non habentur expressa et vasis meis vinariis ac suppellectile domus ceterisque omnibus bonis ad me pertinentibus habeat mater mea per omnia vices meas tamquam legataria ad faciendum inde quicquid sibi placuerit disponere seu ordinare in vita vel in morte, set donet ipsa ecclesie Sancti Petri Hospitalis Guillelmi²¹ de Colle ·L· solidos et sororibus meis Elicsendi, Marie et Sibilie, uxori Arnaldi Ferrarii²² unicuique illarum brisaldum unum de fustanio.²³ Volo et humiliter deprecor dominam matrem meam et fratrem meum Durandum sororemque meam Raimundam et ceteros propinquos meos quatinus ob honorem et reverenciam Dei et gratia mei rata habeant et penitus inconvulsa omnia que domui Sanctarum Crucum in presenti testamento dono, offero et relinquo. Si vero quod absit aliquis ex prefatis propinquis et caris meis contravenire temptaverit aliquo modo vel aliqua ratione ab omni comodo et emolumento successionis mee bonorumque meorum omnium²⁴ ipso facto feciant²⁵ se privatum et penitus alienum. Ita quod quicquid ex successione mea ad ipsum poterat pervenire ex testamento presenti vel alio ullo modo ad prefatam domum transeat pleno iure cum aliis que ei supra dimito. Et si presens carta vires testamenti visa fuerit de iure non posse tenere volo quod si non potuerit valere iure testamenti valeat saltim iure codicillorum. Et si non valuerit ut testamentum scriptum valeat ut nuncupativum aut ut donacio inter vivos, maxime quantum ad domum Sanctorum Crucum si sic ei magis poterit expedire.

Actum est hoc ·III· kalendas iunii anno Domini ·M^o·CC^o·XX^o·V^o·.

Sig(signe)num fratris Ferrarii de Viveriis, qui hoc laudo et firmo testesque firmare rogo.

Sig+num Geraldii Sutoris. Sig+num Clementis. Sig+num Petri Guinovard. Sig+num Bernardi de Casalibus. Hii sunt testis.

Sig+num Arberti de Pontons. Sig+num fratris Gaufredi de Rocheta. Sig+num Bernardi de Valle Forti. Sig+num Guillelmi de Solario. Sig+num B. de Olivariis. Sig(signe)num mei fratris A. Gotardi, monachi.

Sig.SSS.+num fratris Arnaldi, scribe, qui hoc testamentum scripsit cum literis rasis et emendatis in linea quarta ubi dicitur dimito et in vicesima ubi dicitur omnia et in vicesima quinta ubi dicitur ac et in vicesima septima ubi dicitur cisterna et supprapositis in linea tertia ubi dicitur fratrem et quadraginta quarta ubi dicitur inconvulsa, die et anno quo supra.

1. *Interlineat a A: fratrem.* 2. *A B: B.* 3. *A B: G.* 4. *A B: G.* 5. *B: quaternaliibus.* 6. *A B: ·M.* 7. *A B: R.* 8. *A B: zefaregio.* 9. *A B: ·M.* 10. *A B: zafaregio.* 11. *A B: ·L.* 12. *A B: quaternaliium.* 13. *A B: B.* 14. *A B: G.* 15. *A B: A.* 16. *A B: G.* 17. *A B: B.* 18. *A B: A.* 19. *A B interlineat: eiusdem.* 20. *A B: est.* 21. *A B: G.* 22. *A B: A. F.* 23. *A B: fustaneo.* 24. *A B: bonorum omnium meorum.* 25. *A B: feciantur.*

600

1225, juny, 10

Guillem de la Guàrdia, per la salvació de la seva ànima, vol augmentar l'almoïna destinada als pobres el dia del Sant Sopar. Per això fa donació, a l'abat Ramon de Rifar i al convent de Santes Creus, dels dominis que posseeix a la Bassa dels Comalats. Amb aquesta donació, vol que el dia del Sant Sopar es puguin vestir deu pobres amb roba de lli, calces i camises.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2781, núm. 1. Original.

In nomine Domini. Sit notum cunctis quod ego Guillelmus de Guardia, pro salute anime mee, volens facere additamentum et creiximentum ad illud servicium quod de pauperibus in die Dominici Cene reficiendis feci apud Sanctas Cruces, dono et, cum hac carta in perpetuum valitura, trado vobis dompno R<aimundo>, abbati, et conventui Sanctarum Crucum, presenti et futuro, illas dominicaturas meas, quas habeo apud Bassam de Comalats, quarum, videlicet, unam emi a Guillelmo Ug de Cervaria, alteram levavi quondam in meum proprium domenge et stabilivi eam Raymundo de Valle de Lort et suis. Has siquidem dominicaturas ambas prout melius expresse et terminate habentur in cartis emptionis prefate

et stabilimenti prenotati, cum illa sorte, quam habui et obtinui in partitione, quam feci cum P<etro> de Monte Olivo, que scilicet contigua seu vicina esse disnoscitur illi sorti que fuit prefati Guillelmi Ug, dono vobis prefatis irrevocabiliter per vestrum proprium et franchum alodium ube et absque omni retentu meo meorumque heredum et successorum cum terminis et affrontationibus suis, cum ingressibus et egressibus, cum viis, pascuis, aquis et aqueductibus et cum ceteris pertinentiis et adiacenciis earumdem occultis et apparentibus. Tali modo quod ego teneam et possideam eas in vita mea tamen et statim post obitum meum transeant pure et absque omni homine cuiuscumque rei servitutis vel cause in vos et vestrum monasterium pleno iure pro supradicto, videlicet, servicio ad opus pauperum in die Cene largius et plenius faciendo. Preter quod servicium teneamini vos et domus vestra semper induere amore Deiⁱ et causa mei in eadem die decem pauperes de panno lineo, hoc est, de camissis et braccis. Verumtamen si ego alias emero vobis ante dederō antequam moriar tantum de honoribus et possessionibus, quod prenotata servicia, possitis bene et competenter facere et complere, sint in eo casu prefate dominicature omnes mihi et meis penitus absolute. Si autem hoc non egero et non complevero ex toto me vivente habeatis prefatos honores sicut supradictum est in vestrum plenum dominium et potestatem ad omnes voluntates vestras libere faciendas et possitis ingerendi auctoritate propria possessionem eorum corporalem post obitum meum vel post discessum meum ab hoc seculo. In continenti ad maiorem autem vestre domus utilitatem et cautelam accipiatis interim in honoribus prelibatis singulis annis in omni vita mea nomine et vice corporalis traditionis unam migeriam bladi. Nec possit aliquis heredum meorum vos vel domum vestram properea causari in aliquo si forsan ad amplius quam ad servicia memorata sufficere potuerint honores sepedicti. Ad presencium vero omnium maiorem sollempnitatem et securitatem vestram renuncio expressim actioni in factum et omni contradictioni et exceptionibus ex doli clausula iurisque vel facti ignorantia provenientibus vel proventuris omnique alii iuri et beneficio iuris scripti et non scripti divini vel humani.

Actum est hoc ·IIII· idus iunii anno Domini ·M^o.CC^o.XX^o.V^o.

Sig+num Guillelmi de Guardia, qui hoc laudo et firmo et a testibus firmari rogo.

Sig+num Guillelmi de Vallibus, militis, sig+num Bernardi de Villa Longa, militis, sig+num Petri de Savardor² de Rabastencs, sig(signe)num fratris B<ernardi> Calvinis, testibus huius rei.

Sig+num fratris Petri Arnaldi, subprioris, qui hoc scripsit cum literis suprapositis in linea decima sexta et rasis in subscriptione Petri de Soivardon ut dicitur de Savardon, die et anno quo supra.

1. *Interlineat: Dei.* 2. *Presenta una raspadura.*

601

1225, juny, 13

Ramon de Montcada, vescomte de Bearn, confirma a l'abat Ramon de Rifar la donació del molí de Montcada —granja de Valldaura— feta al monestir de Santes Creus amb les condicions següents: que els homes de Montcada, segons és consuetud s'encarreguin de reparar els desperfectes del molí, de la bassa i de la síquia; que el batlle dels Montcada i els seus vassalls no puguin de cap manera molestar i capturar a qui vagi a moldre al molí de la granja; que quan el cabal de l'aigua perdi força i s'hagi de moldre en tres, dos o un molí, els homes vassalls dels Montcada han de gaudir de l'aigua tres dies amb les seves nits mentre que el monestir en treurà profit el quart dia amb la nit corresponent.

- A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2781, núm. 2. Original. Pergamí mossegat i tacat de tinta.
- B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2781, núm. 3. Trasllat (*Hoc est translatum sumptum fideliter a quadam instrumento cuius series talis est*) fet per Guillem de Dinia el 20 de gener de 1248 (*Sig(signum)num Guillelmi de Dinia qui hoc translatum sumptum fideliter a quadam instrumento subscripsit mandato Petri de Bage publici notarii cum literis appositis in quinta et octava lineis, x^o.iii^o. kalendas februarii anno Domini .M^o.CC^o.XL^o. septimo*). Els testimonis del trasllat ha estat Pere Marquès, notari, Pere Carbonell, notari, Jaume de Pujol, notari, Arnau d'Om, notari, i Pere de Bages, notari públic de Barcelona (*Sig(signum)num Petri Marchesii, notarii, sig(signum)num Petri Carbonelli, notarii, sig(signum)num Jaume de Podiolo, notarii, sig(signum)num Arnaldi de Ulmo, notarii, nos qui huius translati testes sumus, sig(signum) Petri de Bages, notarii publici Barchinone*).

Sit^l [omn]ibus manifestum quod nos Guillelmus de Monte Cathano, Dei gratia, viecomes Biarnensis, laudantes et confirmantes vobis dompno Raimundo, abbati, et conventui Sanctarum Crucum² molendinum illud de Montecathano, quod iam vobis concessimus et donavimus cum instrumento inde confecto. Statuimus et concedimus vobis ius et districtum in quantum pertinet ad molendinum³ prefatum, videlicet, in illis hominibus nostris de Montchada, qui operis suas ex longa et antiqua consuetudie parare tenentur, ad aquam per alveum reducendam usque ad casalem in quo

prefatum est⁴ molendinum cum tribus residuis molendinis ad nos et donacionem nostram pertinentibus in eodem casali. Prefatis qui hominibus aquam ducentibus ad molendina predicta teneamini vos et domus vestra in perpetuum quartam partem facere tamen expensarum que necessarie fuerint, tam ad aquam reducendam, quam ad reparacionem casalis, si unquam opere indiguerit vel etiam fulcimento. Baiuli autem nostri vel homines nostri aut etiam successores nostri quicumque non presumant homines qui in molendino vestro molere voluerint prohibere quominus habeat et accipiat molendinum vestrum quartam partem omnis bladi que causa molendini venerit ad casalem. Si autem in aliquo tempore tantus fuerit defectus aque quod tria vel duo aut unum molendinum tantum molere possint, habeamus nos aquam tres dies cum suis noctibus et vos quartum cum sua nocte aquam, et molendina habeatis integriter⁵ libere et absque omni contradictione nostri et nostrorum hominum et baiulorum. Molinarius autem qui ad omnia molendina prefati casalis deputatus est, aut etiam unquam deputabatur, teneatur semper vobis fideliter pro molendino vestro in omnibus et pro omnia sicut ad nos omnimodis pertinenti sub ea moltura quam nostra molendina accipiant⁶ et non alia.

Actum est hoc idus iunii anno Domini millesimo ducesimo vicesimo quinto.

(Armes dels Montcada) Guillelmus de Montecatano, qui predicta laudo et firmo.

Sig+num Berengarii de Vilardello. Sig+num Poncii de Vultrera. Sig+num Guillelmi de Artes. Sig(signe)num Petri de Riera. Testium.

Sig(signe)num Raimundi de Ulmo, subdiachoni notarii, qui predicta confirmo.

Sig(signe)num Petri de Riera, qui hoc scripsit precepto R<aimundi> de Ulmo, subdiachoni notarii, cum literis suprapositis in linea octava et decima et emendatis in quinta, die et anno prefixis.

1. Taca de tinta. 2. Taca de tinta. 3. Taca de tinta i raspadura. 4. Taca de tinta. 5. Interlineat: aquam, et molendina habeatis integriter. 6. Interlineat: sub (...) accipiant (...) i en lletra petita i mig esborrada.

1225, juliol, 15

Guillem Mulet de Valls i la seva muller Berenguera donen en franc i lliure alou a Ramon de Rifar, abat de Santes Creus, a fra Pere, prior, fra Arnau, cellerer major, i a tot el convent de germans,

per la redempció de la seva ànima i de la de tots els fidels difunts, les honors i possessions que tenen al terme del castell de Mediona, a Sant Joan de Conilles.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2781, núm. 4. Original.

Sit notum cunctis quod ego Guillelmus Muletus de Vallibus et uxor mea Berengaria, pariter, per nos et nostros, damus vobis Raimundo, gratia Dei, Sanctarum Crucum abbati, et fratri P<etro>, eiusdem loci priori, et fratri Ar<naldo>, cellerario maiori, omnique conventui eiusdem domus, ob redemptionem animarum nostrarum et omnium fidelium defunctorum, in perpetuum, omnes honores et possessiones, quos et quas habemus vel habere debemus aliqua ratione in termino castris de Mediona, in loco, qui nominatur Sanctus Iohannes de Cuniles per divisa loca. Prefatos honores et possessiones damus vobis et vestris successoribus, in perpetuum, cum ingressibus et egressibus suis et pertinenciis et iuribus nostris. Et sic de omni nostro iure et dominio in vestrum vestrorumque successorum ius et dominium tradimus et damus prefatos honores et possessiones omni tempore per franchum alodium sicut nos habemus et melius habere debemus et vos in corporalem possessionem mittimus cum hoc presenti instrumento perpetuo valituro ad omnes vestras vestrorumque successorum voluntates faciendas sine retentu nostro vel nostrorum.

Actum est hoc ydus iulii anno Domini ·M·CC·XXV·.

Sig+num Guillelmi Muleti, sig+num Berengarie, eius uxoris, qui hoc laudamus et firmamus firmarique rogamus.

Sig+num Bernardi de Lupetis. Sig+num Bernardi de Ferigola. Sig+num Petri de Puculullo. Testes.

Sig(signe)num Petri de Vacherices, notarii publici in Vallibus, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1225, agost, 15

Testament de G. de Roca. Nomena marmessors Pere Sord, germà seu, G. de Tàrrega, B. de Tarroja i G. Coscó, nebots seus, perquè facin complir les seves darreres voluntats. Vol ser sebollit al cementiri de l'església de Santa Maria de Solsona. Dóna, als seus canonges, dos masos, el castell de Lena, els rèdits del terme de Timoneda i el castell d'Isanta, amb la condició que Bernat i Berenguer, fills

seus, entrin a l'esmentada canongia. Deixa al seu fill Ponç el castell d'Arbeca, de Borges [Blanques] i del Pedrosel. Atorga al seu germà Pere Sord l'honor i tot el que posseeix G. A. de Santa Fe al castell d'Arbeca per dos mil cinc-cents sous que li devia. També dóna al seu fill Ponç el castell de Pinell, de Miravet, d'Altariba. Deixa al seu fill G. el castell i la vila de Solsona, el castell de Freixa i el de la Roca. Mana que Ponç aixequi l'empenyorament de Pradell i el lliuri a son germà G. Llega al seu fill Pere Castelldans, a canvi de l'alou del castell de Línia, la torre de Solsona del terme d'Oliola. Deixa a Sibil·la i Berenguera cinc-cent sous a cada una, com a dot per entrar a un monestir. A la seva dona Ermessén en fa usufructuària mentre visqui.

[A]: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2781, núm. 5. Trasllat de 27 de maig de 1238 (*·vi· kalendas iunii anno Domini ·M·CC·XXXVIII·. Hoc est translatum fideliter factum*) fet per fra Berenguer d'Artés (*Frater Berengarius de Artes, hoc translatum fideliter translatauit cum literis emendatis in triginta linea ubi dicitur per die et anno quo supra (signe)*).

In Dei eterni et salvatoris nostri Ihesu Christi. Ego G. de Rocha, iaceo in egritudine, timeo penas inferni et cupio pervenire ad gaudia Paradisi, facio meo testamento in pleno sensu et memoria integra, et eligo manumissores meis, id sunt, Petro Sord, fratri meo, et G. de Tarrega, B. de Torre Rubea et G. de Coscho, id sunt nepoti mei. Rogo vobis predictis, ut si mors mihi advenit antequam alium testamentum facit quod <h>abeant plena potestate dividendi res sine dampnorum illorum, sicut in presenti scriptum invenerit. Mando debitos meos siant solutos, qui veros siant. Primum, dimitto corpus meus Deo et ecclesie Sancte Marie de Solsona et anima mea, ut ibi honorifice sepeliatur. Et dono iam dicte ecclesie, cum corpore meo duos mansos, quos habeo in ipsos torme de dominium et alio dominium que ibi habeo in ipsi loci et meos directos de exitibus que habeo in ipsos personales. Adhuc dono predicte ecclesie consilio et voluntate Ermessendis, uxoris mee, castrum de Lena, cum suis terminis et totum et hoc quod a<c>cipio et accipere debeo in omni termino de Timoneda et totum hoc quod Ermessendis, uxor mea, et ego pro ea habemus et habere debemus in castro de Issanta et in suis terminis, ita quod canonici, dicte ecclesie, recipiant, pro canonicis, duos filios meos, videlicet, Bernardum et Berengarium, et nutriant eos bene et honorifice et habeant hoc quod dictum est superius pro hereditate illorum ad suas voluntates faciendas. Dimitto Poncio, filio meo, castrum de Arbeca et castrum de Borges et de

Pedrosel, cum suis terminis de uniusquisque et dimito a Pere Sord, fratri meo, illam honorem et totum quod habeo G. A. de Sancta Fide in castrum de Arbecha per duo milia et ·D· solidos, quos ei debebam, et per illum debitum non possit demandare uxore<m> mea<m> nec filios meos. Adhuc dimitto Poncio, filio meo, castrum de Pinel et castrum de Mirave<t> et de Sancto Chemete et de Alta Riba, ipsum castrum cum omnibus eorum sicut melius adquisivi a Poncio de Pinel cum uxore mea Ermessende in tempore nubciarum. Relinquo G., filio meo, castrum de Solsona, cum suis terminis, et ipsa vila Solsona, cum suis terminis, et castrum de Frexa, cum suis terminis, et castrum de Rocha, cum suis terminis, ut ipse habeat totum hoc pro parte et hereditate sua, sicut melius habeo et habere debeo. Et Poncius, filius meus, extrahat de pignore totum honorem de Pradel et redat G., fratri suo. Dimito Pere, filio meo, castrum Dan, cum suis terminis et vila Dan per alod<ium> castrum de Linia, cum suis terminis et ipsa torre de Solsona, qui est in termino de Uliola, ut ipse Pere habeat totum hoc parte et pro hereditate sua. Dimito Sibilie et Berengarie et Guilie uniusquisque illarum ·D· solidos, quos habeant super omnes res meas, mobiles et immobiles. Et Ermessende, uxor mea, et filius meus, Poncius, cum istis denariis collochant eas, ut siant de votes in monasteris. Adhuc dono et laudo et concedo quod uxor mea Ermessende siant dompna et potentissima de tota ista donacione suprascripta in vita sua sine vinculo de filiis vel filias ad suam voluntatem de avere et de honore. Et si minus venerit de Poncio sine infante de legitimo coniugi reiterat ad G., fratri suo, et si minus venerit de G. reiterat ad Poncio et qualisque obierit de hoc seculo sine infante de legitimo coniugi reiterad ad alius. Adhuc dono et laudo et cedo pro anima mea et parentum meorum lo quart que Pere, militer, done a mee lo quart que R. de Linea donavit ad me et ipsa decima de mea era tota ab integra. Et rogo manumisores meis, ut habeant potestatem de donare de les mies eixides de Arbecha, ut possint collocare unum presbiter, qui cantet officium ad sancti Iachobi de Arbecha per totum tempus. Et relinquo ad comte, seniore meo, coniux mea Ermessen, et filiis et filiabus meis et totas meas honores in guarda et deffensione et guidamento, et den R. Folch, seniore meo, et de Na Terroge, madona, similiter, in guarda et deffensione, et de Ponç de Santa Fe e de Na Sibilia de Arbeca in guarda et in deffensione. Et rogo vobis predictis, pro amore Dei, ut siati bonus adiucatores ad illis suprascriptis, si vobis placet. Et ego Nermessende, domina de Pinel, laudo et firmo isto testamento et de manus meas proprias.

+ iuro in tali vero ratione quod habeo potestate de mea honore et de meo avere apprehendere pro anima mea, scilicet, secundum volui et non sia tenguda pro isto sacramento nec pro danacione suprascripta.

Actum est hoc facto isto testamento ·XVIII· kalendas septembris anno Domini ·M^o.CC^o.XX^o.V^o.

Sig+num G. de Rocha, qui isto testamento facit scribere et ad testes firmare rogavi.

Sig+num Ermesende, coniux eius.

Sig+num Petri Sord. Sig+num G. de Tarrega. Sig+num B. de Terroga. Sig+num G. Coscho, milite. Isti sunt manumissores.

Sig+num B. de Serres, capellani de Pinel, sig+num A. Mirona, sig+num Petri Rossel, sig+num R. de Priionaso, sig+num A. Archer, sig+num A. de Mataset, huius rei testes et redit a Ponç de Vergos ipso feu de Malumena e tingat pro meis per Ponç.

G., presbiter, capellani de Miravet, qui hoc scripsit et hoc (signe) signum <fecit> quod supra et ·XXXVIII· lineis litteras superpositas.

604

1225, agost, 22

Donació de Guillem de Cervera a favor de Berenguer de Fustigueres i Bertran de Pujalt.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2781, núm. 6. Original.

Notum sit cunctis quod ego, Guillelmus de Cervaria, per me et per omnes meos, consulto et spontaneo animo, cum auctoritate presentis publici instrumenti perpetim valituro, dono, concedo et corporaliter trado franche et libere vobis Berengario de Fustigueres et omnibus vestris aut quibus volueritis nunc in perpetuum quod super totam domum illius furni constituti in mercatali Cervarie qui fuerint Arberti de Podio Alto et est modo Raimundi de Cervaria, patris mei, et etiam super viam ante eundem furnum transeuntem cum arcubus quos ibi construatis possitis licite et potenter sine omni impedimento ad libitum et bonum intellectum vestrum et vestrorum solarium et solares et operationeis sive construcciones quaslibet facere usque ad celum si velites. Et etiam possitis in via predicta ante frontem ipsius furni gradam construere et facere per quam ascendatis superius ad solarios sive construcciones quas ibi facietis. Habeatis autem et possideatis de cetero haoc tatum ut predicatur

pro iure et proprietate vestra ad omnes vestras vostrorumque voluntates et quorum volueritis ibi et inde perhenniter faciendas prout melius plenius et utilius dici potest et intelligi bona fide ad vestrum vestrorumque comodum et salvamentum sine omni exceptione et retencione mea et meorum. Et Raimundi de Cervaria, patris mei, a quo donacionem predictam habui et suorum excepto quod vos et vestri aut quicumque locum istum tenebit e teneatis semper condirectum de bigis et de palis totum teratum tocuis domus furni supradicti. Quod domus affrontat de oriente in cantone domorum B. de Aioret et in cantone domorum Petri Torti, de meridie in domibus G. de Neone, de occidente in via sive in mercatali, de circio in domibus B. de Ponte. Hanc autem donacionem facio francam et liberam pro centum et quinquaginta solidos Barchinone, quos omnes a vobis habui et suscepi et si modo vel de cetero plus valet vel valebit precio iam dicto, totum habeatis perpetuo nostre saniori noticie et nostrorum pro mea pura simplici et irrovocabili donacione. De quo toto legales garentes et deffensores erimus omni tempore. Ego et mei vobis et vestris et quibus velitis et omnes personas vestro bono intellectui et vestrorum. Et quam de hiis omnibus et singulis ad meum velle sum bene vester paccatus, scien-ter renuncio exceptioni peccunie numerate et omni auxilio scripto et non scripto contra premissa privati vel privaturo.

Factum est hoc ·XI· kalendas septembris anno Domini ·M·CC·XX·quinto.

Sig+num Guillelmi de Cervaria, qui hoc totum firmo testesque firmare rogo.

Sig+num Poncii de Mont Leon, militis. Sig+num A. Ug. Sig+num G. de Timor. Sig+num P. Moli. Testium.

Guillelmus de Ponte, qui hoc scripsit et hoc signum (signe) fecit.

605

1225, agost, 23

Pere Mulet i la seva esposa Barcelona, per la salvació de la seva ànima, donen, a l'abat Pere i a tot el convent de Santes Creus, les vinyes i les honors que tenen al Penedès, al terme d'Olèrdola; és a dir, la quadra de Benages que van comprar a Berenguer de Benages. La donació la fan perquè dediquin un altar a sant Joan a l'església del monestir, ben parat i ornat, amb tots els vasos i ornaments necessaris per a celebrar-hi els oficis divins i amb la condició

que els rèdits de les propietats donades han de servir per al sosteniment d'un monjo prevere i dos ajudants encarregats dels oficis que s'hi celebren.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2781, núm. 7. Original. Carta partida per ABC.

In nomine Domini. Sit notum cunctis quod ego Petrus Muletus et uxor mea Barcelona, pro salute et remedio animarum nostrarum, bono animo et spontanea voluntate, offerimus et cum presenti carta perpetuo valitura, donamus domino Deo et vobis dompno R<ai-mundo>, abbati Sanctarum Crucum, et eiusdem loci conventui, presenti et futuro, vineas illas omnes et honores quos habemus in Penitensi, infra terminos Olerdule, videlicet, in quadra de Benages, sicut ad nos pertinent vel pertinere melius possunt ex emptionibus quas fecimus a Berengario de Benaies, prout resonat in instrumentis inde confectis. Presentem autem donacionem facimus vobis eo intuitu eaque contemplatione ut in ecclesia vestra de Sanctis Crucibus, ad laudem nominis Dei et ob remedium animarum nostrarum et parentum nostrorum¹ et omnium fidelium,² construatis et faciatis altare, quod in honorem sancti Iohannis ibidem iam intitulum habetur, de lapidibus bonis et competentibus, et teneatis ipsum altare paratum et ornatum de calice ceterisque apparatus et ornamentis ad divinum officium necessariis, secundum ordinis vestri morem et formam. Verum quod fructus et redditus prefatorum honorum ad multo maiora sufficere possunt, speciali devotione et karitate deputamus tam honores prenomatos, quam fructus et exitus eorumdem, uni monacho sacerdoti et duobus ministris ut exinde provideratur eisdem sive determinare et ad longum tempus divinis officiis in eodem altari exequendis assignentur aliqui sive indeterminate au indistinte et ad breve tempus. In prelibatis siquidem honoribus retinemus usufructuario iure ut in [om]ni vita mei Petri Muleti possideamus, teneamus et expletemus eos plene et potenter ad beneplacitum nostrum, et post obitum mei iam dicti Petri transeant statim in ius et possessionem atque dominium vestrum et monasterii vestri pleno iure absque omni nostro nostrorumque retentu, prout melius dici vel intelligi potest, ad omnes vestras vestrorumque voluntates in perpetuum faciendas. Et pro sustentatione unius monachi ac provisione in alimentis eiusdem facienda nec non etiam nomine corporalis teneadonis promittimus nos duros vobis singulis annis quamdiu ego Petrus Muletus vixero decem quarterias frumenti de fructibus antedictis. Quocirca nos supradicti abbas et conventus Sanctarum Crucum attendentes et considerantes studium devotionis vestre et benivolencia, qua nos et domum

nostram in domino Deo amplectimini sub illo honestatis obtentu, quo possumus et debemus, promitimus vobis et promitendo manifestamus quod suprascriptum altare sancti Iohannis, iuxta desiderium vestrum construemus et faciemus de opere bono et competenti ut pote de elemosina tui, scilicet, Petri ad hoc deputata et data et paratum tenebimus et ornatum Domino faciente de ornamentis et apparatus, quales noster ordo requirit ut tam pro elemosina presenti quam pro ceteris bonis ac beneficiis que vos multociens nobis et nostris fratribus devote et liberaliter inpendistis, eum habeatis propiciam qui salutem largiter temporalem pariter et eternam. Excipimus autem nos donatores antedicti a donatione suprascripta illa donationem quam fecimus Sibilie, nepti mei Petri Muleti, secundum quod in suo instrumento habetur.

Actum est hoc decimo kalendas septembris anno Domini .M^o.CC^o.XX^o.V^o.

Sig+num Petri Muleti, qui hoc laudo et firmo. Sig+num Barcelone, uxoris eius.

Sig+num Raimundi de Podio, testis huius rei. Sig+num Petri de Bagneriis. Sig+num Poncii de Valle Forti. Sig+num Guillelmi Bergedan. Sig+num Bernardi Morato. Hii omnes fuerunt testes huius rei.

Sig(signe) fratris Raimundi, abbatis, qui hoc laudo et firmo. Sig+num fratris Petri, prioris. Sig+num fratris Arberti, cellerarii maioris. Sig+num fratris Petri de Fonte Luporum. Sig+num fratris Gaufredi de Rocheta. Sig+num fratris Bernardi Dezcanos. Ego frater Petrus de Caro, titulo subscribo. Sig(signe)num mei fratris B<ernardi> Calvonis. Testis horum omnium suprascriptorum.

Sig+num fratris Petri Arnaldi, subprioris, qui hoc scripsit cum literis suprapositis in linea decimo sexta ut dicitur parentum nostrorum et rasis in linea subscriptionis dompni abbatis tantum quantum tenet illa subscriptio, die et anno quo supra.

1. *Interlineat: parentum nostrorum.*
2. *Taca de tinta a: fidelium.*

1225, agost, 25

Ramon de Rifar, abat de Santes Creus, reconeix a Pere Mulet que amb els seus diners va poder redimir l'honor de Pacs, que el monestir havia rebut de fra Bernat de Baiona, convers, i l'hi concedeixen per tal que amb l'usdefruit pugui conrear-la durant tota la seva vida, quan mori, la meitat revertirà al monestir.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2781, núm. 8. Original. Carta partida per ABC.

Sit notum cunctis quod nos frater Raimundus, abbas, et conventus Sanctarum Crucum fatemur et recognoscimus tibi Petro Muleto et uxori tue Barcelone, quod de pecunia vestra habuimus et obtinuimus et in parte redimimus honorem de Pax, qui nobis et domui nostra venit in obventionem et aperturam ratione fratris Bernardi de Baiona, conversi nostri, unde quia benefactoribus beneficiis responderi debet. Concedimus vobis et laudamus ut prefatum honorem de Pax teneatis usufructuario iure in omni vita vestra tantum, tali modo quod alterutro vestrum decedente revertatur medietas ad nos et domum nostram, scilicet, devoluatur libere et absque omni conditione et obstaculo cuiuscumque persone, nec possit unquam aliquis heredum vestrorum pro prefata pecunia, quam ad hebendum honorem prenotatum nobis liberaliter dedistis aliquam questionem facere vel demandam.

Actum est hoc ·VIII· kalendas septembris anno Domini ·M^o·CC^o·XX^o·V^o·.

Sig(signe)num fratris Raimundi, abbatis, qui hoc laudo et firmo. Sig+no fratris Petri, prioris. Sig+num fratris Arberti, cellerarii maioris. Sig+num fratris Petri de Fonte Luporum. Sig+num fratris Gaufridi. Sig+num fratris Berengarii Dezcanos. Ego frater Petrus de Caroticulo, subscribo.

Sig+num Pere Muleti, qui hoc laudo et firmo. Sig+num Barcelone, uxoris eius.

Sig(signe)num Raimundi de Podio, testis huius rei. Sig+num Petri de Bagneris. Sig+num Poncii de Valle Forti. Sig+num Guillelmi Bergedan. Sig+num Bernardi Morato, hii omnes fuerunt testes huius rei.

Sig+num fratris Petri Arnaldi, subprioris, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

607

1225, setembre, 24

Guillem de Claramunt, per la salvació de la seva ànima i de la dels seus pares i avantpassats, lliurement concedeix a l'abat Ramon de Rifar el dret d'adquirir, rebre per caritat, bescanviar i comprar els delmes dels seus cavallers i homes d'armes que cada any acostumen a rebre de la granja monacal de Montornès per raó dels delmes del castell de Tamarit.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2781, núm. 9. Original.

In Christe nomine. Sit notum cunctis quod ego Guillelmo de Claro Monte, bono animo et spontanea voluntate pro salute et remedio anime mee ac parentum meorum dono, laudo et concedo domino Deo et vobis dompno Raimundo abbati Sanctarum Crucum et conventui vestro presenti et futuro, quod possitis acquirere et habere decimas illas, quas milites mei singulis annis accipiunt in grangia vestra de Monte Tornes, iure et ratione decimalis de Tamarito. Presentem donationem facio vobis et vestris successoribus in perpetuum per me et per omnes successores meos, in hunc modum quod, sive per donationem aut largitionem karitative factam sive per emptionem aut concambium vel alio ullo modo aut titulo predictas decimas acquirere potueritis unquam, non teneantur inde milites mei presentes et futuri me vel meos heredes in aliquo requirere vel demandare. Quantum vero ad hanc donationem et concessionem pertinet, cedo vobis et in vos et domum vestram transfero et transmuto quicquid iuris habeo et habere debeo in decimas antedictis, si forte sicut dictum est comodis et iuribus vestris eas in posterum poteritis de beneplacito prefatorum militum applicare. Intelligatur autem semper hoc concessio prout melius excogitari potest aut dici ad vestrum vestrorumque domus commodum et profectum absque omni retentu meo et meorum ad vestras voluntates libere faciendas.

Quod est actum ·VIII· kalendas octobris anno Domini ·M·CC·XXV·.

Sig+num Guillelmi de Claro Monte, qui hoc firmo et laudo testibusque firmare rogo.

Sig+num Arnaldi de¹ Monte Olivo. Sig+num Guillelmi de Monte Olivo, maioris. Sig+num fratris Berengarii de Pedros. Sig(signe)num mei fratris Bernardi Calvonis, qui rogatus, cum suprascriptis testibus, interfui.

1. Segueix Tamarito, ratllat.

608

1225, octubre, 1

Guillem de Claramunt ven un alou de la seva propietat.

[A]: Original perdut.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2781, núm. 10. Trasllat fet per fra Arnau de Martorell el dia 19 de novembre de 1269 (*Ego ffrater Arnaldus Matorelli, hoc translatum [...]*)

translatavi ·XIII· kalendas decembris anno Domini ·M^o.CC^o.LX^o.IX^o·). Els testimonis del present trasllat van ser Pelegri de Santa Coloma, Pere de Valdoreyls i Pere de [...] (Testes huius tanslati sunt Peregrinus de Sancta Columba et Petrus de Valdoreyls et Petrus de Valle Molli. Ego frater Arnaldus de Martorel hoc trnaslato fideliter translatavi ·XIII· kalendas decembris anno Domini ·M^o.CC^o.LX^o.IX^o·). L'estat de conservació del pergami és molt dolent. Gairebé és impossible llegir-lo a [±].

Notum sit cunctis quod ego Guillelmus de Claromonte et uxor mea Guillelma? per nos et nostros vendimus tibi Berengario de Tamarito et tuis unum mansum nostrum quod habemus vel habere debemus in terminum Montis Olivii in loci vocato Virgilio sicut mihi advenit per vocem genitorum meorum sic vendimus vobis et vestris et [±4] posteritate cum ingaressibus et regressibus suis [±5] intelligi [±8] tradimus [±18] ad vestrum proprium alodium franchum ut habueritis [±11] cum omnibus melioramentis [±59] cum aquas, cum resclosa et regum, cum glebas, cum petris, cum lignis [±15] et accepimus namque [...] pro hanc vendicionem tria milia et ·CCC· solidos [±15] ad dictam vendicionem per [...] sponsalicium [±2] per aliam rationem [±5].

Actum est hoc kalendas decambris anno Domini ·M^o.CC^o.XX^o· q[uinto].

Sig+num Guillelmi de Claromonte, sig+num Guillelme, uxor eius qui hoc laudamus et firmamus. Sig+num Guillelmi de Monte Olivo. Sig+num Poncii de Monte Olivo.

Ego Bernardus, capellanus Castlario, qui hoc firmo.

Petrus de Monte Albo, qui hoc scribsi pro mandato B. capellano ecclesie Castlarii hoc signo (signe) feci.

609

1225, novembre, 3

Guillem de Santa Fe concedeix, a perpetuïtat, a fra Ramon de Montpalau, donat de Santes Creus, la cavalleria de Montpalau, situada al terme del castell de Montfalcó. La té per ell el seu germà Ramon de Montpalau amb la condició que si fra Ramon la pot aconseguir per renúncia del seu germà, li dóna tots els seus drets per tal que la posseeixi en lliure i franc alou, i si no és així, que la tingui en feu.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2781, núm. 11. Original.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2781, núm. 12. Trasllat fet el 19 de febrer de 1236 (*Hoc est translatum*

fideliter factum .XII. kalendas marcii anno Domini .M.CC.XXX.V.) per fra Berenguer Dezcanos (Frater Berengarius Dezcanos, hoc translatum scripsit et hoc sig(signe)num fecit die et anno prefixis).

Notum sit cunctis quod ego Guillelmus¹ de Sancta Fide, per me et omnes meos presentes etiam et futuros, bono animo ac spontanea voluntate, laudo in perpetuum et concedo tibi fratri Raimundo² de Monte Palacio, donato Sanctarum Crucum, totam illam cavaleriam de Monte Palacio, que est ad Montem Falchonem, quam tenet per me Raimundus³ de Monte Palacio frater⁴ tuus, sub tali condicione que, si tu pro hereditate tua vel aliquo iuris casu vel qualibet alia ratione, honorem poteris habere vel consequi supradictum vel cavaleriam a fratre tuo predicto, omnia mea iura voces et rationes et dominia in perpetuum tibi solvo, diffinio atque dono, que ibi habeo vel teneo vel habere vel tenere debeo, aliqua voce vel ratione ad habendum et⁵ tenendum perpetuo pro alodio francho libere et quiete, omni tempore possidendo ad omnes tuas voluntates perhenniter faciendas. Verumtamen si tu non posses habere vel consequi a dicto fratre tuo, que dicta cavaleria maneat per feudum, sicut facit ad presens. Hoc donum vero facio tibi vel cui volueris, timore Dei, pariter et honore et remedio anime mee et parentum meorum omnium. Et ne ego possim vel aliquis pro me vel ex mea parte aut mei racione unquam⁶ contra presentem scripturam in aliquo venire omni iuri canonico et civili comuni et singulari, publico et privato, scripto et non scripto, sive consuetudinario. Et omni beneficio dividende accionis renuncio scienter penitus et consulte.

Actum est hoc .III. nonas novembris anno Domini .M^o.CC^o.XX^o.V^o.

Sig+num Guillelmi de Sancta Fide, qui hoc laudo facio atque firmo.

Sig+num Guillelmi de Aquilario. Sig+num Raimundi de Pegaria. Sig+num Guillelmi de Artes. Sig+num Petri⁷ Bernardi. Testium.

Raimundus⁸ de Sala, notarius publicus Minorise, scripsit, cum literis dampnatis in .III. linea die et anno (signe) quo supra.

1. B: G. 2. B: R. 3. B: R. 4. *Segueix ratllat: meus.* 5. B: vel.
6. B *Segueix ratllat: propter.* 7. B: P. 8. B: R..

610

1225, novembre, 11

Miró d'Aguilar ven el camp de l'Arboç, a la partida de l'Arboç propera a l'Espluga, per dos-cents morabatins alfonsins a Santes Creus.

- A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2781, núm. 13. Original. Molt mal conservat. Dificultats de lectura.
- B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2781, núm. 14. Trasllat de 7 de gener de 1275 (*Hoc est translatum fideliter factum ·VII· idus ianuarii anno Domini ·M^o·CC^o·XX^o· quinto, cuius originalis series sic se habet*) fet per Berenguer d'Artés, novici de Santes Creus (*Frater berengarius de Artes, novicius hoc fideliter ab originali translatum cum dictione apposita in ·XLV^a· linea ubi dicitur nos, die et anno quo supra*).

In nomine Domini. Sit notum cunctis quod ego, Miro de Aquilar et uxor mea Raimunda, bono animo et spontanea voluntate et pro magna utilitate, per nos et nostros heredes et successores concedimus vobis dompno R<aimundo>, abbati Sanctarum Crucum, et eiusdem loci conventui, tam presenti quam futuro, illum campum nostrum de Arboz, quod habemus apud Speluncam, in loco dicto Arboz. Dictum campum vendimus vobis cum pacto quod infra ipsum est, cum ingressibus et egressibus suis, cum viis, aquis, aqueductibus, et cum omnibus accessibus suis, cum omni iure et dominii ad nos in eadem pertinenti vel pertinere debenti, tamen in decime quam in aliis pertinentiis eiusdem sive ratione adquisicionis antecessorum mei Mironis sive ratione emptionis a nobis ambobus facta ad nos pertineat aut pertinere possint aliquo iure vel aliqua ratione. Et accipimus a vobis numerando de bonis vestris et domus vestre ·CC·L· morabetinos anfonssinos de paga boni auri et recti ponderis et unum pollinum caballinum duorum annorum. Pro quibus est simus idem bene ad voluntatem ad voluntatem nostram paccate. Renunciamus exceptioni non numerate peccunie et non solute rei. Affrontat autem prefatus campus ab oriente in cavalleria seu in honore de Albione, a meridie in ipsum serralem, quod est iuxta honorem et cavalleriam quam dicitur de Sancto Iusto, sicut aqua derivantur et vergunt in ipsum pratium et vadit dictum serralem usque ad campum Petri de Monte Olivo et in viam quam venitur de Senan versus Speluncham, ad circii sive a septemtrione affrontatur in honore de Na Monfar et in cinglum rupis Petri Dulcie, ab occidente in via dicta, quam venitur de Senan versus Speluncham et in dicto campo Petri de Monte Oliu. Quam dictam venditionem facimus vobis et vestris successoribus libere et absolute absque omni retentu nostri¹ nostrorumque, prout melius dici potest et intelligi et intelligi² ad omnes

vestras vestrorumque voluntates in perpetuum faciendas. Unde memoratum campum de nostro iure, dominio et potestate trahentes ex toto et in vos et domum vestram penitus transferentes et transmutantes, cedimus vobis et vestris successoribus omne ius omnemque accionem quod vel que in campo prefato ad nos competit vel competere quocumque modo potest utiler aut directe, et cum hac presenti carta perpetuo valitura in corporalem eius vos mettimus possessionem, et est certum quod presentem vendicionem facimus vobis cum auctoritate et beneplacito dominorum nostrorum, domine Turris Rubee et R. Fulchonis Cardone, domine Elliardis et G. de Gardia et promittimus facere semper per nos et omnes nostros vobis et monasterio vestro legale garentiam bona fide et sine omni fraude maloque ingenio contra homnes homines et feminas exceptis prefatis dominis Spelunche et eorum succesoribus contra quos non teneamur vel in aliquo deguarentia facienda. Obligamus autem de eviccione nos et bona nostra universa ubicumque sint vel fuerint ut contra omnes homines preter dominos vos et domum nostram fideliter deffendamus in iure et extra ius, ad maiorem vero presencium firmitatem. Renunciamus nos ambo supradicti venditores accioni omni factum et omi condicioni et excepcionibus ex doli clause iurisque vel facti ignorantia provenientiibus aut proventuris omnique alii iuri et beneficio scripto vel non scripto civili vel humano generali vel speciali. Et specialiter ego Raimunda suprascripta renuncio expressim et et prudenti consilio non coacta vel circumventa doloque aut metum inducente privilegiis sexus et dotis et benefici Senatus Consulti Velleianii et exceptioni ex edicto quod in metu sue causa competenti vel competiture per Deum et hec sancta quatuor Evangelia que hanc vendicionem ratam et firmam semper habeo nec unquam contraveniam per me vel per aliam quacumque personam. Et ut nunquam contra presenciam venire valeamus per accionem petissoriam vel per aliam quacumque restitutionem in integrum volumus et statuimus ut si quam huic cata desunt que apposita valere videntur pro apposis habeatur tanquam si hic habentur expressa. Et siquis hi habetur que obscurum periant intellectum pro non apposis penitus habeantur. Ad hic nos supradicti domini Turris Rubee et Raimundi Fucho, domina Elliardis et G. de Guardia pro amore Dei et ob remedium animarum nostrarum et ob reverenciam vestram laudamus vobis prefatis abbati et conventui Sanctarum Crucum presenti et futuro prefatam vendicionem sicut supradictis terminis et affrontationibus comprehenditur ut videlicet habeatis prefatum campum per vestrum proprium et franchum alodium cum omnibus supramemoratis prout melius in

hac carta exprimitur vel exprimi potest ad omnes voluntates vestras sine omni nostro nostrorumque retencione ac condicione. Siquis fregerit in duplo componat.

Actum est hoc ·iii· idus novembris anno Domini ·M^o·CC^o· vicesimo quinto.

Sig+num mei Mironis de Aquilar, qui hoc laudo et firmo et firmari testibus rogo. Sig+num mei Raimunde uxoris eiusdem que hoc laudo et firmo et in anima mea iurari facio tactis sanctis Evangelis. [Sig+num] Guillelmi filii eorum. Sig+num Berengarie. Sig+num Elicsendis. Sig+num Saurine, nos qui hoc firmamus et laudamus, cum auctoritate et consilio patris et matris nostrum. Sig+num Bernardi de Villa Longa. Sig+num Guillelme. Sig+num Dulcie, sororum Mironis. Sig+num B. Pelliparii. Sig+num Petri Orvigii. sig+num Petri Rossell. Sig+num Petri Ioverii. Sig+num Bernardi de Secanelo. Sig+num domine Turrus Rubeae. Sig+num R. Fulconis Cardone. Sig+num domine Elliardis de Palacio. Sig+num G. de Guardia, nos qui hoc firmamus et laudamus prout suprascriptum est vel melius scribi posset ad profectum Sanctarum Crucum. Sig+num fratris Petri, prioris, qui vidi firmare G. de Guardia. Ego Petrus, prior, de Calaf subscribo me pro teste qui vocatus vidi firmare hanc edictam Raimundo Fulconi. Arnallus, presbiter, capellanus de Mathamargo vidit firmare dominam Turrem Rubeam et rogatus et hoc signum apposui (signe).

Sig(signe)num mei fratris B<ernardi> Calvonis, qui de mandato notarii infrascripti accepi firmata G. de Guardia, R. Fulchonis et domine Turrus Rubeae et domine Elliardis et Guillelme ac Dulcie, sororum Mironis supradicti. Verumtamen hec firmamentorum acceptio fuit facta facta diversis temporibus et diversis locis et interfuit semper meum ad eadem accipienda frater Gaufridus de Rocheta cum aliis multis preter testibus suprascriptos.

Guillelmus, presbiter, notarius de Guardia Lata, qui dictante fratre B. Calvone, monacho Sanctarum Crucum hanc cartam scripsit, cum literis suprapositis in tercia linea ubi dicitur aquis et in decima ubi dicitur nostro et dedit supradicti monacho locum et vices suas, ut ipse videlicet vel alius monachus Sanctarum Crucum accipiat firmamenta domine Turre Rubeae et Raimundi Fulchonis, domine Elliardis et G. de Guardia, hec acta sunt, die et anno quo (signe) supra.

1. *Interlineat: nostri.* 2. *Repetit: intelligi.*

611

1225, desembre, 6. Calaf

Acta testificada de possessió de la propietat comprada a Miró d'Aguilar a l'Esplugu de Francolí.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2781, núm. 15. Original.

In nomine Domini. Ego frater <Bernardus> Calvo, monachus Sanctarum Crucum, in memorialem presens decrevi posteriorum fratrum noticie relinquendum. Sit itaque apud omnes indubitatum quod G. de Guardia firmavit instrumentum emptionis quam fecimus a Mirone de Aquilar apud Passanant, ipso, videlicet, die quo tractum factum fuit et subscriptum per manus eiusdem Mironis uxoris ac filiorum ipsius. Firmamento autem prefati G. de Guardia interfuerunt mecum P<etrus>, prior, et frater Gaufridus de Rocheta et fuimus missi in possessione rei empte apud Speluncham, presentibus nobis prefatis Berengario, Arnaldo, P<etro> Estremer et Martino Ferrario.

Subscripsit autem R<aimundo> Fulcho de Cardona in dicto instrumento apud Calaph eodem anno, scilicet, ·M^o·CC^o·XX^o·V^o. ab Incarnatione Domini ·VIII· idus decembris, et hoc presentibus fratre Gaufrido predicto, Petro de Oluia et B. de Casthos ac priore de Calaph, qui solus tamquam testis subscripsit. Domina Turris Rubea, subscripsit diet sequenti apud Matamargo in presentia G<uillelmi> de Aquilar, militis, Berengarii Guillelmo et G. de Meitats, ac capellano de Matamargo, qui solus scilicet tamquam testis propria manu subscripsit die vero qua recessimus a domina Turre Rubea.

612

1225, desembre, 13

Pere de Montpalau, cavaller, dóna la cavalleria situada al terme del castell de Montfalcó de les Oluges al monestir de Santes Creus, l'abat del qual és Ramon de Rifar.

A: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2781, núm. 16. Original.

B: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2781, núm. 17. Original. En certes parts la tinta està esvanida. És el mateix núm. 16.

C: AHNM. Sección Clero. Pergaminos. Santes Creus. Monasterio de Santa María. Carpeta 2781, núm. 18. Trasllat fet el dia 3 de febrer de 1247 (*Hoc est translatum ab originali suo de verbo ad verbum ·III· nonas februarii anno Domini ·M·CC·XL·VI·, fideliter translatavi, cuius originalis series sic se habet*) fet per fra Guillem Riquer (*·SSS· fratris Guillelmi Richerii, qui hoc fideliter translatavit*).

Notum sit cunctis quod ego Petrus de Monte Palatio, miles, per me et per omnes meos, non coacto, non dolo inducto vel circumvento in aliquo, set libenti consulto animo et benigno, cum presenti publico instrumento perpetuum valituro, dono, concedo et corporaliter trado, sine omni exceptione et retencione mea et meorum, omnipotenti Deo et gloriose genitrici eius Virgini Marie et domui Sanctarum Crucum et vobis fratri Raimundo, abbati eiusdem loci, et omnibus successoribus vestris et fratribus ac monachis illius loci presentibus et futuris et quibus etiam volueritis, nunc et in perpetuum, totam illam cavalleriam michi et fratribus meis Raimundo de Monte Palacio, nunc monacho vestro, et Raimundo de Monte Palacio, militi de Barberano, dicto Gombaldo olim dimissam a Gombaldo de Monte Palatio, patre nostro, qui fuit, quam tenere solemus et habet per Guillelmum de Sancta Fide, qui fuit, et suos infra castrum Montis Falconis Ulugie, longe ac prope. Supradictam siquidem cavalleriam, cum omnibus honoribus cultis et incultis, nec non et iuribus ad ipsam pertinentibus et pertinere debentibus quoquomodo eiciens et abstrahens integraliter, cum hoc scripto presenti a donatione iure possessione et potestate mea et meorum, dono, concedo et laudo spontaneus vobis et vestris successoribus ob remedium et salutem anime Raimundi de Monte Palatio, fratris mei, qui fuit, et mei ipsius et parentum meorum, transactorum presenciam et futurorum, et etiam omnium fidelium defunctorum, nec non contemplatione et gratia prenotati fratris mei Raimundi de Monte Palatio, vestri monachi, ad omnes vestras et successorum vestrorum voluntates et quorum etiam volueritis faciendas quolibet modo perhenniter, sicut melius plenius et salubrius excogitari scribi, dici ac intelligi potest ad comodum et salvamentum domus Sanctarum Crucum iam dicte, Expresa conditione quod perpetuo recipiant corpus et anima mea in omnibus oracionibus et bonis eiusdem domus presentibus et futuris. Promitens bona fide amore Dei per me et omnes meos quod ullo nequa in tempore ego vel mei nec pro nobis aliquis in prefata donatione in aliqui non tangemus, emparabimus vel auferemus aliquid supradicte domui vel vobis nec fieri faciemus nec promitemus ab aliquo. Immo ipsam cavalleriam integriter et plenarie tum omnibus sibe utrique spectantibus et pertinentibus, sicut melius hic continetur et ut plenius dici potest et intelligi ad comodum et salvamentum prefate domus, faciemus eiusdem domui et possessoribus eius omnibus presentibus et futuris tenere, accipere et possidere pacifice, sine omni disminutione et contrarietate, contra omnes personas per tempora infinita, unde

ad maiorem presencium frmitatem, renuncio expressim accioni in factum et omni condicioni et exceptionibus ex doli clausula iurisque vel facti ignorantia provenire volentibus omnique alii iuri et beneficio divino et humano, scripto et non scripto, generali et speciali.

Quod est actum idus decembris sub anno incarnati Verbi millesimo .cc. vecesimo quinto.

Sig+num Petri de Monte Palatio, militis, qui hoc totum spontaneus ut prom[ititur] absolvendo penitus concedo et firmo firmarique rogo.

Sig+num Raimundi Bruni, maioris. Sig+num Berengarii Guiraldi de Olugia. Sig+numGuillelmi Rossinol. Testis.

Sig(signe)num mei Bernardi de Ponte, qui hoc scripsit.



ÍNDEX ONOMÀSTIC I TOPONÍMIC

A

- A. ARCHER, 603
A. *capellanus* de Conesa, 596
A. CARBONEL, *monachus*, 533
A. Cellerer de Poblet, 498
A. DE ALBESA, 499
A. DE BIOSCA, 549
A. DE COLL, v. ARNALDUS DE COLLE
A. DE FAGIA, *sacerdos*, 564
A. DE GEMENELES, 592
A. DE LORENZ, 495, 527
A. DE MASSANET, 603
A. DE MIRALES, v. ARNALDUS DE MIRALLES
A. DE PINÓS, 575
A. DE SA TALAVEIRA, 587
A. DE SALA, v. ARNALDUS DE SALA
A. DE SARRIÀ, *sacer*, v. ARNALDUS DE SERRIANO, *notarius*
A. DE SELERS, 499
A. DE SETME, 590
A. DE SOLANELL, v. ARNALDUS DE SOLANELES
A. DE VILLA NOVA, *miles*, v. ARNALLUS DE VILLA NOVA
A. GOTARDI, *monachus*, v. ARNALDUS GOTARDI
A. MARCHA, 565
A. MIRONA, 603
A. PONCIUS, 524
A. *prior* Populeti, 499
A., *cellerarius* Populeti, 499
A., *scriba*, v. ARNALDUS, *scriba*
A. UG, 604
AALARZ, *muller* de GUILLEM DE AUTROL, v. ADALAZ, *uxor* GUILLEMI DE TRULL
ABBAS DE PORTELLA, 482
ABDELA ABIZADON, 60
ABDELA, *frater* AZMED ABINFORRA, 333
ABDELANO, 445
ABEN COMPRAD, 49, 171, 172
ABEN RAFECH, 40
ABI COMPRAD, v. ABEN COMPRAD
ABIFAT, 60
ABIRIM, 571
Acrimontem, v. Agremonte
Acrimonti, v. Agremonte
ADALAIDI, *uxor* GUILLEMI DEL TRULL, v. ADALAZ, *uxor* GUILLEMI DE TRULL
ADALAIZ, *uxor* GUILLEMI DES TRUEL, v. ADALAZ, *uxor* GUILLELMIDE TRULL
ADALAIZIS, v. ADALARZIS, *femina*
ADALARZIS, *femina*, 11, 14
ADALAZ, *uxor* GUILLEMI DE TRULL, 50, 55, 60, 68, 79, 82, 106
ADALBERT, 156

- ADALBERTUS DE CHERALT, 224, 422
 ADALEC, 14
 ADALEDI, *uxor* RAIMUNDI DE SUBIRADS, 129
 ADALEDIS, *uxor* GUILLELMI DE TRULL, v. ADALAZ, *uxor* GUILLELMI DE TRULL
 ADALIZ, *nepo* GUILBERTI ANGLICI, 154
 ADALMODIS, v. ALMODIS
 ADAM, 156, 355
 Adamunt, *serra*, 9
 ADANI SANCTI BRICI, 11
 ADAULFU, 4
 Adde, *flumen*, 136
 ADE, v. ADAM
 ADELAIZ, *uxor* GUILLELMI DE TRULL, v. ADALAZ, *uxor* GUILLELMI DE TRULL
 ADELEDIS, 501
 ADEMARI DE MOSSED, 108
 ADEMARI, *presbiter*, 83, 8, 96
 Adronadella, 16
 AENRICI, *rex*, 10
 AETIUS, *episcopus*, 2
 AGEN, *sarracenus*, 456
 Agleriola, v. Angleola
 AGNES, *comitissa* de Tarragona, 92
 AGNES, *filia* ARBERTI DE FORTEDA, 225
 AGNES, *soror* ARNALDI DE ALTA RIPPA, 479
 AGNES, *uxor* ARNALLI DE CERVARIA, 240, 268, 269, 357, 358
 AGNES, *uxor* BERNARDUS DE SANCTO PONCIO, 125
 AGNETIS, 398
 AGNETIS, *uxor* PONCII DE GUARDIA, 287
 Agramuntel, v. Agremonte
 Agramuntellus, v. Agremonte
 Agremont, v. Agremonte
 Agremonte, 10, 17, 26, 27, 30, 35, 347, 358, 359, 369, 386, 591
 Agremonto, v. Agremonte
 Agremunt, *in terminis*, v. Agremonte
 AGUILAR, 512, 513
 ALI AFATO, 308
 ALANRRICI, v. AINRIG
 AIDO, *cantor*, 82, 109
 AIMERICUS DE PAX, *preceptor Domus de Emposta*, 415
 AIMERICUS DE PERUSIA, 72, 101, 102, 103
 AIMERICUS DE SPILLIS, v. AIMERICUS DE SPINLIS
 AIMERICUS DE SPINLES, v. AIMERICUS DE SPINLIS
 AIMERICUS GALDINE, 460
 AIMERICUS, *cavaller del Temple*, 65, 66, 68
 AIMERICUS, *filius* ELIGSENDIS DE PRATO, 594
 AIMERICUS, v. AIMIRIG
 AIMIRIG, 163, 208
 AINARDUS, *filius* RADULFI, 7
 AINRIG, 8, 232
 AIZONIS, 163
 ALADAGS, *uxor* GUILLELMI DE TRULL, v. ADALAZ, *uxor* GUILLELMI DE TRULL
 ALADAIS, *uxor* GUERAU DE SALVINYAC, 75, 81
 ALADAIS, *uxor* GUIRARDUS DE SALVANEC, v. ALADAIS, *uxor* GUERAU DE SALVINYAC
 Aladerni, 387
 ALAIZ, *uxor* BERTRANDI UGONUM, 447
 ALALBERGMA, 14
 ALAMAGNO, 7
 ALAMANDA DE CANELLIS, 502
 ALAMANDA, *uxor* FULCONI SANCTI MARTINI, 541, 542
 ALAMANDA, *uxor* GUILLELMI DE SANCTO MARTINO, 321
 ALAMANDA, *uxor* PETRI SCAFINI, 579
 ALARDUS ANGLICO, 67, 69
 ALARTE, *uxor* PETRI, *macellarii*, 53
 Alastre, *serra*, 8
 Alba, *castrum* de, v. Albano *castrum* de
 Albanel, *castrum*, 151
 Albano, *castrum* de, 2, 89, 113, 563
 Albarcha, 107
 Albareta, 520
 Albaricis, v. Albarige
 Albarige, 454, 458
 Albedon, 165, 314
 Albericus, *collum*, 557
 Albespini, 240, 313
 Albignana, 8, 197
 Albiniana, v. Albignana
 Albio, 596, 610

- Alchatarre, 121
 Alchoer, v. Alchover
 Alchover, 180, 189
 ALDA, *uxor* GUILLELMI DE AQUILONE, 508
 Aldea, 177
 ALDIARDIS, *soror* UGONI DE TURRE RUBEA, 552
 Aldover, 58, 90, 144, 154, 333
 ALEGRET DE BELIANA, 340, 395, 405
 ALEGRET DE BILIA, v. ALEGRET DE BELIANA
 ALEGRET, 171
 ALEGRETUS DE BILIANA, 522
 ALEGRETUS, *presbiter*, 529
 ALEMANDA, *soror* ARBERTI DE CASTRO VETULO, 388
 ALEMBORGS, *uxor* ALARDI ANGLICO, v. ALEMBORGS
 ALEMBORS, *uxor* ALARDI ANGLICO, 67, 69
 ALERANDUS, 24
 ALEXANDER, 581
 ALEXANDER, *abbas Grandis Silve*, 54
 Allez, *vallis* de, 17, 30
 Alfondec, 336
 Algerie, 214
 ALI ABEN AYDO, 48, 154
 ALI ABINHAYDON, v. ALI ABEN AYDO
 ALI AFATO, 317, 324
 Alila, *castrum*, 7
 ALIONUS, 528
 ALMAZOR, *sarracenus*, 445
 Almenara la Viella, 377
 Almenara, 129
 ALMODIS, *comitissa*, 9, 10, 11, 15, 23
 Almozarra, 586
 Almunia, 330, 566
 ALMUNIA, *soror* GUILLELMI RAIMUNDI DE MONTE KATANO, 534
 ALOIS, *uxor* GALES, 127
 Alos, 363
 Alphedi, *vallis in*, v. Alpei
 Alpei, *vallis*, 9
 Alt Cher, 263
 Alta Folia, 23, 173, 174, 179, 183, 216
 Alta Fuia, v. Alta Folia
 Alta Riba, 29, 260, 262, 398, 478, 603
 Altafuya, v. Alta Folia
 Alted, v. Altet
 Altet, 406, 532, 539
 Alto Chero, 439
 Alverge, *mansum*, 221
 ALVIRA, *comitissa Urgelli*, 339, 476, 544, 558
 AMABILIA, *uxor* BERENGUER DE FORNELS, 107
 AMANLIT, *uxor* GUILLELMI DE AQUILONE, 71
 Amargoselli, *stagnum* de, 19, 20
 AMATUS FABRI, 12
 AMATUS GUITARDI, 13
 AMATUS, 8
 AMIGETUS, 105
 AMIRA, *muller d'HAION DAZUZ*, 79
 Ampostam, 48, 79, 415
 Analech, 387
 Anchoses, 445
 Ancosa, 61, 95, 111, 115, 124, 140, 147, 263, 348
 ANDREAS CZABATERIO, 462
 ANDREAS DE ARLA, 68
 ANDREAS DE BARCHINONA, 138
 ANDREAS DE CESARAUGUSTA, 59
 ANDREAS TEXTOR, 445
 ANDREAS, 195, 207, 208, 255, 261, 295, 307, 314, 364, 516
 Andust, 106, 138
 ANGARGUS, 3
 Angaria, v. Angera
 Angera, 16, 158, 263, 291
 Angerie, 449
 Angleariola, v. Angleola
 Angleola, 34, 240, 267, 274, 306, 313, 380, 406
 ANGLESA, *filia* ELIGSENDIS DE PRATO, 594
 ANGLIESIA, v. ANGLISA
 ANGLISA, 321, 355
 Angostrina, 244, 255
 Angularia, v. Angleola
 Angulariola, v. Angleola
 Anqosa, v. Ancosa
 Ansoval, 296, 297
 ANSULF, 7
 Antiquus Archibus, v. Archos Antigos
 Anuria, 141
 Apiario, 321

- Apiere*, 550
Apis, 47
Aquilela, 296, 297, 325
Aquilone, 7, 363, 385
Aquilonum, castrum, v. *Aquilone*
Aragão, 165
ARAGONE REX, 313, 315
Aragone, 534
ARAGONUM REX, v. *ARAGONE REX*
Arao, 321
Arbeca, 145, 603
ARBERT DE PONTONS, v. *ARBERTUS, cellerarius maior*
ARBERTUS BERENGARII, 97
ARBERTUS DE APIEROLA, 129, 186, 321
ARBERTUS DE CABRERA, 552
